This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

Plutarch

Lives of Illustrious

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI IV FASCICVLVS V

CISTELLARIAM ET FRAGMENTA CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCIV

T. MACCI PLAVTI

CISTELLARIA

RECENSVIT

[illegible] DELL

ACCEDVNT DEPERDITARVM FABVLARVM FRAGMENTA

A GEORGIO GOETZ RECENSITA

Götz G. Rh. M. 1879, 403 zu Plautus Cist.

COMOEDIARVM [illegible] M

TOMI IV FASCICVLVS V

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCIV

LYSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

T. MACCI PLAVTI

CISTELLARIA

RECENSVIT

FRIDERICVS SCHOELL

ACCEDVNT DEPERDITÀRVM FABVLARVM FRAGMENTA

A GEORGIO GOETZ RECENSITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI IV FASCICVLVS V

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCXCIV

LELAND STANFORD JUNIOR UNIVERSITY
ORGANIZED 1891
STANFORD UNIVERSITY LIBRARIES

PRAEFATIO

Cistellariam a Plauto conversam esse e Menandro recte statuerunt homines docti, ex quo Lambinus eumque secuti Porsonus 'Tracts and Miscell. crit.' p. 252 et Meinekius ad fragm. inc. XXXII [558 Kock.] versibus 89 sqq. reddita esse verba ab Hermogene de inv. IV 11 servata observarunt*). Sed quomodo inscripta fuerit Menandrea comoedia nescimus, cum et illud fragmentum sine titulo exhibeatur neque ulla earum quas novimus fabulas aut ex inscriptione ad Cistellariae argumentum quadrante aut ex alia ratione ad hanc fabulam referri possit**). Non inepte mea quidem sententia cogites de fabula aliqua *Σύρα* inscripta, cum postea demonstrandum sit versum quendam Cistellariae

*) Nihil egit Ladewigius Mus. Rhen. n. III p. 520 sq., qui etiam v. 532 sq. expressos esse ex Menandri fragm. LXVIII (688 Kock.) *ἐμὲ δ' ἀδικείτω* (?) *πλούσιος καὶ μὴ πένης· ῥᾷον φέρειν γὰρ κρειττόνων τυραννίδα* coniceret (quod minus recte a Menandro abiudicabat Porsonus). Nam contraria est utriusque loci sententia, cum apud Plautum Melaenis queratur potius quod pauperi non liceat aequa lege cum divite coniungi — ut 'iniquas leges' Cicero dicit de rep. II 37, 63, quibus adiectis conubia ut ne plebei cum patribus essent decemviri sanxerant. Recte sic locum intellexit qui in Argumento acrosticho scripsit re omni transacta Alcesimarchum Melaenidis vel potius Phanostratae filiam, 'ut erat nactus, ⟨aequa⟩ lege possidere'.

**) Nam quod Ladewigius l. s. s. p. 531 sq. de 'Perinthia' cogitavit non sine contaminatione et liberiore omnino modo a Plauto adhibita, incertum esse ipse concessit, prorsus improbabile esse vix est quod argumentis prolatis doceam. Nam et quae protulit inania sunt omnia et plane neglexit hanc coniecturam conciliari non posse cum ea ratione, qua Terentius in Andriae prologo de Perinthia loquitur: neque de Cistellaria et Andria valet, quod de illis dicit, 'qui utramvis recte norit, ambas noverit'. Cf. Dziatzko Mus. Rhen. XXXI p. 250 sqq.

esse scaenas non antiquo tempore, sed medio aevo ex Ambrosiano apparet: unde simul redarguitur eorum sententia, qui decurtatam esse fabulam a retractatore quodam crediderunt, cum casui potius foliorumque continuorum iacturae hoc tribuendum sit. In illa autem scaena I 3 etsi de singulis versibus velut 188 sq.*) suspensum sit iudicium, tamen neque ipsam Auxilii personam cum tota narratione a Plauto abiudicari posse et ultimos versus Plautinissimos esse cum Langeno Stud. Pl. p. 281 sq. contendo. Nam verba:

Perdíte perduelles, párite laudem et laúream,
Vt uóbis uicti Poéni poenas súfferant

neque inferri poterant a retractatore neque adeo retineri. Ex quibus recte homines docti effecerunt ante finem ac fere sub finem belli Punici secundi Cistellariam actam esse**): quae medium locum inter Militem gloriosum Stichumque tenet eisque fabulis adnumerari potest, propter quas sub ipsum annum Stichi actae 'clarus habebatur' Plautus ex Hieronymi testimonio recte emendato. Accedit quod ante Rudentem certe hanc fabulam (item ut Vidulariam) compositam esse ex ipsa illius comoediae inscriptione non inscite Teuffelius aliique concluserunt***). Quod vero idem eumque secutus Reinhardstoettnerus p. 315 putabat propter argumenti similitudinem paucis tantum annis ab Epidico distare Cistellariam, cum per se nullam vim habet, tum ex certiore illo indicio refellitur, ex quo plures quam septem ac fortasse decem annos inter utramque fabulam intercessisse statuendum erit.

Sed a tempore ut redeamus ad quaestionem de retractatione fabulae, cum recte Langenus exagitarit Teuffelii sen-

*) Nam hi versus non modo tritam in prologis facetiam repetunt — quae cum aliquando ab aliquo poeta inventa sit, per se etiam ex hoc loco proficisci potuit —, sed etiam minus aptam Auxilii personae quam aliis oratoribus, qui prodeant ornatu prologi.

**) Minus recte vel saltem nimis confidenter iudicarat Petersenus 'Allg. Schulz.' a. 1836 p. 614 (qui ad a. 539/215 referebat fabulam): at cf. Windischmannus Mus. Rhen. I p. 121, Naudetus Act. Erud. a. 1838 m. Iul., Ladewigius l. s. s. p. 520.

***) Teuffelius 'Stud. u. Char.' p. 276 [edit. II p. 322 sq.], Studemundus de Vidul.² p. 35 sq., praef. Rud. p. VII.

quem etsi in multis facile hodie refutare possumus, tamen laudamus, quod et alia perspexit et duas personas ex scaenis deperditis recuperavit: Patris Alcesimarchi et Servi, cui Syro nomen esse coniecit (cf. p. XIII sq.). Nihil post eum profecerunt Benoistus et Vssingius: qui inter alia negavit intellegi posse 'quae huius servi partes in argumento fabulae esse possent': sed plurima rectius certiusque partim ex Ambrosiano partim ex fragmentis scite digestis explanavit Studemundus cum eoque Seyffertus. Quorum sententias cum breviter adumbraverim in adnotationibus itemque significaverim, ubi paullulum dissentiam ab illis*), nolim hoc loco fusius de hac re disserere neque eiusmodi suspiciones tangam; quas iacere possim, stabilire non possim.

Sed paucis disputandum est de personis comoediae, cum ad duas, quas iam Ladewigius addidit, tertia accedat itemque alterius Lenae nomen neque in ipsa fabula neque in scaenarum inscriptionibus compareat. Contra PHANOSTRATAE nomen per inscriptiones saltem servatum est: quod olim a Lampadione usurpatum fuisse in ea scaena, cuius reliquias v. 381—432 composuimus, probabilis est Seyfferti opinio (in Studem. Stud. II p. 433 adn.). Ipsius vero LAMPADIONIS nomen deminutivum — non aliter usurpatum ac de Olympione sene in Casina v. 739 — ex v. 544 male in inscriptiones codicum editionumque translatum esse, diu est ex quo homines docti perspexerunt**). Neque de DEMIPHONIS nomine est quod post Camerarium aliosque***) dicam. Item satis clara sunt ALCESIMARCHI adulescentis et mulierum nomina MELAENIDIS†), HALISCAE, GYMNASII††), SELENII: nisi quod

*) Velut ad v. 267 sqq. et 434 sqq. et in append. crit. ad v. 305, 330 sq., 376.

**) Cf. Ritschelius Opusc. philol. III p. 340 (cf. p. 318), Studemundus Emend. Pl. ed. a. 1871 p. 9 adn., Baierus de Pl. fab. rec. *A* et *P* p. 109, al.

***) Cf. Camerarius in Ann. p. 330: 'Demipho est δημοφῶν, sicut ἀντιφῶν ξενοφῶν ἰοφῶν. Quae omnia habent significationem φανότητος id ist splendoris, ut Grammaticis placet'. Itaque hunc praeter Fleckeisenum praedicare debebat Ritschelius Opusc. philol. II p. 488, III p. 308 sq.

†) Cf. p. XIV adn.

††) Cf. append. crit. ad v. 1 sq.

de ultimo nomine — quod *Σειλήνιον* olim etiam Ritschelius exhibebat*) — monendum est, quam scripturam ex libris stabiliverit Studemundus, de ea non modo Camerario dudum aliquid suboluisse, verum etiam Benoisto plane constitisse: qui et *Selenium* per totam fabulam exhibuit et in praef. p. IX laudato Camerario ex codicum auctoritate hanc scripturam firmavit**). Iam ex reliquis personis nullo modo nomen indere possumus patri Alcesimarchi neque ei, qui cum filio colloquitur in scaena, ex qua v. 267—304 relicti sunt: cuius ne personam quidem accuratius definire possumus. Quamquam ex ratione, qua cohortatur adulescentem, rectius de patris amico quam de filii sodale cogitari putaverim, cum aliqua omnino ratione propter colloquii tenorem cum illo coniunctus esse debeat. Paulo plus proficere possumus in Servi nomine enucleando, cuius et in eadem scaena partes sunt et antea in reliquiis scaenae v. 231—266. Nam cum Servo vel Paedagogo illic loqui Alcesimarchum — cum Studemundus etiam de Amico cogitaverit —, non tam inde concludo, quod quibus Alcesimarchum poenis dignum esse dicit v. 244. 246. 248 serviles sint — quod Seyffertus attulit in Studem. Stud. II p. 424 adn. —: nam hoc argumentum nihil valere Aulularia v. 743 docet, ubi Euclio senex Lyconidem deos voluisse credit, ut apud se 'in nervo enicet'. Sed per

---

*) Opusc. phil. III p. 340: at cf. p. 329.

**) Satis mirum est hoc fugisse Studemundum Em. Pl. p. 8 (cf. Herm. XIX p. 456 sq.), qui in eadem pagina Bindero neglectam Benoisti editionem vitio vertat. Camerarius autem scripsit Ann. p. 330: 'Silenium *σιλήνιον* deminutum *ἀπὸ τῆς σιλήνης*. Quod Lucret. lib. 4 [cf. v. 1169 ibique Lachmannum] nomen memorat. Simula *σιλήνη* ac satyra est': sed mox p. 335 addidit: 'hoc loco reperi in nostro scriptum libro Selenium. Etsi autem puto illud Silenium, de quo ante aliquid a nobis uerborum est factum, recte legi in hac fabula, tamen Selenii etiam esset origo Graeca *ἀπὸ τῆς σελήνης*, *σελήνιον*, quasi lunulam dicas'. Hinc pendet Pareus, quem Studemundus ex eoque Vssingius solum dicunt nominis derivationem saltem intellexisse, sed parum sibi constitisse. Ceterum cum mox ostendamus a 'Syra' sublatam videri puellam olim expositam nominatamque Selenium, non indignum est quod animadvertatur usum huius nominis maxime illustrari ex Appiano Syr. 69 et Cicerone Verr. IV 27, 61: 'reges Syriae .... regnum Aegypti ad se et ad Selenen, matrem suam, pertinere arbitrabantur'.

se veri est simile hoc loco cum eodem agere Alcesimarchum, quem mox v. 283 'ubi sit' quaerit et appellat, neque quidquam novam personam nescio quam indicat. Iam igitur qui primus huius Servi partes recte divinarat Ladewigius, nomen ei SYRO fuisse inde suspicatus est, quod Festus versum huius fabulae 408 bis exhibens 'in Syr*' vel 'in Sy**' extare scribit, ubi syllabam finalem utroque loco in codice deficientem supplentes 'in Syro' scripserant editores: quod nomen pro inscriptione fabulae eodem modo positum esse quo Servius ex 'Pyrgopolinice', Fulgentius ex 'Chrysalo' Militis Bacchidumque versus excitant, probata hac coniectura etiam Ritschelius statuebat*). Contra Winterus (Pl. fab. deperd. fragm. p. 6 sq.) negavit Servi illius, si modo fuerint omnino, eas partes esse potuisse, propter quas ad illa exempla pro titulo nomen eius adhiberi potuerit. Quod argumentum iam certiore adeo ratione confirmatur, quia cum apertum sit v. 283 Alcesimarchum nomine vocasse Servum, de SYRE vocativo cogitari nequit. Studemundus ante E extare putabat K litteram, mihi SC apparere videbatur, cum R prorsus excludatur: atque utrique ante KE vel SCE cum TK apparuerit, inter has vero litteras locum tres fere habeant, vix puto aliud vel saltem aptius supplementum praesto esse quam TK⟨YNI⟩SCE: nam haud facile invenies quod litteris spatioque et metro melius conveniat. Sed etsi SYRVS certe hac ratione ex Cistellaria removetur, tamen prorsus improbandum est, quod Winterus iam cum Odofredo Muellero contendit re vera 'Syrum' fuisse Plautinam fabulam, in qua idem versus redierit, quem in Cistellaria legimus. Nam ut mittam quod Ritschelius Vssingiusque coloris tam singularis versum vix ac ne vix quidem repeti potuisse urgent, hunc ipsum versum ex ipsa Cistellaria excitat Priscianus: atqui eundem versum praeter morem repetitum ex altera fabula excerpsisse Verrium Flaccum ex altera Priscianum eorumve auctores nemo credet, nisi qui absurda credat. Multo igitur probabilius Vssingius Studemundusque coniecerunt apud Festum exti-

*) Parerg. p. 164, 175 sqq., 206; cf. Leidolphus de Festi et Pauli locis Pl. p. 205 sq., alii.

tisse 'in Syr⟨a⟩' et SYRA nomen fuisse 'Lenae', quae Selenium olim sustulerit et dederit Melaenidi: quam cum Lampadio qui exposuerat et tum viderit et forte fortuna rursus reperiat, summum tamquam cardinem fabulae vertere nostro iure dicemus. Minus recte etiam de 'Syris' cogitari posse Vssingius addidit, ut tam illa quam Melaenis*) amica et in puella auferenda conscia ex Syria oriundae fuerint. Nam 'amicam' tantum, non 'popularem' v. 133 Lena dicit Melaenidem, ut illa coniectura omni careat fundamento. Contra in eo facio cum Vssingio vel potius cum Ladewigio, quod versum illum ex 'Syra' allatum Lampadionis fuisse statuit, cum Studemundus Stud. II p. 419 adn. ipsi Lenae tribuat indeque ad Ritschelii exemplum rationem loci excitandi repetat. Nam cum facile admittam ac vel libentius credam in priore parte scaenae ad quam v. 381 sqq. pertinent praeter Lampadionem Lenam etiam egisse**) — etsi cum illo agere non potuit —, tamen verba *non enim haec hic sunt limaces liuidae* e. q. s. Lenam de meretricibus dixisse credi nequit. Quo aptius puto nos rationem inscriptionis apud Festum ex graeci exemplaris titulo supra derivasse (p. VII sq).

Denique de actuum distributione in fabula lacunosa anceps est iudicium: ac non modo vulgo lacunis non respectis quinque actus ex parte satis incongrue designaverant, sed etiam Spengelius in libello de comoediis Plautinis in actus discribendis p. 48, etsi in aliis iudicium retinuit, tamen alterum actum qualem vulgata constituit suis rationibus probavit. Quod eo magis mirandum ac vituperandum est, quia non solum Ladewigius dudum coniecerat vel potius demonstraverat post priorem particulam scaenae II 1 complures scaenas desiderari***), verum etiam Studemundus sex annis

*) Quin etiam Melaenidem a fusco Syriscae colore nominatam esse suspicatur Vssingius: quod nihili esse intellexisset, si exempla huius nominis formarumque cognatarum apud Graecos respexisset.

**) V. 382 quem ipsi Lenae tribuebat Ladewigius, potuit sane illa proferre etiam in scaena antecedente, cum ad filiam Senemque ex domo accederet, ubi paulo ante Selenium eam in prandio lepide acceperat.

***) Idem Benoistus exposuit in editione a. 1863 p. V sq.

ante editum Spengelii libellum ex ipso Ambrosiano rem firmaverat exagitata Binderi caecitate, qui ingentem hiatum inter v. II 1, 15 et II 1, 16 transilire non dubitaverit. Accuratius postea Studemundus singulas scaenas descripsit discripsitque in commentatione illa a Seyfferto edita: ubi primum actum cum vulgata retinens recte alterius tertiique interstitium constituit inter eas scaenas magnam partem deperditas, quibus Alcesimarchus adire Melaenidem animum induxit, Pater vero Alcesimarchi eandem cum filia aditurus Gymnasium potius eiusque matrem convenit. Reliqua sic digessit Studemundus, ut quartum actum eumque ultimum efficeret ex tribus quos vulgata distinxit actibus ultimis. Ex quibus etsi illud servavi intervallum, quod post v. 652, ubi vacua scaena est, significarunt editores veteres, tamen dubito, an melius quem cum Studemundo comprehendi actum tertium ita dividamus, ut post Lampadionis soliloquium (v. 433) incipiat quartus et quintus sit, quem quartum ille esse voluit.

His expositis restat, ut de subsidiis criticis verba faciamus et de lacunis, quibus codices depravati sunt, paulo uberius disputemus.

Atque *A* codicem deleticium cum in bibliotheca Ambrosiana iam a. MDCCCLXXXVIII quam poteram accuratissime pertractassem, mox retractavi a. MDCCCXCI, quoniam Studemundi apographum haud pauca longe aliter lecta exhibebat ac primo conatu ego enucleaveram. Quod neminem mirum habebit, qui sciat hanc maxime fabulam plerumque lectu difficillimam esse, ut et Studemundus saepe confessus est et ipse meo labore expertus sum. Quare etsi etiam Studemundi lectio (*As*) sat multa incerta reliquit et haud raro praebet, quae sic re vera in codice subesse aegre credas, tamen summopere admirandum est, quantum indefesso studio praestiterit ille. Cuius operam haud ita multis locis addendo vel corrigendo emendare contigit: at nequaquam inutilem fuisse recognitionem meam sentio, praesertim cum etiam confirmata per alterius testis oculos lectio et iudicium de codicis condicione interim mutata alicuius momenti sit. Ceterum in ipsis de *A* testimoniis eandem tenui rationem,

quam in Persae[2] praef. p. VIII et in Mostellariae[2] praef. p. XXVIII professus sum.

B codicem Veterem post Ritschelium et Loewius et ego excussimus: nihilominus ex collatione Studemundi aliorumque, qua uti poterat, de locis nonnullis admonuit Seyffertus: quam discrepantiam commemoravi in append. crit. ad v. 42 et 745. Neque tamen umquam tanti visa est dubitatio, propter quam Romam rescribendum esse ducerem.

Porro contuli codicem Ambrosianum *E* a. MDCCCLXXXV, Lipsiensem *F* a. MDCCCLXXXVI, denique Vossianum *V* a. MDCCCLXXXVIII (de quo cf. Cas. praef. p. XIX sqq.). Codicis Britannici *J* cum neque quam Goetzius praebuit collatio (cf. l. s. s.) neque Vssingiana satis accurata sit, pergratum fecit Seyffertus, quod ex Luchsii collatione, quae ei praesto erat, inopiae succurrere voluit erroresque sustulit*).

In Palatinis per hanc fabulam etiam magis solito perturbata est versuum discriptio: quae in metris vulgaribus saepius peior fere est quam in canticis. Quod per priorem partem fabulae in ipso apparatu indicavi: in altera parte quae discrepent ex *B* hoc loco solita ratione compono.

543—555: *ſerui — gaudeaſ* | — *exeuntem — teneſ — uiderim* | — *corpuſ — paruulam* | — *animus — queaſ* |

558—562: — *uoco* [sed *Ego*] — *talenta* [sed *Vnde*] — *modo* |

565—571: — *perducebam* [sed *Iam*] — *genua* [sed *Anuſ*] — *ſeque eam* — *inquit* [sed *Istanc*] — *ſua* |

574—593: — *dixit* — *interii* | — *inquam* [sed *Vbi*] — *habitatum* [sed *Auecta*] — *ſequemur* — *uſque* — *monstrare* PHANOSTRATA — *ſequandam* — *commune* — *indicauit* — *Quid nunc* — *ueniet* — *uelim* |

595—617: — *Deoſ teque* — *Adulescentſ* — *te* LAMPADISCVS — *ampliter* MELENIS — *meuſ* | — *diſpondit in* — *quam uoſ* — *tibi* | — *uerbiſ* LAP — *modo* | — *quero* MEL — *Conteriſ* | — *exea* | [et *Medioxumam*] — *ſciſ* [sed *Ea*] — *modo* | [et *Sed*] — *compreſſit* — *filiam* | [et *Priuſ*]

---

*) Semel illis, non huic fidem habui: quod v. 523 *dem* deesse in *J*, non cum E^3 *F* additum esse, probabili consensu adnotabant.

Reliqua pars fabulae (praeter pauca quae in cantico v. 671 sqq. descripsi) nihil praebet, nisi quod v. 618—630 duo versus coniunguntur, sed servata littera maiuscula in alterius principio.

Inter eos qui fabulae emendandae enarrandaeve studium impenderunt Guyetum propterea nomino, quia notationes eius ad ipsam Cistellariam accuratius novimus quam in aliis fabulis per Marollii neglegentiam innotuerunt: quippe quas diligentissime descripserit Benoistus in Miscellaneis in memoriam Caroli Graux editis a. MDCCCLXXXI p. 461—480. Ex quibus haud paucas me consulto praeteriisse*) nemo improbabit, quamvis large liberaliterque in hac quoque editione varia variorum commenta colligere studuerim. Porro observationes manuscriptas Reizii, Hermanni, Lachmanni perpauca praebuisse moneo. Quo gratiore animo commemoro denuo benignam operam mihi praestitisse Fleckeisenum, Goetzium, Seyffertum: quos etiam praeter eos locos, quibus nomina eorum adponere potui, haud raro corrigendo admonendo addubitando profuisse sciendum est.

Postremo iam accedendum est ad quaestiones de lacunis maioribus minoribusque, de quibus longe plura quam priores atque accuratiora explorasse mihi videor: quae cum continua demonstratione egeant, neque in ipsa editione omnia adhibui et hoc loco rem dilucidius exponam oportet. Itaque proficiscimur a descriptione reliquiarum Ambrosianarum. Atque in *A* Cistellaria integros IV quaterniones (XXIX—XXXII) occupasse videtur**), e quibus decem tantum folia aetatem tulerunt. Quae sic cum Ritschelio Studemundoque digerimus:

---

*) Sed inconsulto bis erravi: ad v. 39 (p. 94 v. 10) *ted et ego* pro *ted ego* (et *hancce* vel *istanc*) et ad v. 57 (p. 96 v. 7) *hoc. hic dolet* pro *hoc dolet* ex priore notatione relinquens. Praeterea ex appendice critica perspicies in apparatu ad v. 511 (*agam*) *Rostium* pro *Lomano* laudandum fuisse, v. 563 me post Handium recte, ut puto, distinxisse et v. 677 *haec* cum Ritschelio traiecisse (abiecto priore commento quo *eho,* post *mihi.* et ante *Mi homines* in fine v. adieceram), denique v. 741 personam (*Ph.*) iam Gamerarium in Ann. ante Lambinum correxisse. Praeterea in appendice ad v. 104 (p. 97 v. 29) *hoc* ante *Vssingius* deleas.

**) Tribus foliis quaternionis XXIX initialibus 69 tantum versus ex ipsa fabula relinquuntur: sed non modo didascaliam praemitti potuisse iam Studemundus monuit, verum etiam de argumento atque

XXIX
- A. a
- B. b
- C. c
- 179. 180 = 70—88. 89—105
- 189. 190 = 106—122. 123—125 et 130—145
- D. d
- E. e
- F. f

XXX
- G. g
- H. h
- 297. 298 = 233—250. 251—266 (et sc. inscr.)
- I. i
- K. k
- 299. 300 = 267—285. 286—304
- L. l
- M. m

XXXI
- 309. 310 = 306—321. 322—340
- 321. 322 = 341—358. 359—372*)
- N. n
- 197. 198 = ? —389. 390—408
- 203. 204 = 409—427. 428—444
- O. o
- 311. 312 = 449—465. 466—483
- 323. 324 = 484—501. 502—509 et 512—522

Ex hac tabula facile perspici potest, quam recte Ritschelius contenderit**) 'certa ratione' ostendi posse fere

---

adeo de argumentis cogitare possumus. Dein Studemundus putavit in ultimo folio quaternionis XXXII fortasse didascaliam Epidici exaratam fuisse, cum quae in Palatinis inde a Cist. II 1, 47 usque ad finem huius fabulae tradita sint, sufficere videantur ad explenda septem folia integra et octavi partem. Sed si forte maior lacuna post v. 555 Ambrosianum non attigerit, totum quaternionem Cistellariae tribuemus. Quamquam dubia res est et propter lacunas et propter interpolationes diversas.

*) Quod folia 310 et 321 se olim excepisse Studemundus coniecit, certius etiam inde confirmari videtur, quod ex lectione paulo pleniore in ipsis versibus sese excipientibus continuam particulam a Nonio servatam agnovisse mihi videor.

**) Parerg. p. 238 adn.: '... *da das Stück eine Lücke von gegen 600 Versen hat, wie durch untrügliche Rechnung darzuthun ist*'. Re-

sexcentos versus in Palatinis desiderari. Idem vel paulo accuratius definire studuit Studemundus*): qui quod inter v. 229 et 492 effecit 612 fere versus in *A* locum habuisse — quorum complures scaenarum inscriptiones versuumque bipartitorum particulas tantum continuerint — cantico v. 203 —229 undeviginti circiter versus tribuit: ubi ex vestigiis *B* codicis si coniecturam capimus, maior fuit versiculorum numerus. Praeterea coniecit Studemundus duobus quaternionibus, quorum paginae XX versuum fuerint, amissis lacunam in Palatinis ortam esse: unde longe plures in archetypo versus quam in *A* bipartitos fuisse sumendum sit. Hoc cum parum veri simile sit ex eis, quae de Mostellaria demonstravit Seyffertus quaeque de ipsa Cistellaria nos demonstraturi sumus, nihilo minus et concedimus probabiliorem rationem quam duorum quaternionum defectum excogitari vix posse et comprobabimus re vera XX versuum paginas in archetypo etiam huius fabulae fuisse, ut Casinae aliarumque, non XXI, ut Mostellariae. Quodsi sic 640 versus (cum novem fere scaenarum inscriptionibus) deesse in Palatinis concludimus pluresque interiisse quam vel Ambrosianus olim exhibuerit, reputandum erit in centum fere versibus huius fabulae quos utraque recensio praebeat bis auctiorem esse recensionem Palatinam — altero loco quattuor, altero duobus versibus —: quid igitur mirum est, si idem in partibus

petiverunt hanc sententiam Teuffelius aliique: quam neglegens Studemundique testimonium de decem foliis ex *A* servatis perverse rationi subiciens Vssingius scripsit: 'plus quam septem eiusmodi folia in Palatinis desunt i. e., ut minimum dicamus, 260 versus': quem errorem ipsi Studemundo imputabat Tyrrellius 'Class. rev.' II p. 23.

*) Stud. II p. 422 adn.: '*Zwischen I 2, 26, dem Schlussverse von fol. 229ᵘ = quat. XXVIIII 5ᵘ, und II 1, 16, welcher die 9. Zeile von fol. 248ʳ = quat. XXXI 8ʳ einnimmt, liegen 18 Blätter = 2. 19. 18 Zeilen + 8 Zeilen, also 692 Zeilen; davon kommt in Abzug der von I 2, 27 bis II 1, 15 in den Pall. erhaltene Bestand: 3 Senare I 2, 27 —29, die Scenenüberschrift = 2 Zeilen und die 54 Senare von I 3, die Scenenüberschrift von II 1 = 2 Zeilen und die Anapäste II 1, 1—15, welche auf mindestens 19 Zeilen zu veranschlagen sind, da von den Langversen sicherlich mehrere gebrochen waren, also insgesammt etwa 80 Zeilen. Demnach standen im Ambr. zwischen II 1, 15 und II 1, 16 etwa 612 Zeilen, von denen jedoch eine Anzahl Scenenüberschriften und Versbrechungen abzurechnen sind*'.

deperditis acciderit? Immo contrarium potius mirandum esset, si intra sexcentorum versuum spatium numquam evenisset, quod in sexta parte bis factum est. Itaque hac ratiocinatione confirmatur, quod supra (p. X) coniecimus de dittographiis, quibus pars fabulae deperdita aucta fuerit.

Quod vero de archetypo contendimus, luculento exemplo ex ipso *A* petito declaratur: idque ideo disputationi de scissuris fissurisque praemitto, quae huius quoque fabulae memoriam deformarunt, quia non modo per se memorabile est, sed etiam ipsi quaestioni recte tractandae viam munit.

Igitur v. 104 lacunosum esse neminem fugere potuit: unde varia periclitati sunt homines docti, ex quibus una laudanda est Kampmanni coniectura, qui traiecto cum aliis *hoc* pronomine adiectoque *unum* vocabulo scripsit:

Nunc te amabo ut hanc hoc ⟨unum⟩ triduum solum sinas.

Sed cum *A* quoque relicto o *hoc* ante *solum* extitisse arguat, post KANC vero KI exhibeat, Seyffertus quadrante spatio in *A* KI⟨CUNUMTRIDUUMKO⟩C supplevit.

Huic lacunae lacuna sane non respondet: sed qui XX versibus interiectis praecedit versus, tam miram inter utramque recensionem discrepantiam offert, ut intellegamus lacunam olim congruentem interpolatione remotam esse. Qui versus adhuc sic legebatur:

Obsecutast, de ea re gessit morem morigere mihi.

Sed *A* non habet *de ea re*, contra inter MOREM et (M)O(rigere) habet ORA*** id est *oranti*, ut Studemundus intellexit. Quare nemo dubitabit, quin olim hae sibi responderint in *P* lacunae:

84 de ea re
OBSECUTASTGESSITMOREM⟨ORANTI⟩MORIGERE MIHI
104
NUNCTEAMABOUTHANC⟨HICUNUM⟩TRIDUUMSOLUMSINAS.

Levioris momenti est neque tamen praetereundum est, qui uno interiecto antecedit versus, in eo ante finem (*rem resciuerit*) *A* KANC exhibere, contra *P eam*, cum qui oppositus sit versus ab *Hoc uolo agatis* incipiat in *P*, ab KOCNU(nc)— in *A*: unde cum graviorem discrepantiam in appendice odoratus sim, nescio an rectius eiusmodi lacunas in *P* olim expletas esse sumamus (cf. p. XXXVI):

82 nolo agatis
HOC⟨NUNCAGES⟩ISQUAACCERSITAECAUSAADMEESTISELOQUAR
102 eam rem
QUIANONREDIERIMDOMUMADSEPOSTQUAM⟨HANCREM⟩RESCIUERIM.

Eadem certe ratione explicandae sunt insignes differentiae in versibus similiter sese excipientibus 500. 502: 520. 522. Vbi cum extremus versus mancus sit (in quo *A* MINUTIETETIAM servavit pro *minutique et*) et antea *et Saturnus* ex v. 514 interpolatum sit pro ITAQ·IANUS; in versibus vero oppositis *iuri* in *P* desideretur (pro quo *tuo* male repetitum extat) et *atque* pro POLTE illatum sit, haec omnia declarantur ex his lacunis partim licentius obscuratis:

500—502 atque
PATIERINMEPERIURARE⟨#POLTE⟩ALIQUANTOFACILIUS
QUAMMEMEAMQ·REMPERIREETLUDIFICARIFILIUM
tuo
ABIQUAEREUBI⟨IURI⟩IURANDOTUOSATISSITSUBSIDI
520—522 et saturnus
ITAQ·MEIUNO⟨ITAQ·IA⟩NUSITAQUIDDICAMNESCIO
IAMSCIOIMMOMULIERAUDIMEAMUTSCIASSENTENTIAM
DIMEOMNESMAGNIMINUTIQ·ET⟨ETIAM⟩PATELLARII

Haec exempla, quae ipsius Ambrosiani ope certiora vel potius certa reddere potuimus, propterea gravissima sunt, quia lacunas haud raro olim interpolationibus remotas vel obscuratas esse indicant. Quod iam nemo infitias ibit nos iure adhibere posse ac debere ad ea exempla illuminanda, ubi solam recensionem Palatinam possidemus. Idque statim cadit in primum locum eumque facile omnium qui occurrunt intricatissimum.

Etenim v. 13 *expetes* sub finem versus extat detruncata *sam* syllaba finali et v. 11 *meminer* (sic B^1: unde *memineris* effectum in *VEJ*) pro *meminerimus* (sic B^2). Sed etiam qui antecedunt versus bis ad lacunas statuendas nos commovent, quas vel facilius admittemus in pagina sine dubio saepius perforata. Nam et v. 7 post initium claudicat et post sequentem versiculum (*Pol istó quidem nos pretió facile*) versui 10 (*Ita in prándio nos lepide ác nitide*) concinne respondentem quae insecuntur verba *est frequentare Tibi utilisque habere* tam ex metro suspecta sunt quam ex Varronis testimonio, miro casu sane et ipso truncato. Apud quem cum *facile* in

explicatione tantum servatum sit et pro *frequentare est tibi* legatur † *ptanti est frequentare*, adiuvante metro scripsi ⟨*O*⟩*ptanti est frequentare* (et *utibilisque habere* cum Bothio: quo facto hic versus non minus concinne respondet versui 11 quam praecedens versui 10): ubi *optanti* sumpsi eadem ratione abscissum fuisse, qua *oranti* v. 84: pro quo *Tibi* adici potuit aut ex interpolatione (fortasse ad *ti* syllabam, quae relicta fuerit, supplendam) aut ex correctura vocis *utilisque* male intellecta, quae Fleckeiseni suspicio fuit. Quamquam accuratius ut dicamus Varro videtur legisse *facile optanti est frequentare*, *P* vero *facile est frequentare* ⟨*optanti*⟩ vel ⟨*inuitan*⟩*ti*. Sed de ipso loco restituendo quomodocumque iudices, certe corruptelae origo qualem statuimus ex loco opposito tam luculente illustratur quam ipse locus oppositus ex his versibus truncatis.

Ac primum quidem v. 33 etsi quodammodo defendi potest quem discripsi asynartetus:

Eas si ádeas abitum quám aditum mális ita nostro órdini,

tamen huic conformationi quivis sentiet multum praestare simplicem septenarium trochaicum (ut antea inter baccheos extat vel potius certa coniectura restitutus est v. 22): quem nanciscimur, si initio voculam syllabae *sam* v. 13 absumptae respondentem supplemus (velut *Pol*).

Non magis casui tribuemus, quod v. 27 ante finem claudicat, ut v. 7 post initium. Nam cum verba quae versiculo comprehendi *Vix uíuimus cum inuidiá summa* et allitteratione et metri concinnitate (cf. v. 35, al.) contineantur, tam ex metro quam ex lingua laborant verba antecedentia:

Si idem istuc nos faciamus, si idem imitamur, ita tamen

Vbi mirum est ob *imitamur* haud paucos *facimus* restituisse, etsi coniunctivus unice aptus est. Quare cum Camerario *imitemur* restitui versumque *nos* inserto fulsi. At non dubito, quin ipsa forma *imitamur* vestigium sit mendi reconditioris, praesertim cum ad hoc ipsum verbum *idem* minus quadret ac pronômen *id* potius requiratur. Quodsi sumimus olim scriptum fuisse *si idem praeuortamur* et *praeuor* syllabis abscissis ⟨*imi*⟩*tamur* interpolatum esse, una opera et hunc

versum emendamus et fidem facimus vocabulo *merito* v. 7 optime tam versus quam sententiae gratia (cf. v. 21) adiecto.

Similiter res se habet in versibus 29 sqq., quae verbis misere truncatis v. 9 eisque quae secuntur respondent:

Suarum opum nos uolunt esse indigentes
Nostra copia nihilo uolunt nos potesse
Suique omnium rerum nos indigere.

Ex his versibus tertius tantum nullo vitio laborat, cum in superioribus praeter primum non alter, sed ipse tertius mutilatus fuerit. Vnde primum quidem colligemus in archetypo versuum 30 sq. ordinem inversum fuisse, praesertim cum et propter simile initium versuum 29 et 31 (*Suarum* et *Suique*) facillime errare potuerit librarius et verba versiculi 32 (*Vt sibi simus supplices*) multo etiam commodius ad v. 30 quam ad v. 31 sese adplicent*). In ipso vero versu 30 intellegemus falsam esse coniecturam Pyladis omnibus adhuc probatam et a me quoque relictam, qui *nil* pro *nilo* reposito metro leniter et leviter consuluerit: immo ex ipsa forma exquisitiore *nilo* concludendum est aliquid deesse velut *plus* (una cum *imus* syllaba v. 11 abscissa), verbum autem *uolunt* accessisse ex v. 29. Sed hunc quoque versum, in quo sententia plena planaque est, integrum non esse tam metrum demonstrat, quod nullum est, quam loci qui oppositus est perturbatio: quare etsi *opum* vel *esse* traiecto facile versus effici potuit, tamen hinc discemus sub finem potius aliquid intercidisse (inter *esse* et *indigentes*) et initio, ubi *Suarum opum* metrum turbat, ab interpolatore additum esse *suarum* (ut *de ea re* v. 84 aliaque). Quod vero locis non prorsus inter se oppositis v. 9. 11 et v. 29 sqq. lacunae comparere videntur, non nimis offendit in versibus cantici, quorum diversa esse potuit in paginis oppositis positio vel etiam discriptio**). Itaque de ipsa versuum emendatione etsi hoc

*) Item similitudo inter v. 29 et 31, propter quam Fleckeisenus alterum versum delendum esse opinabatur (cf. Langenus Stud. Pl. p. 31), iam minus offendit, si alter per verba *omnium rerum* aliis verbis consulto repetitis sententiam exaggerat.

**) Optime v. 30 lacunae responderet, si PLUS initio versus abscissum esse sumeremus sequente et interpolatione illa et verborum traiectione (velut ⟨*Plus*⟩ *nilo nostra copia nos potesse* vel *nostra nilo c. n. p.*).

quoque loco dubitatio quaedam admittitur, tamen et firmatur in universum discriptio, quam nos v. 8—37 dedimus, et menda sedesque mendorum declarantur ex lacunis sic fere sibi respondentibus:

7—13
EOEGOUOSAMO⟨MERITO⟩ETEOAMEMAGNAMINISTISGRATIAM
POLISTOCQUIDEMNOSPRETIOFACILEST
tibi
FREQUENTARE⟨INUITAN⟩TIUTILISQ·HABERE
ITAINPRANDIONOSLEPIDEACNITIDE
ACCEPISTIAPUDTEUTSEMPERMEMINER⟨IMUS⟩
LUBENTIEDEPOLANIMOFACTUMETFIETAME
QUAEUOSARBITRORUELLEEAUTEXPETES⟨SAM⟩
27—33
imitamur
SIIDEMISTUCNOSFACIAMUSSIIDEM⟨PRAEUOR⟩TAMURITATAMEN
UIXUIUIMUSCUMINUIDIASUMMA
suarum
OPUMNOSUOLUNTESSE⟨PRORSUM⟩INDIGENTES
SUIQ·OMNIUMRERUMNOSINDIGERE
uolunt
NOSTRACOPIANILO⟨PLUS⟩NOSPOTESSE
UTSIBISIMUSSUPPLICES
⟨POL⟩EASSIADEASABITUMQUAMADITUMMALISITANOSTROORDINI

Simplicius est proximum exemplum, sed grave ideo, quia — una cum aliis de quibus mox dicemus — per senariorum ambitum planissimum paginas XX versuum fuisse confirmat. Namque v. 168 dimidiatum habemus senarium, cui nulla in ipsis versibus respondet lacuna propterea quod inter v. 148 et 149 novae scaenae inscriptio locum habet in eamque membranae defectus incidit*).

Sed hoc quoque loco in eiusdem paginae confinio altera lacuna apparere videtur. Nam v. 176 initio *Post ille* legitur pro *Post⟨quam⟩ ille*: cui qui oppositus est versus 156:

Fuere Sicyoni iam diu Dionysia

non modo durissimus est propter *Sicyoní* accentum, sed etiam offendit verbis *iam diu* sententiae linguaeque usui non prorsus respondentibus. Nam Mostell. 476 similiaque exempla cur ab hoc differant in propatulo est. Quare nescio an

*) Etiam v. 184 si recte Langenus de *suam* sub finem versus dubitavit (pro quo *bonam* substituit), cogitari potest de veteri lacuna, quae ex altera parte in duorum versuum inscriptionem inter v. 202 et 203 inciderit.

hoc quoque loco offensio tam metrica quam grammatica ex lacuna male suppleta repetenda sit: quamquam non habeo quid pro *iam diu* substituam, nisi quod vox a vocali incipiens substituenda erit. Nam ⟨*est*⟩ *iam diu* pro parenthesi accipiendum non satisfacere iam in appendice dixi. Cf. p. XXXVI.

Denique ex priore parte fabulae commemorandum est, si recte v. 228 post *uisere* lacunam statuerim — de quo vix dubito, cum optime et antecedentia dimetris defluant et post *uisere* paroemiacus claudat periodum, ut solum *uisere* verbum turbet discriptionem —, non minus bene de errore librarii cogitari posse — siquidem velut *misero* adicias litteris simillimis — quam de membranae scissura, cum v. 206*) tripodia anapaestica extet, pro qua libenter dimetrum accipias ad hoc exemplum:

206 ⟨ANGOR⟩IACTORCRUCIORAGITOR
228 UISERE⟨MISERO⟩

Multo luculentiora exempla quamvis interdum item satis impedita altera pars fabulae suppeditat: ubi ipsi libri saepius lacunarum vestigia reliquerunt, sed sine ulla constantia designarunt.

Atque statim ad illum locum quem supra ex *A* illustravimus 500. 502: 520. 522 nova fissura sese adplicat: unde simul intellegimus v. 502. 522 in fine folii extitisse. Nam v. 523 inter *ne ego* et *uiuus B* spatium reliquit: desideratur autem verbi forma ad *sauium Selenio* pertinens. Vnde cum Italis *dem* inseruerunt omnes, quod cum metro non satisfaciat, aut *hodie* aut *umquam* aut *uiuae* adiecerunt: quae additamenta non solum supervacanea sunt, sed ne satis quidem quadrant ad loci sententiam. Quare *oppingam* supplevi coll. Curc. 60 'ubi sauium oppegit': idque stabilitur etiam lacuna congruenti. Nam quinarium pro senario legimus v. 538, ubi cum initio post Pyladem omnes *Sibi* pronomen inutile ad-

*) Facile hic versus respondere poterat ex cantici discriptione paululum discrepante, si velut versiculi 208 et 217 vel ipso 228 solito more prioribus adiuncti perhibebantur. Cf. p. XXXVI.

diderint, Vssingius post *Moderatrix* potius *linguae* inseruit: quod eum bene instituisse et lacunae ratio docet, quam comparato v. 523 aperimus, et locus parallelus item ex Curculione adsciscendus v. 486 'linguae moderandumst mihi'. Iam si sibi respondere statuimus:

523
FAXINTNEEGO⟨OPPINGAM⟩UIUOSSAUIUMSELENIO
538
MODERATRIX⟨LINGUAE⟩FUITATQ·INMEMORABILIS

unum obstare videtur, quod v. 523—537 etiamsi duos versus inscriptioni intercedenti tribuimus, XVII tantum versus efficiunt, nisi parum veri similiter tres septenarios bipartitos fuisse sumimus. Hoc vero adeo incommodum non est, ut novum potius afferat commodum. Nam in exitu scaenae illius quaedam adeo inconcinna sunt, ut interpolationis suspicionem Muellerus moverit. Nos vero cum v. 531 consentiente Seyfferto duorum hemistichiorum detrimentum signavimus, ubi alii de mutandis potius verbis traditis cogitaverant, tum ante v. 535, ubi *Et illud paueo et hoc formido* non habet quo referatur, lacunam deteximus, quae facile duorum versuum esse potuit. Quae divinatio iam inde corroboratur, quod in archetypo plura illo loco servata fuisse ex damnorum illorum concentu efficimus.

Praeterea huius folii quod ab v. 523:538 incipiebat etiam ultimi versus — item ut folii antecedentis — obscurati fuisse videntur. Nam v. 537 *ut illaec hodie quot modis* (*Moderatrix* ⟨*linguae*⟩ *fuit*) etsi extiterunt qui *ut — quot modis* coniunctionem singularem defenderent, tamen fidem aegre invenient, hoc maxime loco, ubi *quot* saepius deinceps sequitur repetitum. Quo accedit altera offensio in ipso *hodie* adverbio (cf. append. crit.): quod etsi non nesciam debilitata saepius significatione usurpari, tamen nego hoc loco ferri posse, qui alia insuper ratione ipsaque apertae lacunae propinquitate suspectus sit. Quodsi minus placeat lenis correctura, qua *ut illaec odio* (scil. 'fuit' ex proximo) scripsi, verbum (velut *lusit*) haustum lacunamque voce *hodie* male suppletam esse sumas. Certe ut hic versus ultimus paginae rectae ante finem talem suspicionem excitat, ita ultimus paginae ver-

sae*) v. 555 (ante maiorem lacunam) post initium perturbatus est, ubi vitiose legitur *Vt rés gestá sit.* Vnde aut suppleas *Vt rés gesta* ⟨*haec*⟩ *sit*, aut *gesta* alieno loco suppletum esse statuas (HAEC vel GESTA = LUSIT). Quin etiam qui praegreditur versus hiatum habet, quem nos *ita* inserto, alii aliter removerunt: neque neglegendum est *B* codicem in huius versus margine notam criticam habuisse, qualem haud raro versibus lacunosis adscriptam invenimus. Iam qui respondet v. 536 quamquam per se nihil vitii offert, tamen facile aut *ego* post *sum* abscidi potuit aut ipsum *sum* si evanuerit recte olim suppleri. Itaque hanc fere huius loci speciem archetypum gessisse conicimus:

536 sq.
ANUMSECTATUSSUM⟨EGO⟩CLAMOREPERUIAS
hodie
MISERRUMAMHABUIUTILLAEC⟨LUSIT⟩QUOTMODIS
554 sq.
AGEPERGEQUAESO⟨ITA⟩ANIMUSAUDIREEXPETIT
UTRESGESTA⟨HAEC⟩SIT # UTINAMAUDIRENONQUEAS

Porro post maiorem illam lacunam a Guyeto detectam qui secuntur duo versus 556 sq. post initia detruncatos esse tam codices quam verba ipsa produnt. Quocum illud optime convenit, quod v. 576 sub finem deficit, ubi certum est Pyladis supplementum**) *oppido*: quod qui spreverunt Camerarius, Gruterus, Leo et plane improbabilia commenti

*) V. 555 vicesimus est, si aut duos versus inscriptioni interpositae vindicamus, aut, si unus tantum fuit, cum Seyfferto duo hemistichia v. 539 intercidisse statuimus, quode cf. append. crit. Simul vero intellegimus maiorem illam lacunam iam in archetypo extitisse, cum plenum folium nequaquam occupare potuerit, lacunae autem demonstrent folium 523—537. 538—555 excepisse paginam 556—575.

**) Certum dico supplementum, quia sollemnem formulam restituit metro unice aptam: atque de eiusmodi formulis ubi agitur, apud scriptores non minus evidenter quam in inscriptionibus lacunas explere possumus. Velut hac ratione certum, ni fallor, supplementum est ⟨*si*⟩*c* ⟨*da*⟩*bo* v. 462. Item v. 582 ⟨*non*⟩ *hoc longe destiti*, quo reposito simul plura intercidisse certum fit: nam *periistí, ni hercle* ante *hoc longe* cum per accentum offendit tum per elocutionem, cum *ni hercle* in exordio enuntiationis locum habeat, sed velut *perii, ni hercle* tam inauditum sit, quam *perii hercle, ni* consuetudini conveniat. Nihil igitur veri est similius quam ab *hercle ni* ad *non hercle* aberrasse librarii oculos: unde cum ortum sit *periisti hercle ni hercle hoc longe dedisti* (*destiti*), mox prius *hercle* omissum est. Cf. p. XXXVI.

sunt neque rationem corruptelae perspexerunt. Neque mediae lacunae respondere finem decurtatum mirabimur in senariis, quorum alia in alia pagina sedes fuit. Iam vero alteri versui truncato qui respondet v. 577 adeo non lacunosus esse videtur, ut potius iusto maior sit: quapropter *anum* innocentem plerique illic trucidarunt. At extremum potius vocabulum *interrogo* interpolatum esse non tantum inde elucet, quod cum v. 576 detrimento et cum v. 556 sq. lacunis vitium versus manifesto cohaeret, sed etiam ratio grammatica dudum docere debuit. Nam *interrogo* verbum iuxta *Vbi habitat, inquam* positum molestissimum est ac plane intolerabile. Pro quo cum desideretur vocabulum, cui et *anum* accusativus coniungatur et *inquam* verbum commode adiungatur, vix formam invenies magis idoneam quam *obsecrans* participium. Itaque sic haec congruunt et cohaerent aptissime:

556 sq.
PERGOILLA⟨MONEBARE⟩DICTISILLAECTEDANUS*)
FORTU⟨NISEXSECUNDISADMI⟩SERASUOCAT
576 sq.
MEUMELOCUTUSTNOMENINTERII⟨OPPIDO⟩
interrogo
UBIELOCUTASTEGOCONTINUOANUM⟨OBSECRANS⟩

Non minus insigne exemplum detegimus, si a v. 650 proficiscimur. Vbi cum traditum sit (*occlúdite aedis péssulis repágulis,*) *Ibo | hanc ego tétulero intra límen* initium versus non modo corruptum esse, verum etiam mutilatum dudum intellectum est. Ex variis conaminibus sententiae loci sermonique Plautino optime ac fere unice respondet Muelleri coniectura satis, ut videbatur, audax *Quom extemplo hanc ego t. i. l.* Neque ea iam iusto audacior esse videbitur, si admittimus prioribus syllabis abscissis ELO vel IPLO relictum in IBO abiisse, quod vocabulum saltem latinum sit. Idque liquido confirmamus comparato v. 634, quem iustae mensurae**) cum alii aliter accommodare studuerint, sic per-

*) Mirum est spreta *te⟨d⟩* forma omnes adhuc ita versum instaurasse, ut *dictís illaéc te anus* pessimo accentu tolerarent.

**) Quae praeter metricam difficultatem in hoc versu offendere videbantur, *quam* mutatum ab omnibus et *tuam in rem* addubitatum a nonnullis, satis defendisse mihi videor in appendice.

cipimus sub finem mancum esse, quode nemo adhuc cogitavit: ubi cum iam vocabulum creticum desideretur a vocali incipiens, quoniam *unice* vel *unicum* vix usui prorsus conveniunt, adieci *admodum* adverbium, quod similiter usurpatum est velut Epid. v. 140 sq. Sane hoc quoque loco, ut antea v. 523 : 538, obstare dixeris, quod etiamsi duos versus scaenae intercedenti largiamur, v. 634—649 XVII tantum versus complent: sed hoc quoque loco commodum est, incommodum quod videtur. Nam longe diversa ratione ductus v. 637 dudum lacunam statuit Seyffertus: qui quod desideravit etsi per se neglegentiae cuidam Plauti cum Langeno Stud. Pl. p. 285 imponere possis, tamen vel leviore opprobrio liberandus erit poeta, cum et in ipsis verbis traditis lacunae indicium remanserit et archetypum pleniorem fuisse aliunde appareat. Etenim post *Accipe hanc cistellam, Halisca* statim insequi *agedum, pulta illas fores* ne Langenus quidem voluit, unde *atque* saltem cum Pylade inculcavit. At quo loco sermonem magis quam metrum hiare sentimus, *s* litteram superesse invenimus tenuique iam insistimus vestigio. Quae vero intercessisse olim ex v. 713 sqq. concludimus, quamvis tres versus occupasse non prorsus incredibile sit, tamen nescio an altera potius lacuna in eadem pagina statuenda sit post v. 642. Vbi cum legamus *Alcesimarchum non uides ferrum tenens*, non recte duce B^2 vulgo corrigi puto *uides? ferrum tenet:* nam neque *tenet* facile in *tenens* abierit — contra facillime hoc ex illo effici potuit — neque melius *ferrum tenet* per se dicitur (unde *ferrum ut tenet* saltem Muellerus voluit). Quare etiamsi interruptam orationem signans *tenens* servavi, tamen melius putaverim loco consuli addendo versiculo ad hoc exemplum:

Alcésimarchum nón uides? ferrúm tenens
⟨Quaérit, quo letó miser sese ínterimat potíssumum.⟩

Sed de hac re qualecumque iudicium erit, certe nihil iam impedire concedes, quominus has lacunas inter se comparemus:

634
UTILLIUDQUAMTUAMINREMBENECONDUCATCONSULAM⟨ADMODUM⟩
650
⟨CUMEXTEM⟩PLOHANCEGOTETULEROINTRALIMEN#ABIITABSTULIT

Deinde ego primus sub finem v. 672 lacunam signavi 'et ob metrum et ob *ueniant* v. 673': qua in re non neglegendum est ad hunc quoque versum notam criticam in *B* adpictam fuisse. Huc vero accedit quod etiam v. 691 in altera parte tam metro quam sententia simile detrimentum prodit: quae sibi accurate respondebunt, si v. 691 qui asynartetus est alteram partem seorsum perscriptam, v. autem 672 longiusculum bipartitum fuisse putamus.

Huic adiungitur altera ex eadem pagina lacuna in ipsis libris denotata v. 680 initio (quam non male explevit B^2 ⟨*Non sum*⟩, etsi nescio an praestet ⟨*Sumne in*⟩*scitior*): neque ambiguum erit, quin ea cohaereat cum v. 701 defectu quem *liquis* insanum prodit: pro quo quod cum B^2 substituerant editores post Camerarium *hi qui sunt?* ferri non posse Seyffertus docuit (*liquidumst* scripsi, UIDUMEST = SUMNEIN vel NONSUM supplens). Simul ex hac congruentia percipimus v. 695 sq. unum olim effecisse versum, sive septenarium (*Quis* ⟨*est*⟩*?* correcto) sive ex duobus semiquinariis iambicis compositum (cf. p. XXXVI adn.).

Sed etiam qui quartus est ab hoc v. 704 apertam lacunam habet*) — ad quam nota in *B* pertinebat olim — post *mulier mane* — quod ipsum solus *B* servavit, ut v. 692 verba *ago setius* —: ubi *amabo* adieci. Nam perperam alii versum deficientem sic curarunt, ut septenarium iambicum efficerent — quod deinceps sequitur metrum —: nam hunc versum cum prioribus anapaesticum esse *uolŭnt tĕ* mensura probat, quam qui removere voluerunt, contra rationem criticam peccarunt, cum huius loci mutatio profluat demum ex mutatione antea minus recte instituta. Cum hoc vero detrimento satis commode convenit, quod v. 683 bacchiaca mensura claudicat: ubi aut *homo* post *nemo* supplendum erit aut *nullus* substituendum, si *nemo* pro vetere interpolatione habeas: quo ducere potest *B* codicis scriptura qualis ante correcturam fuisse videtur. Iam tres lacunae cum in hoc uno folio sese ex-

*) Contra fallax est lacunae species v. 699, ubi vetus versus bipartitio servata vacuum spatium litteramque maiusculam (*Oculis*) procreavit — accedente in *B* nota —, cum v. 679 in simili discriptione *an* servaverint libri, nisi quod *EJ An* exhibent.

cipiant, satis certa ratione statuimus v. 672 alteram partem usque ad v. 691 partem priorem XX versus effecisse oppositis v. 691b sqq. (cf. p. XXXVI) cum his fere scissuris:

672b. 680. 683
〈ETNEQUITIAANGIT〉
non sum
〈SUMNEIN〉SCITIORQUAEHOSROGEMAUTQUAEFATIGEM
nemo
NAMSI〈NULL〉USHACPRAETERIITPOSTQUAMINTROABII
691b. 701. 704
〈ET〉MIHIESSE〈OMNIBUSEXITIIS〉POTEST*)
quis hi qui sunt
ADDUOSATTINETLIQ〈UIDUMEST〉ATTATSINGULUMUIDEOUESTIGIUM
REDEOINTRO#MULIERMANE〈AMABO〉SUNTQUIUOLUNTTECONUENTAM

Sed nondum exhausimus materiam quam una illa pagina praebet. Etenim v. 679 inter *abstulerit* et *sustulerit* lacunam exhibet *B* (ad quam nota addita erat in margine), quam B^2 voce *quisue* explebat. Iam etsi eodem loco *VEJ* item *quisue* tradunt, tamen de vetere supplemento non tantum propter *B* codicis auctoritatem facile cogitamus, verum etiam ideo, quia *quisue* per se offendit. Quam loci condicionem si reputassent, neque Langenus 'tradita' verba nimis patienter tolerasset 'Beitr.' p. 96 et confidentius fortasse suasisset Studemundus, de quo obiter cogitabat Stud. I p. 315 *Quis abstulerit, 〈quor〉sus tulerit*: quod quantopere praestet Bothianae scripturae vulgo et a nobis quoque receptae, quivis sentiet neque iam audacius videbitur commentum esse.

Iam vero huic defectui cum in ea quae sequitur pagina nihil respondeat, qui iusto intervallo praecedit v. 662 recte dudum a Seyfferto suppletus est**) voce *quam*. Potuerunt autem hae lacunae:

---

*) Sensui versuique, non prioris lacunae ambitui satisfacit, quod in contextum recepi *〈ét〉 mi esse 〈exitió〉 potest*. Omnino autem notionem 'mali' ancillae instantis hoc loco extitisse praeter metrum verba *esse potest* arguunt: nam si *usui* ex priore parte enuntiati (*Quae neque illi quicquam usuist*) huc pertineret, *est* requireretur.

**) Iustum est intervallum, quoniam scaena intercedit et cantici discriptio admittit reliqua. Male vero Vssingius v. 662 *quam* non inseruit, sed ex *Nam* particula effecit accommodatissima; de quo autem Goetzius cogitavit: *Nam hercle ego illam anum inridere me 〈ha〉ut sinam: satiust mihi Quouis exitio interire* hiulcam reddit orationem, quam concinnam reddidit Seyffertus.

662
NAMHERCLEEGO⟨QUAM⟩ILLAMANUMINRIDEREMEUTSINAMSATIUSTMIHI
679.
quisue
QUISEAMABSTULERIT⟨QUOR⟩SUSTULERITETUTRUMHAC

inter se cohaerere, siquidem alii archetypo vindicamus quam eas de quibus cum maxime diximus: ut in aliis fabulis probavimus partem harum scissurarum redire ad archetypum, qui *A* cum *P* communis fuerit, alias soli *P* archetypo convenire.

Quam coniecturam etsi caute, ut par est, concipiam, tamen aliquid adiumenti inde adsciscere puto, quod etiam de aliis locis postea (p. XXXVI) similiter iudicabimus. Interim ad proximum exemplum pergamus idque non facilius, sed gravius.

Vix enim ulla dubitatio esse potest, quin hae inter se congruant lacerationes manifestae:

711 sq.
UITAINTEREMERETTUM⟨AUTUMOTI⟩MORE⟨MIHI⟩EXCIDISSE
CISTELLAMHAECMULIER⟨PERDIDITMANE⟩AMUSERAPARUMPER
725 sq.*)
QUAAUFUGITQUAEDAM⟨EGOM⟩AESTIO⟨RUTUIUEREM⟩ # QUIDIDQUID-
NAMST
ALIENUM⟨QUIADABITMALUM⟩ETMAERROREMFAMILIAREM

Nam cum mediae lacunae duorum versuum sic sese excipiant aptissime, si potius cum lacuna paulo ampliore post v. 705 aperta alterum locum coniungas, neque similis est utriusque damni condicio neque iam est quod priori respondeat. Quod vero inter v. 711 et 725 XIV tantum versus intercedunt, considerandum est hos ipsos versus tantis difficultatibus obstrictos esse, ut ampliorem dittographiam Langenus demonstrare studuerit: quae tamen certis finibus circumscribi nequeat. Quare ut supra (p. XXVI) circa v. 531 lacunas potius quam interpolationem contextum discidisse vidimus, sic hoc loco complures versus desiderari colligimus: idque non modo ex versuum lacerorum distantia confirmamus, sed etiam ex eorum versuum qui antecedunt condicione. Nam

*) Sic paulo probabilius quam in apparatu hos versus supplevisse mihi videor tam ad sententiam quam ad lacunae congruentiam. V. autem 711 iam ⟨*ti*⟩*more* ⟨*mi*⟩ cum Pylade Bothioque reposui, pro quo ⟨*mi in cla*⟩*more* posueram, ut uno loco mutarem. At cum *timore* melius est, tum v. 725 revera duplicem lacunam esse ostendit, cui sic maxime satis fit.

neque maior ille defectus post v. 705 habet quod respondeat et v. 708 lacuna videtur extitisse item singularis, quae quidem mala interpolatione obscurata sit. Vbi cum *quaerere* traditum sit quo loco *tollere* unice quadrare et Valla vidit et critici ceteroqui cautissimi atque adeo anxii probarunt, nihil iuvat, si cum Langeno Stud. Pl. p. 284 retractatori omnia tribuimus, qui hoc maxime qui committere potuerit non magis intellegimus, quam si poetae ipsi relinquimus. Contra si statuimus scissura haustam fuisse aut totam formam aut priorem partem infinitivi, prorsus convenienter exemplis certissimis quae supra duce *A* explanavimus *quaerere* iudicabimus a librario profectum esse, qui locutionem per se aptam notamque, sed a persona causaque huius loci abhorrentem intulerit.

Iam haec de quibus modo disputavi quo intricatiora sunt et suapte natura variis dubitationibus obnoxia, eo splendidiora exempla ex ultimis scaenis fabulae agmen claudent.

Ac primum quidem tres versus deinceps in media parte mutilatos habemus 756—758, quibus aperte respondet, quod v. 739 eodem loco eadem ratione truncatus est: quem qui cingunt versus etsi litteris pleni sunt, tamen item labis vestigia prae se ferunt. Nam v. 738 *Quae illam cistellam perdidit quoi dat negat esse quod det* legitur sensu cassum, pro quo ex B^2 cum plerisque *quoidam* correximus. Sed cum haec ipsa scriptura pridem aliorum suspicionem excitaverit, iam accedente lacunae indicio augebimus suspicionem, quamvis incertum sit quid olim extitisse dicamus: non inepte, ni fallor, scribas *uelit, at negat e.q.d.* Praeterea fortasse verbi *perdidit* exitus suppletus olim potius quam traditus est. Item v. 740*), ubi *At pol illi quidam mulier in ulla opera gratuita est* nulla fere mutatione adhibita Muellerus emendavit rescribens *quoidam mulieri nulla o. g. e.*, partem scripturae traditae (fortasse obscuratae potius quam prorsus evanidae) ad coniecturam ex v. 736 similitudine petendam revocabimus. Vnde hanc fere imaginem archetypi recuperamus:

*) V. 741 ad verba *tua tibi nunc prodens* perperam ab omnibus mutata non quadrat *Commodo loquelam* (scil. meam), sed *Condomo loquelam* (scil. vestram), quo altercationem dirimit mulier.

738 sqq. dit quoi dat (quoidam)
QUAEILLAMCISTELLAMPERDI⟨DITUELIT⟩ATNEGATESSEQUODDET
ATENIMILLEQUIDAMO⟨PERAMBONAMMAGIS⟩QUAMARGENTUMEXPE-
mulier in ulla opera T⟨ESS⟩IT
ATPOLILLIQUOIDAMMU⟨LIERINULLAOPE⟩RAGRATUITAST
756 sqq.*)
MEAST#EAST#⟨TOTQUAEST⟩USANNORUMATTULIT
QUIDQUA⟨ESTIEGOPARTEMDIMID⟩IAMQUAEROMEAM
ATPO⟨LEGOQUONIAMTRES⟩SUNTQUAEROTERTIAM

Vt vero duo versus desiderantur ad intervallum inter utramque lacunam complendum, sic aliquid inter v. 753 et 754 desiderari ad complendum colloquii tenorem diu est ex quo statuerunt critici: et vel duo versus deesse sine ulla suspicione eius quam nos addimus rationis Fleckeisenus contendit: quamquam dubitari potest, utrum alter eorum (quod ille voluit) Haliscae fuerit an uterque Lampadionis obloquium effecerit (cf. append. crit.).

Ad has vero lacunas mox altera adiungitur, ex qua elucet v. 738 sqq.: 756 sqq. finem folii occupasse, proximum autem defectum initium insequentis folii. Nam statim v. 760**) post *Aequomst* desiderari infinitivum (velut *tacere, seruare*) cum Camerario dudum perspexerunt homines docti. Mox vero v. 775 — intercedente non modo scaenae inscriptione, sed etiam lacuna inter v. 762 et 763, quam Seyffertus agnovit nosque ex nostra ratione iam confirmare certiusque circumscribere possumus, — *et padictonem* (vel *paditionem*) libri tradunt, ubi *et ⟨lam⟩padionem* restituit B^2: quod tamen non

---

*) Vix dubito, quin supplementa mea v. 757 sq. placitura sint: nam et *qua⟨esti partem dimid⟩iam* et *⟨quoniam tres⟩ sunt* fere exigit reliquiarum conexus. Contra quod v. 756 posui *⟨tot quaest⟩us annorum attulit* nescio an aliis quoque quaesitum videatur. Nihilo minus ex eis, quae de *afferre* verbi usu Plautino docuit Langenus, *-us* necessario suspicamur tale obiectum continere, simul vero quaestus partiendi notionem reliqua indicant: atque extat eadem forma Rud. 989. Sed *u* post *east*# relictum fortasse servare possumus, si admissa *ĕast* mensura scribimus *u⟨na quaest⟩us a. a.* Quamquam libenter cedam coniectori feliciori.

**) Cum veri non dissimile sit una cum altero paginae versu etiam primum dilaceratum fuisse, prona est suspicio in versibus 759 et 774 syllabas quasdam olim suppletas exhiberi ad illud quod supra ponam exemplum: neque tamen in *querit abam* sic disiuncto in libris vestigium huius rei agnosci velim.

sufficit metricae necessitati. Quare non dubitabis de detrimentis sic inter se conciliandis (vide adn.):

(759.) 760 abam
(QUODQUAERIT⟨ABAM⟩FILIAMINUENIMEAM)
AEQUOMEST⟨SERUARE⟩PERFIDEMQUODCREDITUMEST
(774.) 775 mines
(QUIDHOCNEGOTISTQUODOMNESHO⟨MINES⟩FABULANTURPERUIAS)
MIHIESSEFILIAMINUENTAMET⟨IAMLAM⟩PADIONEMMEINFORO

Iam intelleges quantopere erraverint qui extremum versum transponendo sanare voluerint. Itemque ex prioribus exemplis recte aestimatis nubes coniecturarum repellitur, quod nolui singillatim persequi: ipse si vis facile ex appendice adhibita percipies. Non minus autem praeclare hac obrussa usi divinationes quasdam veras vel veri similes reddere potuimus.

Quae vero singillatim effecimus si apte inter se coniungere conamur, ad novas res enucleandas deducimur. Quas enim in priore parte lacunas indagavimus, vix aliter ad iustam archetypi discriptionem revocare nobis continget, ac si a v. 7 sqq. integrum folium incepisse statuimus reliquaque sic digerimus, ut insequens tabula ostendit (in qua versus lacunosos sibi respondentes crassioribus numeris expressimus):

7 (9. 11. 13)—26	: **27 (29. 30. 33)**—46
47—63	: 64—83
84—103	: **104**—(sc. inscr.) 121
122—124. 133—148 (sc. inscr.)	: 149—**168**
169—188	: 189—(sc. inscr.) 205
206—227	: **228**—?

Vnde primum quidem percipiemus in alterius folii pagina priore tres versus desiderari: atque rectissime Seyffertus dubitationem movit de v. 52 sqq. (cf. append. crit.), ubi non modo hiulcam esse orationem dudum senserunt homines docti — quod aliquo modo ex animo mulieris commotiore repeti queat —, verum etiam *istaec uerba* non est quo referas ex usu et significatione pronominis.

Non minus grave est, quod v. 125—132 in eo archetypo, ad quem hae lacunae redeunt, aut non extitisse aut in margine tantum accessisse concludimus (ut v. 126—129 in *A* omissi sunt, cum quibus reliquos praeeunte Windischmanno pridem Ritschelius aliique damnaverunt): nam ratio-

nem plane constare, dummodo ab his versibus suspectissimis recedas, quisnam casui tribuet?

Deinde quem supra (p. XXV) dubitanter ibidem una traximus locum 206 : 228, iam confidentius defendemus, quoniam ex ipsius discriptionis concinnitate sententia nostra fulciri videtur. Quod vero item dubitanter damna versuum 82 : 102 et 156 : 176 ad eandem explicationem rettulimus (p. XX sq. et XXIV), iam intellegimus aut omnino aliter haec expedienda esse aut alii archetypo tribuenda, item ut v. 662: 679 (p. XXXI sq.).

Porro post maiorem illam sexcentorum fere versuum lacunam ab initio optime sic res procedit, ut ex vestigiis clarissimis hos paginarum fines recuperemus:

?—(**500.**) **502**	: 503—(**520.**) **522**
523—(sc. inscr.) **536. 537**	: **538**—(sc. inscr.) **554. 555**
556. 557—575	: **576. 577**—595
596—615	: 616—(sc. inscr.) 633
634—649	: **650**—(sc. inscr.) 667

Hoc quoque loco, quae sola praeter eas de quibus iam diximus paginas (p. XXVI. XXIX) spatium legitimum non complet pagina 576—595 — ubi XVIII senarii in libris sunt—, in ea certissimis rationibus ductus lacunas statui v. 581 sq. et 589 sq.: quas praeter bis duo quae signavimus hemistichia omissa integrum etiam versum complexas esse statuas, si scaenae inscriptioni post v. 630 unius tantum versus spatium tribuas.

Denique in extrema parte fabulae vel graviora damna contextum perpessum esse iam supra exposuimus. Nihilo minus prioribus satis accurate haec sese adplicat discriptio:

668 (sc. inscr. **672**)—(**680.**) **683**	: 684(**691**)—(**701.**) **704***)
705—**711. 712**	: 713—**725. 726**
727—**738. 739. 740**	: 741—**756. 757. 758**
759. 760—773 sc. inscr.	: **774. 775**—fin.

*) Ex hac discriptione huius folii probabile est inscriptionem scaenae duos versus occupasse (item post v. 652 et [? v. s.] 630) et praeter v. 672 et 691 (cf. p. XXX) etiam v. 671 bipartitum, v. autem 693—696 duobus, non quattuor, versibus (similiter atque in *B*) distributos fuisse.

Iam igitur ut supra vidimus (p. XXXII sq.) lacunae maiori post v. 705 conspicuae etiam in pagina insequenti maiorem lacunam respondere, sic nunc elucet etiam in proxima pagina non tantum duobus versibus — ut in ea quae opposita est (cf. p. XXXIV) —, sed vel sex versibus auctiorem fuisse archetypum: quamquam in his versibus 727—740 nihil desideratur, quod ad colloquii vices serendas necessarium fuerit, sed dilatatam potius fuisse altercationem dicteriis Servi Ancillaeque sumendum erit.

Atque fabulam, cuius archetypus tot lacunis scissurisque deformatus, tot correctionibus arbitrariis obscuratus fuerit, etiam aliis generibus corruptelae scatere et per se consentaneum est et facile comprobari potest. Item hinc refellitur eorum superstitio, quam numquam non impugnavi, qui nimis litteris traditis inhaereant rationesque criticas exegeticas grammaticas metricas ipsamque Rationem neglegant spernantque. Sed nolim his rebus exagitandis praefationis molem vel sic iusto amplioris augere. Ego vero non dubito, quin in hac quoque fabula saepius in contrariam partem peccasse iudicer. Sed etsi 'deliqui', non vereor ne 'vapulem', verum spero fore, ut aequi saltem iudices dent 'plausum postrema in comoedia'. In qua iam repeto, quod in prima quam edidi pronuntiavi: etsi non liceat subscribere EXPLICIT FELICITER, illud tamen subscribere possum (conferentibus mihi FLECKEISENO virorum Plautinorum antistite, GOETZIO socio fideli, SEYFFERTO adiutore liberalissimo) EMENDAUI UT POTUI.

Heidelbergae m. Febr. a. MDCCCXCIV.

F. S.

INDEX LOCORVM

(Stellulam addidi eis locis quibus aliquid correxi)

Arg. v. 10 sq.	p. VII adn.
v. 7—13	XXI sqq.
27—33	XXII sqq.
*39	XVII adn.
*52 sqq.	XXXV
*57	XVII adn.
82	XX sq., XXXVI
84	XX
102	XX sq., XXXVI
*104	XVII adn., XX
125 sqq.	VIII. XXXV sq.
133	XIV
149 sqq.	VIII sq.
156	XXIV sq., XXXVI
168	XXIV
176	XXIV. XXXVI
184	XXIV adn.
188 sq.	IX adn.
197 sq.	X
201 sq.	IX
203 sqq.	XIX
206	XXV. XXXVI
228	XXV. XXXVI
229 sqq.	XIX sq.
231 sqq.	XII
244 sqq.	XII
267 sqq.	XII
283	XIII
340 sq.	XVIII adn.
381 sqq.	XI. XIV
382	XIV adn.
408	XIII sq.
433	XV
462	XXVII adn.
500 sqq.	XXI
510 sq	VIII
511	XVII adn.
520 sqq.	XXI
523	XVI adn., XXV sq.
531	XXVI
532 sq.	VII adn.
v. 534 sq.	p. XXVI
536 sq.	XXVI sq.
538	XXV sq.
539	XXVII adn.
544	XI
554 sq.	XXVII
555 sqq.	XVIII adn., XXVII adn.
556 sq.	XXVII sq.
*563	XVII adn.
576 sq.	XXVII sq.
581 sq.	XXXVI XXVII adn.
589 sq.	XXXVI
634	XXVIII sq.
637	XXIX
*642	XXIX
650	XXVIII sq.
662	XXXI sq.
672	XXX sq.
*677	XVII adn.
679	XXX adn., XXXI sq.
*680	XXX sq.
683	XXX sq.
*691	XXX sq.
699	XXX adn.
701	XXX sq.
704	XXX sq.
705 sqq.	XXXII sq.
708	XXXIII
*711 sq.	XXXII
*725 sq.	XXXII
*727 sqq.	XXXVII
*738 sqq.	XXXIII sq.
*741	XVII adn., XXXIII adn.
*756 sqq.	XXXIII sq.
759 sq.	XXXIV sq.
762 sq.	XXXIV
774 sq.	XXXIV sq.
782 sqq.	X

T·MACCI·PLAVTI

CISTELLARIA

GRAECA · MENANDRV

ARGVMENTVM

Comprímit adulescens Lémnius Sicyóniam.
Is rédit in patriam· et gnátam generat núptiis.
Sicyónia aeque párit puellam. hanc séruolus
Tollit átque exponit ét ex insidiis aúcupat.
Eám sublatam méretrix alii détulit. 5
Lemnó post rediens dúcit quam compréſserat
Lemníque natam spóndet adulescéntulo
Amóre capto illíus proiectíciae.
Requírens seruos réperit quam proiécerat:
Itaque aéqua lege et ríte ciuem cógnitam 10
Alcésimarchus, út erat nactus, póssidet.

INCIPIT CISTELLARIA *BVEJ*. PLAVTI · POETE · CLARISSIMI · CISTELLARIA INCIP̃ · *F*. Plauti Poetae Ciſtellaria *Z*
1. lemnuſ *BVE*[1]*J*. *corr. E*[2] liconiam *B*. liconia *E*[1] *et, post 5 litt. spat., VJ*. Lyonia *F*. ſiconia; *E*[2] (*) 2. inpatriam *BJ* nuptuſ *BVEJ* 3. Sycioni—a//////eq; //// pariit *B* (eq; *in ras. 4 litt.: fuit* aaeque, *ut vid.*). Sycion aaequę parit *V*. Sycion aeque pariit *E*. Siciona aequę parit *J*. Sitionia eque parit *F*. Sityoni atque pariter *Z: corr. Pylades* (*) 4. aut cupat *V* (*) 6. redens *B*[1]*VE*[1]*: corr. B*[2]*E*[2] quam com compreſſerat *B* (*prius* com *lineola subduxit B*[2], *in altero* m *ex* n, *ut vid., cum ras. effecit*). quam cõ conpreſſerat *V*. q cõ conp̃ſſerat *E* (cã *E*[2]. *in marg.* al quã *E*[3]). qui eam compreſſerat *Z*
7. spondet *Bothius duce Pareo*. deſpondet *F*. deſpondit *BVEJ* (*)
8. capti *J* proiecticiæ *B*[2]. pro lecticiæ *B*[1]. prolętitie *V*. pro leticie *E*. ꝓletitię *J*. proiectitie *F* 9. repperit *BVJF*. reperit *E* ꝓ iecerat *B* 10. Itaque aequa ⁊ *coll. v. 532*. Itaque *libri* cinem *J* (*) 11. Alceſſi marchus *BVJ*. Alceſſi marcuſ *E*. Alcoſimarchuſ (*ut fere semper*) *F*

PERSONAE

SELENIVM MERETRIX
GYMNASIVM MERETRIX
SYRA (?) LENA
AVXILIVM DEVS PROLOGVS
ALCESIMARCHVS ADVLESCENS
THYNISCVS (?) SERVOS
AMICVS PATRIS ALCESIMARCHI (?)
PATER ALCESIMARCHI
LAMPADIO SERVOS
MELAENIS LENA
PHANOSTRATA VXOR
HALISCA ANCILLA
DEMIPHO SENEX
CATERVA

ACTVS I

SELENIVM. GYMNASIVM. LENA

SELENIVM

Quom ego ántehac te amáui et mi amícam esse créui,
Mea Gýmnàsium, et mátrem tuám, tum id mihi hódie
Apéruistis, tu átque haec. sorór si mea ésses,
Qui mágis potueritis mihi honórem ire habitum,
Néscio, nisi, ut méus est animus, fíeri non posse árbitror: 5

1. *Varro de l. l. VII 98:* Apud Plautum 'quia ego antehac te amaui' ualet constitui: itaque heres cum constituit se heredem esse dicitur 'cernere' et cum id fecit 'creuisse': *ubi post* amaui *intercidisse* 'et mihi amicam esse creui': creui *apertum est: cf. Victorius Var. lect. VII 1. Priscianus inst. X 38 p. 529, 15 H.:* cerno creui: non solum enim *τὸ κοσκινίζων κρίνω* sic facit praeteritum, sed etiam cum pro uideo accipitur .... Plautus in Cistellaria 'cum ego te amaui, mea Antiphila, et mihi amicam esse creui': *cf. Ritschelius Opusc. phil. II p. 284 adn. Hinc pendet Osbernus p. 129 M.*

Act. I Sc. 1 MERETRICES·II·S GYMNASIVM & SELENIV̄ ‖ LENA *B.* MERETRICIS·II GYMNASIV̄ 7 SELENIVM LENA *V.* Meretricis ·II· Gymnaſiũ & Selenniũ (*sub finem folii rubro subducta*) ‖ MERETICIS · II · GIMNASIV̄ & SELENIVM · LENA *E.* MERETRICES DVAE · GYMNASIVM · ET SILENIVM · LENIA *J.* Silenium · Gymnaſium · meretriceſ due. Lena *F.* Meretriceſ due Gymnaſium. Silenium. Lena *Z* 1. SELE *praem. B,* Sileñ·*VE,* Sit *J* Cum ego *B, Priscianus.* um ego *c. sp. in. VE.* quia ego *Varro.* Quom *F.* Cum *JZ* ante hac *BVE*²*J.* anted hac *E*¹*: om. Priscianus* amaui, mea Antiphila *Priscianus* mihi//////// (*er.* eſſe, *ut vid., vel* &) *B.* mihi *ceteri* (*) 2. Mæa *E* gimnaſium *B.* gimnaſſium *E* (*) 3. Aperuiſti *BVE: corr. JFZ* 4. potueriſ *B* (*) 5. niſi *om. JFZ* m̄ſ *V.* /// m̄ſ (*er.* o, *ut vid.*) *E*

Íta omnibus relíctis rebus mí frequentem operám dedistis.
Éo ego uos amo mérito et eo a me mágnam inistis grátiam.

GYMNASIVM

Pol istó quidem nos pretió facile
Optántist frequéntare utíbilisque habére:
Ita in prándio nos lepide ác nitide, 10
Accépisti apúd te, ut sempér meminerímus.

SELENIVM

Lubénti edepol ánimo factum ét fiet á me,
Quae uós arbitrór uelle, ea út item expetéssam.

LENA

Quód ille dixit, quí secundo uénto uectus ést

---

6 *et* 8 *sqq. Varro de l. l. VII 99* (*cf. ad v. 1*): apud eundem quod est 'mi [quo desimi *F: corr. Augustinus*] frequentem operam dedistis' ualet assiduam .... itaque illud quod eaedem mulierculae dicunt '⟨pol ist⟩o quidem nos pretio ⟨facile o⟩ptanti est [*sic suppl.* ☙: dicunto quidem nos pretio (*sub finem folii*) ptanti est (*in initio folii*) *F.* dicunt ⟨pol istoc⟩ quidem nos pretio tanti est *ed. Spengelius, apud quem videas aliorum conamina: at* pol ist *intercidisse* o *relictum,* facile *interpretatio docet*] frequentare: ita in prandio nos lepide ac nitide accepisti' apparet dicere: facile est curare ut adsimus, cum tam bene nos accipias. 14 *sq. Varro de l. l. V 72:* Venelia a ueniendo ac uento illo quem Plautus dicit 'quod ibi

---

6. mi *Varro.* mihi *libri* (m̊ *ex* n̊ *E*) frequentē *B VE*². frequente /// (*er.* r *vel* ſ) *E*¹. frequent̃ *J.* frequenter *F* 7. Eo *BF.* Et *VEJZ* uos amo merito *duce Muellero* ☙. uoſ amo *BVEFZ.* amo uoſ *J* (uos *J*² *s. v.*) //// eo *E* (*er.* m) ame *BEJ* /// magnam (*er.* a) *J* (*) 8 *sq.* isto *Luchsius comment. pros II p. 7: cf. testim.* iſtoc *BVEFZ.* iſtuc *J* precio *BF.* p̄tio *E.* p̄cio *J* facile ‖ Optantist frequentare ☙ *duce Varrone.* facile eſt frequentare ‖ Tibi *libri* (*er.* facile ē *ante* facile eſt *V in fine v.*) utibilisque *Bothius.* utiliſ que *B.* ut illiſ que *VEJ*(quę) *FZ* haberi *ex* habere *B*², *ut vid.* habere /// (*er.* ſ) *E* (*) 10. inprandio *BEJ* anitide *E.* atque nitide *B: cf. testim.* (*) 11. Accepiſti, ti *ex* a *ut vid., B* aput *J* meminerimuſ *B*²*F.* meminerſ *VEJ.* meminer (min *ex al. litt., fort.* mn *vel* nim) *B*¹. meminerim *Z* 12. Lubenti *Bothius duce Pylade.* Lubentique *BJFZ.* Iubentique *VE* /// edepol *B* (*er.* SELEN, *ut vid.*) /// animo *B* (*er.* f) ame *BEJ* (*) 13. ut item ☙. ut *libri* expetessam *Gronovius.* expeteſ *libri* (*) 14 *sqq.* LEGY *praem. V,* legī *E,* GY *B* *Sic discr.* ☙, *ubi libri habent:*
Quod ille dixit qui ſecundo uento uectuſ eſt tranquillo mare
Ventum gaudeo · ecaſtor ad te ita hodie hic accepte ſumuſ ſuauibuſ modiſ

Tránquillo marí: uéntum gaudeó 15
Écastor ad te: íta hodie hic
Ácceptae sumús suáuibus modís
Néc nisi disciplína apud te fúit quicquam ibi, quin míhi placeret.

SELENIVM

Quíd ita, amabo?

LENA

Ráro nimium dábat quod biberem,
id mérum infuscabat.

GYMNASIVM

Amábo, hicine ístuc decét?

LENA

Iusque fásquest: 20
Nemo álienus híc est.

SELENIVM

Meritó uostro amó uos,
Quía me colitis, mágni facitis.

LENA

Décet pol, mea Selénium,
Hunc ésse ordiném beniuoléntis intér se

---

dixit . . . . uentum gaudeo'. *Charisius inst. gr. I p. 61, 12 et p. 137, 18 K.:* (ab hoc mare, non ab hoc mari dici oportet. Romanus ita refert . . . .) consuetudo uero per i locuta est contra definitionem quam sub titulo ruris dixit. Plautus in Cistellaria 'secundo . . . . mari' (*sic ed. princ.:* mare *Keilius cum N*).

V. 14 Quod ibi *Varro, v.* 15 mari *J cum Varrone et Charisio, v.* 16 adte *B et, ex* atte, *J* hic *om. B* (*) 18. Nec *F.* Næc *B,* N *ex* H, *ut vid.* Haec *V*(Hęc)*E* (ḣ)*JZ* iuſi *V* apud, d *ex* i, *ut vid., B.* aput *J* quic quã, c *ex* i, *ut vid., B* placent *F* (*) 19. Qd̃ *VE* LE. *Saracenus.* GY. *libri* (*nisi quod* eẑ *i. e.* etiam *E ex nota male intellecta habet*) raro uinum dabat *F* infucabat *F* (*) 20. GY. *Saracenus.* SELE *B.* Sit *VEJFZ* hiccine *libri, sed* ci *ex* ſi *corr. E* iſtuc *F.* iſtud *reliqui* LE. *Gruterus.* GY *B*² *in ras. 4—5 litt. JFZ: spat. VE* faſque, f *J*² *er.* u eſt *libri* 21. LEGY *praem. V,* Legī *E,* LEÑ *J,* Le. *FZ: del. Pylades* uro *BVEJ* SIL *B*¹: SEL *rubr.* 22. magni facitis *Spengelius 'Ref.' p. 234 sq.* et magniſ facitiſ *BVE.* et magnifacitiſ *J*(fa *ex* fic *inter scribendum*)*FZ* ſelenium *EJ et,* ſe *ex* ſo, *V.* ſilenium *BFZ* (*) 23 *sq. Vnus est versus in libris* beniuolentiſ *B.* bene uolentiſ *VEJF.* beneuolenteſ *Z*

Béneque amicitia útier.
Vbi istás uideas summó genere gnatás, summatis mátronas, 25
Vt amícitiam colunt átque ut eam iunctám bene habent intér se:
Si idem ístuc nos faciámus, si idem nós imitemur, — íta tamen
Vix uíuimus cum inuidiá summa.
Suárum esse opúm nos uolúnt indigéntes:
Nostrá copiá nil uolúnt nos potésse 30
Suíque omniúm rerum nós indigére,
Vt sibi simus súpplices.
Eas si ádeas, abitum quám aditum mális: ita nostro órdini
Palám blandiúntur, clam si óccasio úsquamst
Aquam frígidam subdole súbfundunt. 35
Virís cum suís praedicánt nos solére:
Suás paelicés esse aiúnt: eunt depréssum.
Quia nós libertinaé sumus, et ego ét tua mater ámbae
Meretríces fuimus: ílla te, ego hánc mihi educáui
Ex pátribus conuentíciis. neque ego hánc superbiái 40
Causá pepuli ad meretrícium quaestúm, nisi ut ne esurírem.

---

bene que *E* amicitię *V* (*) 25. nataſ *libri* ſummateſ *Z* (*) 26. ami ciam *B* atq *V* *post* eam *c. 4 litt.* (bene, *ut vid.*) *er. B* uinctam *Z.* uictam *F* (*) 27 *sqq. Sic libri* (*nisi quod B* in uidia *et* uolunt *ex* nolunt, *ut vid., cum ras.*):
Si idem iſtud noſ faciamuſ ſi idem imitamur ita tamen uix uiuimuſ
Cum inuidia ſumma ſuarum opum noſ uolunt eſſe indigenteſ
ubi istuc *corr. Bothius*, nos *add. et* esse *trai.* ☙, *versus sic discribens,* imitemur *corr. Camerarius* (*) 30. nihil *Pylades.* nihilo *libri* (nichilo *J*) 31 *sq. Vnus versus est* omiũ *J* ſimuſ *B*, ſ *extr. B*² *in ras. litt.* m *vel* mv⸗, *ut vid.* 33. eaſq; *F* ad eaſ *B* habitum qua *J* abitum atq; aditum *F* qliſ maliſ *E* (*exp. E*¹) (*) 34. clam, am *in ras. E*² ſioccaſio ///// *B* (*er.* eſt). ſi ocaſio *E*, ſi *in ras. E*². ſi occaſſio *J* eſt *libri* 35. ſuffundunt *libri* (*) 36. quom *F* predicant *BV* 37. pelicef *BVEJ*². felicef *J*¹. pellicef *FZ* agiunt *J* *ante ras.* eũ *VE.* eum *J* depſſum *E* (*) 38. libertine *et* ambe *VEF* 39. Me///retricef fuimuſ *B*, *er.* t, *ut vid., et* im *e corr.* (*incohato* fueri, *ut vid.*) illate *VE* mihi *om. JZ* (*) 40. ĩ partib; *supra* patrib; *J* conuentitiis *Gulielmius, Scaliger.* conuentuſ (*vel* iiſ) *B.* conticuſ *VE.* conticiuſ *J.* conticuiſ *FZ* neque ego *F.* ego neque *reliqui* superbiai *Bothius.* ſuperbiae *JZ.* ſupbię *BV.* ſuperbie *EF* (*)
41. pepuli *Spengelius Philol. XXII p. 541.* repuli *BVEJZ.* reppuli *F* meretritium *V.* meretricum *F* queſtum *BVEJF* eſuriem *F* (*)

SELENIVM

At sátius fuerat eám uiro dare núptum potius.

LENA

Héia,
Haec quidem écastor cottídie uiro núbit, nupsitque hódie,
Nubét mox noctu. númquam ego hanc uiduám cubare síui.
Nam si haéc non nubat, lúgubri famé familia péreat. 45

GYMNASIVM

Necéssest quo tu mé modo uoles ésse, ita esse, máter.

LENA

Ecástor haud me paénitet, si ut dícis ita futúra's:
Nam sí quidem ita eris, út uolo, numquam Hécala aetate fíes
Sempérque istam quam núnc habes aetátulam optinébis
Multísque damno et míhi lucro siné meo saepe eris súmptu. 50

GYMNASIVM

Di fáxint.

LENA

Sine operá tua di horúnc nil facere póssunt.

GYMNASIVM

Equidém meam addam operam sédulo. sed tú inter istaec uérba,

45. *Osbernus p. 308 M.:* lucubre · i · mane uel uigilanter: unde Plautus in Cistellaria 'si haec non nubat lucubre fame familia pereat'.

42. SELE *add.* B^2E^3: *om. etiam* V faciuſ *et* pociuſ E nuptũ, ũ *ex* ã J LE B^2 *in ras.: om.* VE Heia(*fort. alt.* i *superne er.*)B. heia V. eia EJZ. Eya F (*) 43. Hec EF cotidie $BVEJZ$. quotidie F (*) 44. nunquam EJF ſibi J 45. hec EJ lugubri *Camerarius.* lugubre Z. lucubre *cum 5 litt. spat.* BV, *sine spat.* F *et, ras. ex* lugubare, E. lucubrae J: *cf. testim.* famae J pereat E (*) 46. Neceſſe eſt *libri* me *om.* J 47. haut E penitet *et* futura eſ *libri* (*) 48. ſiquidem $BVJF$ nunquam J Hecala aetate ☙ *praeeuntibus aliis.* & hæc ate B^1V(hęc)E(æ' hec). & hæc_ate B^2. & hecata J. etate F. Hecate Z (*) 49. Semper que B nunc iſtã E (*exp.* E^1) aet atulam E obtinebiſ VEZ 50. Multiſ que E dampno VEJ ſepe $BVEJF$ ſumptũ (*er.* -) E (*) 51. GY *add.* B^2E^3J: *om. etiam* V Dii J faxiræ B di horunc nihil B. nihil di horunc V. nichil di horrunc E. nihil dii hor hunc J. nihil dii horum FZ (*) 52. GY. *om.* FZ (*add. Saracenus*) Hequidem hercle ſunt E (*exp.* E^1) meam ☙. hercle *libri* ſed quid tu F iſtec EF. haec Z (*)

Meus óculus, mea Selénium, — numquam égo te tristiórem
Vidi ésse: quid, cedo, te óbsecro tam abhórret hilaritúdo?
Neque múnda adaeque es, út soles — hoc sís uide, ut petíuit 55
Suspíritum alte — et pállida's. elóquere utrumque nóbis,
Et quíd tibist et quíd uelis nostram óperam, ut nos sciámus.
Noli, óbsecro, lacrumís tuis mihi exércitum imperáre.

SELENIVM

Média excrucior, méa Gymnasium, mále mihist, male máceror,
Dóleo ab animo, dóleo ab oculis, dóleo ab aegritúdine. 60
Quíd dicam, nisi stúltitia mea méd in maerorém rapi?

GYMNASIVM

Índidem, unde oritur, fácito ut facias stúltitiam sepelíbilem.

SELENIVM

Quíd faciam?

GYMNASIVM

In latebrás abscondas péctore penitíssumo.
Tuám stultitiam sóla facito ut scías sine aliis árbitris.

---

63. *Charisius p. 190, 1 K.:* conlata sunt aduerbia. Varro sic ait in III *περὶ χαρακτήρων*, propius proxime. in his extra consuetudinem communem frequenter perfectis uti solet Plautus, ut in Aulularia...et in Mostellaria 'quid.... penitissimo': *cf. ad Mostell.*[2] *656 et ad Pers.*[2] *522.*

---

53. Meuſ' mea 'oculuſ *E* oculoſ *J*[1]*: corr. J*[2] ſelenium *VE.* ſilenium *BFZ.* ſilemum *J* nunquam *JF* 54. cedote *V* ilaritudo *E* 55. munda, nd *ex parte in ras.* (*ex* ml, *ut vid.*) *B.* mũda *E* ad ęque eſ *BVEZ.* ad eque eſ *F.* adaeq. *J* hocſiſ *B* ut & *J* 56. Suſpirium *F* pallida eſ *libri* utrunque nobiſ *F.* nobiſ utrumque *E.* nobiſ utrunque *Z* (*) 57. quid//// *bis E* (*er.* ẽ) eſt *libri* uelis *FZ.* uelit *BVEJ* 58. lacrimiſ *VE* excruciatum imperare *FZ* 59. Media excrucior *B.* Mea excrucior *libri* (ex crucior *B.* excrutior *V*) gymnaſium mea *Z* mihi eſt *libri* (*) 60. egretudine *EJ* 61. Quid /// (*er.* ẽ) *E* ſtulticia *BVE*[2]*J*(ã *ante ras.*) *F.* ſtulcia *E*[1] med *Weisius in adn.* me *libri* inmerorem *BJ et* (ĩ) *E.* in merorem *V.* immemorem *F* rapi *Gulielmius.* rapit *libri* (*) 62. Indicem *F* ũde *E* ſtulticiam *BEJF* ſepe libilem *V.* ſepe libęlem *E* (*) *Post v.* 62 *et v.* 63 S *er. in marg. B* (*v.* 63 *fortasse* S S), *ut vid.* 63. Gy. *om. F* Inlatebraſ *B et* (Inlateb *in ras.*) *J* condaſ pectori *Charisius* penitiſſimo *BVE* (o *ex* e), *Charisius* (*) 64. ſtulticiam *BJF.* ſtulciam *E* ſolam *EZ* (*corr. Pylades*) arbitriſ *om. Z* (*)

SELENIVM

Át mihi cordoliúmst.

GYMNASIVM

Quid? id undest tíbi cor, commemora, óbsecro? 65

Quód neque ego habeo néque quisquam alia múlier, ut perhibént uiri.

SELENIVM

Síquidemst, quod doleát, dolet: si autem nón est, tamen hoc híc dolet.

GYMNASIVM

Ámat haec mulier.

SELENIVM

Ého an amare occípere amarumst, óbsecro?

GYMNASIVM

Námque ecastor ámor et melle et féllest fecundíssumus.
Gústui dat dúlce: amarum ad sátietatem usque óggerit. 70

SELENIVM

Ád istam faciemst mórbus, qui me, méa Gymnasium, mácerat.

GYMNASIVM

Pérfidiosus ést amor.

65–75. *In his versibus plane perturbata est discriptio* (-- tibi cordolium — mulier — non eſt — eho — ecaſtor — dulce — faciem eſt —— Perfidioſuſ — animo eſ — ueniat — Veniet — uenit): *corr. Pylades* 65. michi *J* cordolium (cor dolium *B*) eſt *et* unde (Vnde *B*) eſt *libri: atque post* cordolium eſt *E habet* GYMN. amat hec mulier · Set ehc ‖ At m̄ cordoliū eſt. GY *subducta lineola ab* E^1: *cf. v. 68* cor *Bothius, Bentleius duce Meursio.* cordolium *libri* (cor dolium *B*) Cō memora *V.* Cū memora *E* (*) 66. qd̄ *BVE et cum ras.* (*ex* qd *ut vid.*) *J* /// /// habeo *E* (*fuit* habēo, *ut vid.*) nec *F* 67. Siquidēſt *V.* Siquid eſt *BJFZ.* Siquidem *E* (*) 68. hec *EJF* ehc E^1 (o E^2) eſt *libri* (*) 69. Nanq. *B.* Nãq *V.* Nanque *F* felle eſt BVE^2Z. felle E^1JF fecundiſſimuſ *BVEJ* 70. QV**********MARV*****-TIETATEMUSQ·OG**RI — *A* Gustui dat *Bothius, Bentleius, Guyetus.* guſtu dat *libri* (*cum A, ut vid.*), *sed* u d *in B cum ras.* (guſtitat *vel* guſtidat *fuisse vid.*) ad ſacietatem *BJ.* & ſacietatem *E* aggerit *FZ* (*) 71. ADI————AT *A* (*sine* DI *As*) eſt *libri* q̄ *s.v.* E^1. mihi qui *F* me *om. Z* (*corr. Pius*) 72. PERFIDI————*A* (*)

SELENIVM

Ergo ín me peculatúm facit.

GYMNASIVM

Bóno animo's: erit ísti morbo mélius.

SELENIVM

Confidám fore,
Sí medicus ueniát, qui huic morbo fácere medicinám potest.

GYMNASIVM

Véniet.

SELENIVM

Spissum istúc amantist uérbum 'ueniet', nísi uenit. 75
Séd ego mea culpa ét stultitia péius misera máceror,
Quóm ego illum unum mi éxoptaui, quícum aetatem dégerem.

LENA

Mátronae magis cónducibilest ístuc, mea Selénium,
Vnum amare et cúm eo aetatem exígere, quoi nuptást semel.
Vérum enim meretrix fórtunatist óppidi simílluma: 80
Nón potest suam rem óbtinere sóla sine multís uiris.

SELENIVM

Hóc uolo agatis: qua áccersitae caúsa ad me estis, éloquar.

---

73. B*NOA ——— ON***AMFORE *A* (BONO ——— *As*) ef *libri* 74. SIM**ICUSUENI**Q***U*********ICINAMPOTEST *A* (——EDIC—— *As*) ueniet *F* 75. UENIET#SPISS***STU**MA ——— *A* ſpiſſum, m *ex* ſ *B* istuc *Bothius.* iſtud *libri* eſt uerbum *BVEZ.* uerbum·ſ·*J.* uerbum *F* (*) 76. SEDEGOMEA**LP*E*STULTIT*A**-****I*********OR *A* (MEA——STULT ——— OR *As*) ſtulticia *BEJF* 77. QUOMEGOILLUMM****XO***UIQUICUMAETATE**EG**E—— *A* Quia ego illum unum mihi *libri praeter A* qui cum *BJFZ* etatem *J ante corr.* (etate degerem *ex* etatemegerem *cum ras.*) *et F.* aetate *BVEZ* (*non A, ut vid.*): *corr. m. rec.* (*fort. Camer.*) *in B cum Pio* 78. LENA *praem. BVE,* GY *JFZ* *Sic A* (*sed* M**RONAE), *ubi* Matrone *BVEJF* conducibile eſt *BVEJZ.* condecibile eſt *F* ſelemium *E.* ſilenium *JFZ* 79. UNUMAMAREETCUMEOAETATEMEX ——— PTAST-SEMEL *A, ubi* (iger)EQ(uoinu) *As, cum mihi neque* Q *apparuerit et* CUI *spatio convenire visum sit* aetate *E* exige *VE* cui *BVEJ* eſt ſemel *BVEZ.* ſemel eſt *JF* 80. UERUMENIMMERETRIXFOR-TUN ——— *A* meritrix *V* fortunata *F* eſt oppidi *BJZ.* eſt opidi *VEF* ſimillima *BVEJ* 81. NONPOTESTSUAMREM ——— *A* optinere *JF* 82. KOCNU ——— Q ——— *A* accerſitę /// *B* (*er.* g). acerſite *EJ.* arceſſitae *Z* adme *B* (*)

Nám mea mater, quía ego nolo mé meretricem dícier,
Óbsecutast, géssit morem oránti morigeré mihi,
Vt me, quem ego amárem grauiter, síneret cum eo uíuere. 85

LENA

Stúlte ecastor fécit: sed tu enúmquam cum quiquám uiro
Cónsueuisti?

SELENIVM

Nísi quidem cum Alcésimarcho némine,
Néc pudicitiam ímminuit meam míhi alius quisquam.

LENA

Ópsecro,
Quó is homo insinuáuit pacto se ád te?

SELENIVM

Per Dionýsia
Máter pompam mé spectatum dúxit. dum redeó domum, 90

---

89 *sqq. Theocriti II 65 cum comparaverit Casaubonus, rectius etiam huc traxit Lambinus Menandrum apud Hermogenem de inv. IV 11 p. 256 Sp.:* Διονυσίων ⟨μὲν⟩ ἦν | πομπή ⟨·'πὶ τὴν θέαν δὲ μήτηρ μ' ἤγαγεν *ex Plauto add. Herwerdenus Mnem. n. s. VI p. 77*⟩, ὁ δέ μ' ἠκολούθησε⟨ν⟩ μέχρι τοῦ πρὸς τὴν θύραν· ἔπειτα φοιτῶν καὶ κολακεύων ⟨ἐμέ τε καὶ *add. Dobraeus* [*ut antea* μὲν *et* ν]⟩ τὴν μητέρ' ἔγνω μ'.

---

83. NAMMEAMATERQUIAEGONOLO———— *A* mea, ea *in ras. J* meritricem *B* ditier *V.* dictier *E.* didicier *J* 84. OBSECUTASTGESSITMOREMO———— *A: ubi* ORA(ntim)O *As.* Obſecuta eſt de ea re geſſit (geſſi *VE*) morem morigere (morigerœ *Z.* morigerare *F*) mihi (michi *E*) *reliqui* (*) 85. UTMEQUEMEGOAMAREMO———— *A* q̃ ego amorem J^1 (quem *corr.* J^2, amarem J^1) 86. STULTEECASTORFECITSRDTUEN**Q***QUMQ**QUA*UIRO *A* Sulte *ex* Suite *E* tu en umquam *J et* (unquam) E^3FZ. tu/// nunquam B^1, *er.* e, *ut vid.* tue nũquam E^1. tue nũquã *V.* tun/// unquam B^2 quicquam *E.* quoquam *F* 87. CONSUEU**TI#**SIQ*********LCESSIMARCKO**MIN* *A* equidem *F* alcheſimarcho *BVE.* alcheſimarco *JF* 88. *Sic A, ubi* Neque pudicitiam (pudiciciam *B ante corr. F.* pudititiam *V*) meam mihi aliuſ quiſquam (a *ex* i *B*) imminuit ‖ LE. Obſecro *reliqui,* Obſecro ... ad te *et* Per ... domum *comprehendentes* (*) · 89. QUOISKOM*INSINU***TPACTOSEADTE———— *A* (***SINUA**TPA***** *As*) quoiſ *V* adte *BEJ*² *cum ras.* abte J^1 SELENIVM ‖ Perdioniſia *B* (L *ex* N, *ut vid.*) dyoniſia *V.* dioniſia *EJ* 90. MATERPOMPA————UM *A* ſpecitatũ E^1 (t ſpectatũ *in marg.*)

Cónspicillo cónsecutust clánculum me usque ád fores:
Índe in amicitiam ínsinuauit cúm matre et mecúm simul
Blánditiis, munéribus, donis.

LENA

Mí istunc uellem hominém dari:
Vt ego illum uorsárem.

SELENIVM

Quid opust uérbis? consuetúdine
Coépi amare cóntra ego illum, et ílle me —

LENA

O mea Selénium, 95
Adsimulare amáre oportet: nám si ames, extémpulo
Mélius illi múlto, quem ames, cónsulas quam reí tuae.

SELENIVM

At ille conceptís iurauit uérbis apud matrém meam
Mé uxorem ductúrum esse: ei nunc ália ducendást domum,

---

91. *Huc refert Seyffertus Burs. Annal. LXIII p. 2 Placidi glossam p. 28, 1 D. (CGL. V p. 15, 10 = 58, 13 G.):* conspicillo: ita ut conspici possint quod aiunt longis lineis.

---

91. C————RES *A, ubi initio in parte nunc abscissa* CONSPICIO *notarunt Ritschelius et Studemundus* confecutuſ eſt *libri* meuſ que *VE* adforeſ *BJ* (*) 92. INDEINAMIC————UM-SIMUL *A* cũmatre *B* (˜ *B*²) 93. BLANDITIISM*****B*SD****#**-***STUNCU**LEMKO—— ‖ NEMDARI *A* (——BUS—— *As*) Blandiciiſ *BEJF* doniſ, i *ex* e *vel* o *E.* domiſ *J* LE. *Bothius.* GY. *libri* Mihi iſtum hominem uellem *BVEJ* (Michi) *FZ* darę *V* 94. UTEGOILLUMUERSAR**#Q**DOPUSTUERBIS**NSUETUDINE *A* (UORSAR** *As*) uorſarē *ex* uorſar *E*², *ut vid.* opuſ eſt *libri* 95. *Sic A, ubi* Cępi *V.* Cepi *EF* omea *VEJ* ſelenium quidē *BVE.* ſilenium quidem *JF.* ſilenium quid eſt *Z: del.* quid eſt *Guyetus et Bentleius cum A* me — *pro* me. ☒ (*scil.* ἔγνω) (*) 96. *Sic libri, nisi quod* Aſſimulare *BVEJZ* oportet, r (*ex* ti, *ut vid.*) *corr. B.* oportet z (*i. e.* et) *E* EXTEMPUL* *A* (EXTEMPL—— *As*). extemplo *reliqui: corr. Camerarius* (*) 97. MELIUSILLI*UL*OQ**AMESCONSULASQUAMREITUAE *A* (QUIAMES, *ut vid.*) tue *EF* 98. *Sic libri, sed* CON*******URAUIT *A* (U**UIT *As*) aput *J* *Huius et proximorum v. discriptio perturbata est* (— me uxorem — lemnienſiſ — mater — reſciuerim)*: corr. Pylades* 99. ME————CT————SS——N-CALIADUCENDASTDOMŨ *A quadrantibus spatiis* Ductur *J* alia, al *ex* eil *J* ducenda eſt *BVEJFZ*

Súa cognata Lémniensis, quae hábitat hic in próxumo. 100
Nam eúm pater eius subégit. nunc mea máter iratást mihi,
Quía non redierím domum ad se, póstquam hanc rem rescí-
uerim,
Éum uxorem ductúrum esse aliam.

LENA

Níl Amori iniúriumst.

SELENIVM

Núnc te amabo, ut hánc hic unum tríduom hoc solúm sinas
Ésse et hic seruáre apud me: nam ád matrem accersíta
sum. 105

LENA

Quámquam istuc mihi erít molestum tríduom et damnúm
dabis,
Fáciam.

SELENIVM

Facis benígne et amice. séd tu, Gymnasiúm mea,
Sí me absente Alcésimarchus uéniet, nolito ácriter
Éum inclamare: utut érga med est méritus, mi cordíst tamen.

---

100. SUA——————Q****ABITATKIC****OXUMO *A* Suã *EZ* lẽ nienſiſ *B*. lenienſiſ *VZ*. leniẽſiſ *E*. lamneſiſ *F'* habitabat *J* proximo *B*². proximo *B*¹*VEJ* 101. N————UBEGITNUNCMEAMATERIRATASTMIKI *A*, *ubi* NAMEUmpaterUss *initio As* (*nunc abscissum*) ei' *ex* eo *E* ſub egit *BE* Irata eſt *libri* (*) 102. ————M-ADSEPOSTQUAMKANCREM ‖ RES*IUERIM *A* (QUE————DO—— *et* **SCIUERIM *As*) p̄ quam *V* eam rem *libri praeter A* reſcuuerim, uu *ex* im *vel* iui *E* 103. EUMUXOREMDUCTURU*****ALIAM♯NIKILAMORIINIURIUMST *A* (UM *per ligat.*) aliam eſſe *F'* Nihil (nichil *EJ*) amore iniurium eſt *libri: corr. Is. Pontanus e cod. Oxon., fort. cum A* (*) 104. NUNCTEAMABOUTKANCKI————CSOLUMSINAS *A* *quadrante* KICUNUMTRIDUUMHOC, *ut coniecit Seyffertus in Burs. Annal. LXIII p. 67, ubi* Nunc tue (tuę *B*². tuę *VJ*. te *FZ*) amabo ut hanc (hunc *F*) triduum (tridium *VE*) hoc (c *ex* ſ *B*) ſolum ſinaſ (ſi////naſ *J*, *er.* ni) *reliqui* (*) 105. *Sic libri, sed* aput me ~~nam~~ nam *J* AD**TREM *A* accerſitam *Z* (*) 106. QU**Q————MDABIS *A* (*sine alt.* Q *As*) Quāquā *BV* iſtud mihi *B*. mihi iſtud *reliqui: corr. Schmidtius de pron. p. 83 sqq.* triduum *libri* . dampnum *BVEJ* (*) 107. **CIA———— *A* gimnaſium *E* 108. **MEAB———— *A* (**M—— *As*) abſ///ente *E, er.* c alcheſimarchuſ *BV*. alcheſimachuſ *E*. alcheſimarcuſ *J* 109. EU***CL———— *A* (EUMINCL *As*) utut *Pylades. & ut libri* med *Camerarius in ann.* me *libri* mihi

Séd, amabo, tranquílle: ne quid, quód illi doleat, díxeris. 110
Áccipias clauís: si quid opus tíbi erit promptu, prómito.
Égo uolo ire.

GYMNASIVM

Vt mi éxciuisti lácrumas.

SELENIVM

Gymnasiúm mea,
Béne uale.

GYMNASIVM

Curá te, amabo: sícine inmunda, óbsecro,
Íbis?

SELENIVM

Inmundás fortunas aéquomst squalorém sequi.

GYMNASIVM

Ámiculum hoc sustólle saltem.

SELENIVM

Síne trahi, quom egomét trahor. 115

GYMNASIVM

Quándo ita tibi lubét, uale atque sálue.

---

115. *Huc spectare videtur Festus Pauli p. 28, 14 M.:* amiculum genus est uestimenti a circumiectu dictum*: cf. praef. Poen. p. XXVI et Reitzensteinius 'Verrian. Forsch.' p. 61. 64. Adde CGL. II p. 16,20 G.:* amiculum *ἀναβόλαιον.*

---

cordi est *Camerarius.* incordi eſt *B V.* ĩcordiẽ (*er.* ˜) *E*[1]. incordieſ *E*[3]*JFZ* tũ *ras. ex* tm̃ *E* (*) 110. S*DAMA——— *A* (S**A——— *As*) nequid *B.* ne quid' *E* quod illi *om. F* deleat *VE*[1]*: corr. E*[2] (*) 111. ACCIPIASCL——— *A* (ACC——— *As*) clauef *JFZ* ſiquid *BJ.* ſi qid' *V.* ſi q̃d *E* opus tibi *Muellerus Pros. p. 107.* tibi opuſ *E ex ras. FZ.* tibi opuſ eſt *B V* (ẽ) *E ante ras.* (÷) *J* eritpromptu *B.* erit pro uictu *F* promitto *B*[1]*VEJ: corr. B*[2] (*) 112. EGOVOL——— A *A* mihi *libri* (michi *EJ*) lacrimiſ *B*[1]*VE.* lacrimaſ *B*[2]*J* gimnaſium *VE* *Inde ab hoc v. perturbata est discriptio* (— lacrimaſ — ſicine — aequum eſt — ſaltem — lubet — uelim GYMNASIVM — amare — intro — Vale)*: corr. Pylades* 113. BENE — *A* Curate *B*[1] *VE* (at *B*[2]). Cum te *J*[1]*: corr. J*[2] ſiccine *EJFZ* In munda *J* 114. IBIS#I——— QVI *A* (IBIS——— *As*) furtunaſ *J* aequum (equum *EF*) eſt *libri* Sualorem *B* 115. AMICV——— KOR *A* Amiculum *B.* (t *B*[2])*: cf. testim.* quom *F.* cum *reliqui* 116. QVAND——— *A* (QV——— *As*) Quando hoc tibi *F* lubet *B*[2]. iuu& *VJFZ: aut sic aut* uiuet *B*[1]*E* (*)

SELENIVM

Si possím, uelim.

GYMNASIVM

Númquid me uis, máter, intro quín eam? ecastór mihi
Vísa amare.

LENA

Istóc ergo auris gráuiter obtundó tuas,
Né quem ames. abi íntro.

GYMNASIVM

Numquid mé uis?

LENA

Vt ualeás.

GYMNASIVM

Vale.

LENA

Idem míst quod magnae párti uitium múlierum, 120
Quae hunc quaéstum facimus: quae úbi saburrataé sumus,
Largíloquae extemplo súmus, plus loquimur quám sat est.

---

117. NUNÇQU——— *A* Nūqid *V*. Nunquid *E* metuiſ *F* michi *J* (*) 118. UISA————ŲAS *A* (UISA——— *As*) Viſa, iſ *ex* n *E* ego *F* aureſ *JFZ* 119. NEQ————UALE *A* nequem ameſ *JFZ*. neq' meaſ *BVE* abintro *JF: om. Z*

Act. I Sc. 2 LENA RESTITIT DV *V itemque, sed* LENE (E *extr. lineola del. et* A *add. atramento*) *E et sine* DV *B.* LENA du· *in fine v. 119 J.* LENA *FZ. duorum v. spat. A Per totam fere scaenam perturbata est discriptio* (— quae nunc — extemplo — hinc [*sed* Nam *B*] — ſuſtuli | — ego nunc — compleui — mihi | — ei [*sed* Sycione *B*] — mulierculam | — perdita eſt | — mecum — ſibi | — euenit ilico | — accepit ilico | [*et* Poſtquā *B*] — obſtetriciſ — ſibi | — rei — illa quae [*sed* Id *B*] — uenerit | — domum |): *corr. Pylades* 120. IDEMMIKI——— *A, sed* (MIKI)ŞTQ————MULI— *As* (*nunc abscissa*) Idem mihi magne (magnę *B²Z*) quod parti (partit *B ante ras., ut vid.*) eſt *libri: quae duce As traiecit* uicium *BJ* mulier *Z* (*) 121. QUAEKUNÇQ**E***MFAÇIMUSQ——— ———AESUMUS (UMU *per ligat.*) *A* (*sine* AES *As*) quae (que *EF*) nunc Queſtum (Quęſtum *JZ*) *BVEJFZ: corr. Lambinus cum A* facimuſ *JFZ*. faciemuſ *BVE* que *E* ſaburrate *B¹VEJF* (ę *B²*) 122. *Sic libri, nisi quod* largiloque *B¹EF* (ę *B²*). largiloq. *VJ* extempło *E* ET *pro* ſumuſ *A*

Nam ego íllanc olim, quae híne flens abiit, páruolam
Puellám proiectam ex ángiportu sústuli.
(Aduléscens quidam hic ést adprime nóbilis: 125
[Quia égo nunc quasi sum onústa mea ex senténtia
Quiaque ádeo me compléui flore Líberi,
Magis líbera uti língua conlubitúmst mihi:
Tacére nequeo mísera, quod tacito úsus est.]
Sicyóne summo génere ei uiuít pater: 130
Is amóre misere hanc déperit muliérculam,
Quae hinc módo flens abiit: cóntra amore eum haec déperit.)
Eam méae ego amicae dóno huic meretricí dedi,
Quae saépe mecum méntionem fécerat,
Puerum aút puellam alicúnde ut reperirém sibi, 135
Recéns natum eapse quód sibi suppóneret.
Vbi míhi potestas prímum euenit, ílico
Feci éius ei quód me orauit cópiam.

---

123. N—— *A* ego illanc *Pareus*[3]. ego illam *F*. illam (illa *J*) ego *reliqui* olim, i *ex* o *E* que nunc hinc *F* (*) 124. PU——— *A* proiectū *J* angui portu *BVE* (n *e corr. c. ras. B*) ſuſtulit *V et E ante ras.* ſuſtuli// *B* (*) *V.* 125. 130—132 *coll. v. 190 sqq. secl. Windischmannus Mus. Rhen. I p. 123: quibus Ritschelius Parerg. p. 237 adn. adiunxit v. 126—129 parallelos v. 120 sqq., recte omissos in A* (*) 125. ADUL——— *A* (A—— *As, nihil notans v.* 123 *sq.*) adoleſcenſ *E* hic eſt apprime *F*. hinc apprime *Z* (*corr. Pius*) 126. Quia ꝯ. quin *libri* onusta *Camerarius.* honeſta *libri* (a *ex* ã *E*) (*) 127. quia quæ *BVJ*(quę)*E*(que) *Z* liberio *J* 128. conlibitum (collibitum *J*. collubitum *F*) eſt *libri* michi *E* 129. tocito *J* 130. SIC—— *As* (*abscissum*) Sicyone *cum 2 litt. spat. V.* Sycione *BJ*. ſycyone *E*. Sitione *F* (*) 131. **AM———PATER *A*: *ubi exitum non notavit As, sed ante exitum* MULI**CU—— (*nunc abscissum*) *ita, ut* Is amore misere hanc deperit mulierculam pater (*ex v. 130*) *extitisse probabile sit* 132. QUA—— ———KAECDEPERIT *A, ubi* ——TCONT (*nunc abscissum*) *ante* (raamoreeumhae)c *As* Que *BEF* hinc modo *E*. modo hinc *F* amorem *FZ* eum (eum *B*[2]. cum *J*) haec (hec *EF*) perdita eſt *libri, nisi quod* perdite *E*[2] (te *ex* ta ẽ, *ut vid.*) *et* perdite perdita eſt *Z* (*) 133. EAM——— *A* amice *J* meretrici, i *B*[2] *in ras.* (*ex* meretricie, *ut vid.*) 134. QU——— *A* quæ *B*. q. *V*(dediq.). q' (dediq') *E*. que *F*. quod *Z* ſepe *BVEJF* fecerat *E*[3], *Camerarius.* fecerit *libri*

135. *Nihil apparuit in A* aliquunde *F* repperire *V*. repperir& *E*
136. R——— *A* capſe *VEJ* ſibi *ex* ubi *E* ſubponeret *J* (*)
137. U——— *A* michi *J: om. F* euenit/// *B una litt.* (*fort.* s) *er.*
138. FE——— *A* *Hunc v. et sequentem a principio om. suppl. E inter*

Postquam eám puellam a méd accepit, ílico
Eandém puellam péperit, quam a me accéperat, 140
Sine óbstetricis ópera et sine dolóribus,
Item ut áliae pariunt, quaé malum quaerúnt sibi.
Nam amátorem aibat ésse peregrinúm sibi
Suppósitionemque éius facere grátia.
Id duaé nos solae scímus: ego quae illí dedi 145
Et ílla quae a me accépit — praeter uós quidem.
Haec síc res gestast. sí quid usus uénerit,
Meminísse ego hanc rem uós uolo. ego abeó domum.

---

versus memorauit *E, sed alt.* m *lineola del* E^1 139. *Nihil apparuit in A* meam *E, sed prius* m *del.* E^1 a med *Klotzius 'Altr. Metr.' p. 169.* ame *BEJ.* a me *VEZ* ilico fraude *F* (*) 140. E——— *A* (*et* AM *vocis* quam *As, nunc abscissum*) qua *J* ame *B* (*) 141. ——NEDOLORIBUS *As* (*nunc abscissum*) obſtricíſ *J* 142. ITEM-———SIBI *A* (*et* ———RIUNTQUAEMALUMQUAERUNT *As, nunc abscissum*) itidem *JF* alie *EF* pariũt que *EF.* pariuntq. *J* querunt *BVJF* (*) 143. NA———IBI *A* (*et* ———TORE-———SS———MS *As, nunc abscissa*) aibat *Bothius.* aiebat *libri* (*ras. ex* iaiebat *J*) pregrinum *V* 144. SUPPOSITIONEMQ·**-USFA**REGRAT——— *A, ubi* ſuppoſitionem (ſuppoſitio nem *B.* ſuppoſitorem *F.* ſuſpitionem *Z: corr. Valla*) eiuſ (*in ras.* B^2 [*fort. fuit* ſeſe ei']. e *ex* i *E.* huiuſ *F*) rei facere *reliqui* (*) 145. IDDUAENOSSCIMUSSO-L*EGOQUAEILLIDEDI *A* due *ex* duo *E* ſole ſcimuſ *VEJF* que *VF* 146. quae ////// *B* (*er.* ame, *ut vid.*). que *EF* preter *V et,* r *extr. e corr., B* 147. ſic B^2E^3FZ. ſi B^1VE^1: *om. J* geſta eſt *libri* ſiquid *BJ.* ſi quid *FZ.* ſi quid *V.* ſiqd E^1 (d *ex ras.*) uſu *JF* uenerit, r *ex* n *E.* euenerit *F* (*) 148. Ego abeo *B.* ego habeo *J.* ego habeo VE^1 (h *exp.* E^2, *ut vid.*). abeo *F* domum auxilium *VEJ* (Auxilium *er. B*)

AVXILIVM

Vtrúmque haec et multíloqua et multibibást anus:
Satin uíx reliquit deó quod loqueretúr loci: 150
Itá properauit dé puellae próloqui
Suppósitione: quód si tacuissét, tamen
Ego erám dicturus déus, qui poteram plánius.
Nam míhist Auxilio nómen. nunc operám date,
Vt ego árgumentum hoc uóbis plane pérputem. 155
Fuére Sicyoní iam diu Dionýsia.
Mercátor uenit húc ad ludos Lémnius
Isque híc compressit uírginem adulescéntulus
Vi, múlta nocte, uínolentus ín uia.
Is úbi malam rem scít se meruisse, ílico 160
Pedibús perfugium péperit, in Lemnum aúfugit,
Vbi túm habitabat. tum ílla, quam compréſserat,

162 *sq. Gellius N. A. III 16, 2:* multa opinio est eaque iam pro uero recepta, postquam mulieris uterum semen conceperit, gigni ho-

VII *Charisius p. 219, 9 (ex Iulio Romano):* Sedulum Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'Velim...lapides' 41 *sq.* ted *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 39 (a. 1884) p. 418 adn.* te *codex* factum R sedulum est (*h. e.* factum. respondetur: Sedulum est) *codex: videtur igitur codex indicare, verba* Sedulum est *alius personae esse* (*cf. 198, 22; 207, 10*) Si *add. Buechelerus l. s. s.: om. codex* lapes *Buechelerus l. s. s. coll. Prisc. I (G. L. II) p. 250, 9.* lapides *codex* (*)

VIII *Charisius p. 219, 16 (ex Iulio Romano):* Strenue Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'Si...serra' 43. conditum *et* ei *add. Rütschelius Opusc. II p. 325: om. codex* 44: (*) IX *Charisius p. 220, 19 (ex Iulio Romano):* Secus pro aliter Naeuius...et Plautus in Caeco: 'Nihil...decet' 45. (*) X *Charisius p. 240, 3 (ex Iulio Romano):* Mu Plautus in Caeco uel in Praedonibus: 'Quis...Afer est' 46. perii *olim emendatum.* pueri *codex* *Personas distribuit Bothius* Perii hercle, Afer *distinxi cum Fabricio* (*)

CALCEOLVS Macrobius Sat. III 18, 9: Nucem molluscam licet hiemis nobis tempus inuideat, tamen quia de nucibus loquimur, indictam non relinquamus. Plautus in Calceolo sic eius meminit: 'Molluscam...tegulas'. ecce Plautus nominat quidem, sed quid it nux mollusca non exprimit. est autem Persicum quod uulgo uocar, et mollusca nux dicitur scilicet quod ceteris omnibus nucibus mollior sit *Ex Macrobio pendet Osbernus Nov. thes. p. 279* 48. (*)

CARBONARIA

I

⊥ ego pernam, súmen sueris, spétile, callum, glándia.

II

Pátibulum ferát per urbem, deínde adfigatúr cruci.

III

⊥ secundum eámpse aram aurum abscóndidi.

CESISTIO

Dis stríbula aut de lúmbo obscena uíscera.

COLAX

I

Bátiolam auream ócto pondo habébam: accipere nóluit.

CARBONARIA (*) I *Festus p. 330, 24:* Spetile uocatur inf umbilicum suis, quod est carnis, proprii cuiusdam habitus, exos, q etiam antiqui per se utebantur. Plautus enumerandis suillis (enumera dis uillis *cod.: corr. A. Augustinus*) obsonis in Carbonaria sic memini 'Ego...glandia' *Cf. Paulus p. 331, 10* 49. sueris *Turnebus Ad XIV 1.* sueres *cod.* spectile *cod.* spetile *in lemm. idem* callu *Vrsinus.* galium *codex* (*) II *Nonius p. 221, 13:* Patibulum gene neutro. Masculino...Plautus Carbonaria: 'Patibulum ... cruci' 50. adfigatur *vir doctus in Nonii ed. Bas.* adfigat *vel* affigat *codices* (*) III *Priscianus I (G. L. II) p. 516, 5:* A 'do' uerbo, quod simplex prim est coniugationis, composita cum praepositione tertiae sunt et primit seruant perfectum duplicantia 'di'...itaque omnia idem praeterit perfectum seruant: 'credidi, uendidi, condidi, abscondidi'. Plautus Carbonaria: 'Secundum...abscondidi' 51. eampse *Fleckeisen* ipsam *Priscianus* (*)

CESISTIO (*) *Varro de l. l. VII 67:* In Cesistione: 'Dist bula...uiscera'. stribula, ut Opilius scribit, circum coxendices s bouis: id graecum est ab eius loci uersura 52. Dis stribula *Bucch rus.* distribula *F* aut *Scioppius.* ut *F* obscoena uiscera. st bula *pro* obscœnabis cerastribula *codicis F scripsit O. Muellerus* (*)

COLAX (*) *Terentius Eunuchi prol. v. 25 veterem poetam ma volum haec exclamare dicit:* Colacem ésse Naeui et Plaúti, ueterem fab lam, Parasíti personam índe ablatam et mílitis I *Nonius p. 545,* Batiola. Plautus Colace: 'Batiolam ... noluit' *De glossis q huc possunt spectare cf. Loewius Prodr. p. 280* 53. habebam *Ritschel Opusc. III p. 794, Quicheratus.* habebat *Nonii codices* (*)

II

Quí data fidé firmata fídentem feféllerint,
Súbdoli subséntatores, régi qui sunt próxumi, 55
Qui áliter regi díctis dicunt, áliter in animó habent.

III

Si mé tu hodie inuitáueris numquám quicquam * *

IV

Nexum

COMMORIENTES

⏑ ⏓ ⏑ _ ⏑ sáliam in puteum praécipes.

CONDALIVM

I

Tám crepusculó fere ut amant lámpades accéndite. 60

II *M. Caesar ad Frontonem II 10 (p. 33 ed. Nab.)*: * * * adfinitate sociatum, neque tutelae subditum: praeterea in ea fortuna constitutum, in qua, ut Q. Ennius ait, omnes dant consilium uanum adque ad uoluptatem omnia. Item quod Plautus egregie in Colace super eadem re ait: 'Qui...habent' 54. (*) 55. proximi *cod.* 56. (*) III *Schol. Veron. in Verg. Aen. II 670 (p. 89, 28 Keil.)*: ⟨Numquam omnes⟩ hodie. Sic...Plautus in Colace: 'Si...quicquam' 57. (*) IV. *Varro de l. l. VII 104 sq.*: Maccius in Casina...in Colace: 'Nexum * * *': *at cum aliud alius poetae inter haec duo testimonia intercedat fragmentum, dubium est utrum de Plauti an de Naevii Colace agatur*

COMMORIENTES (*) *Terentius Adelph. prol. v. 6*: Synápothnescontes Díphili comoédiast: Eam Cómmorientes Plaútus fecit fábulam. In Graéca adulescens ést, qui lenoni éripit Meretrícem in prima fábula: eum Plautús locum Relíquit integrum. *Adde Accii verba ad AGROECVM adlata* *Priscianus I (G. L. II) p. 280, 13*: A capite solum composita ablata s et mutata e in i et addita 'itis' faciunt genetiuum, ut 'anceps ancipitis', 'praeceps praecipitis', 'biceps bicipitis'. antiqui tamen 'ancipes' et 'praecipes' et 'bicipes' proferebant in nominatiuo, et sic secundum analogiam sequebatur genetiuus 'ancipes ancipitis', ut 'sospes sospitis'. Plautus in Commorientibus: 'Saliam...praecipes'

CONDALIVM (*) *Cf. Accii verba ad AGROECVM adlata*

I *Varro de l. l. VII 77*: Apud Plautum in Parasito pigro...crepusculum dictum ab Sabinis, et id dubium tempus noctis an diei sit. itaque in Condalio est: 'Tam...accendite' 60. (*)

II

pro

CORNICVLA

I

Quíd cessamus lúdos facere? círcus noster écce adest.

II

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑ qui regí latrocinátu's
Annós decem Demétrio ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑

III

Púlcrum et luculéntum hoc nobis hódie euenit proélium.

IV

Mihí Lauerna in fúrtis celebrassít manus.

II *Festus p. 229, 11:* [Pro ponitur etiam pro am]plifi[cando palam faciendo * * *]...alias pro a[dmiratione ut pro Iuppiter..Acci in Melani[ppo * * *] mani oinu[* * *] Plautus in Con[dalio * * * *Paulus p. 228, 16* 61. (*)

CORNICVLA (*) I *Varro de l. l. V 153:* Armilustrum ambitu lustri: locus idem Circus Mecinus dictus, quod circum spec culis aedificatus, ubi ludi fiunt, et quod ibi circum metas fer pompa et equi currunt. itaque dictum in Cornicula militis adueu quem circumeunt ludentes: 'Quid...adest' 62. (*) II *Va de l. l. VII 52:* In Cornicula: 'Qui...Demetrio'. latrones dicti latere qui circum latera erant regi atque ad latera habebant ferru quos postea a stipatione stipatores appellarunt et qui conducebant ea enim merces graece dicitur *λάτρον*. ab eo ueteres poetae nonnu quam milites appellant latrones quod item ut milites cum ferro quod latent ad insidias faciendas. *Cf. Paulus p. 118, 16, Isidori O X 150, Servius ad Aen. XII 7, Goetzius 'Berl. phil. Wochenschr.' 1 p. 782, Mentzius de Ael. Stil. p. 38* *Nonius p. 134, 28:* Latrocin militare mercede. Plautus Cornicularia: 'Latrocinatus annos cem * * * [mercedem]. ⟨Cato⟩ in Tiberium (*ita L. Muellerus:* dec mercedem in Tiberio *codd.*): Qui aput regem in latrocinio fuisti, pendium acceptitasti 63 *sq.* latrocinatu's *Ritschelius.* latrocina *codices* annos decem *Nonius.* decem annos *Varro* (*) III *Non p. 63, 11:* Luculentum, pulchrum et bonum et perspicuum: dictum luce. Licinius Macer ... Plautus Cornicula: 'Pulchrum ... pro lium' 65. Pulchrum *Nonius* IV *Nonius p. 134, 34:* Lauer dea (*ita Aldus:* Lauerna ea *codd.*) cui supplicant fures. Plautus Cor cularia: 'Mihi...manus' 66. Mihi Lauerna in *Scaliger.* mili ueram nam *codices Nonii* celerassit *Nonii cod. Lugdun.* mar *Aldus.* manius *Nonii codices* (*)

V

Qui amánt ancillam meám Phidullium óculitus.

VI

⏑ em te óbsecro,
Lýde, pilleúm meum, mi sodális, mea salúbritas.

VII

Fáce olant aedes árabice. 70

DYSCOLVS

⏑ uirgo sum: nóndum didici núpta uerba dícere.

FAENERATRIX

I

Heus tu, ín barbaria quód dixisse dícitur

V *Nonius p. 147, 22:* Oculitus, ut animitus, medullitus. Plautus Cornicula: 'Amant...oculitus' 67. Corni qui amant *codices, ubi* Cornicula: Amant *Ritschelius* Phidyllium *Winterus.* fedulium *codices* (*) VI *Nonius p. 220, 11:* Pilleus generis masculini. Plautus . . . neutri Plautus Cornicula: 'Em . . . salubritas' 68 *sq.* Cornicula: en *Ritschelius l. s. s.* (*ubi* em *reposui*). cornicem *codices Nonii praeter* L^1, *qui* cornicen *habet* lide *H.* nide *G* (*)

VII *Diomedes p. 383, 15:* Oleo oles, apud ueteres olant. Plautus in Cornicula: 'Facere...arabice' *Cf. Paulus p. 28, 10:* Arabice olet, id est ex odoribus Arabicis: *quam glossam huc spectare coniecit magis quam demonstravit Reitzensteinius 'Verr. Forsch.' p. 64 post Keilium.* 70. Face *scripsi.* Facere *codices* aedes arabicae *AB* (*)

DYSCOLVS (*) *Festus p. 170, 21:* Nupta uerba dicebantur ab antiquis, quae uirginem dicere non licebat, ut Plautus in Dyscolo: 'Virgo...dicere' *Idem Paulus nisi quod is* ut *omittit* 71. (*)

FAENERATRIX (*) *Varro de l. l. VII 96:* In pluribus uerbis a ante e alii ponunt, alii non, ut quod partim dicunt ⟨scaeptrum, partim⟩ sceptrum, alii Plauti Faeneratricem, alii Feneratricem: sic *c. q. s.* (*) I *Festus p. 372, 22:* Vapula Papiria in prouerbio fuit antiquis, de quo Sinnius Capito sic refert: tum dici solitum esse, cum uellent minantibus sibi significare se eos neglegere et non curare, fretos iure libertatis. Plautus in Feneratrice: 'Heus . . . Papiria'. in barbaria est in Italia. Aelius hoc loco uapula positum esse ait pro dole, Varro pro peri

Libértus suae patrónae, id ego dicó tibi:
'Libértas salue: uápula Papíria.'

II

Quaé ego populabó probe.

FRETVM

Nunc íllud est quod 'résponsum Arretíni' ludis dícitur:
Períbo, si non fécero: si fáxo, uapulábo.

FRIVOLARIA

I.

Commodo dictitemus

II

Is míhi erat bilis, aqua íntercus, querquéra tussis ⏑ ⏑ ⏑ –

---

73. id ego *Scaliger*. id eo *apographa* tibi *add. Scaliger: lacunas habent apographa* (*) 74. libertas *O. Muellerus*. liberta *apographa* (
II *Diomedes p. 401, 3:* Populo ait Plautus in Feneratrice: 'Qua . . . probe' 75. probe *Scioppius et Putschius*. proue *codices*

FRETVM (*) *Gellius N. A. III 3, 7:* Nos quoque ipsi nuper rime, cum legeremus Fretum — nomen est id comoediae, quai Plauti esse quidam non putant — haut quicquam dubitauimus, qui ea Plauti foret et omnium quidem maxime genuina. ex qua duo hc uersus exscripsimus, ut historiam quaereremus oraculi Arretini (ari tini *codices recentiores*): 'Nunc...uapulabo' 76 *sq.* Arretini in *obscura non mutavi* ludis *scripsi, quamvis de versu dubitem.* lud magis *codices plerique.* magnis ludis *codices recentiores* (*)

FRIVOLARIA (*) I *Charisius p. 193, 14:* Par est ut multis generibus istius modi dictionis, commodo commodeque, Plautus in Friuolaria: Commodo dictitemus'. non quia nege †ultra Sassinum inter quaestion. os Teatinis et Marucinis esse moris litteram relegare, o uidelicet pro eadem littera claudentibus dictione

Cf. idem p. 196, 9: Similiter et commodo dixerunt, ut Plautus Friuolaria II *Paulus p. 256, 11:* Querqueram frigidam cum tremo a Graeco κάρκαρα certum est dici, unde et carcer. Lucilius 'Iacta me ut febris querquera' et alibi 'Querquera consequitur capitisque d lores'. item Plautus: 'Is mihi erat bilis querqueratus'. (*glossa C. G. L. IV p. 158, 10* (*Loewius Prodr. p. 327*): Querquera e febris acris ac uehemens quae cum magno frigore solet uenire. *Fe ipsius lacera fragmenta sic suppleo aliorum ex parte usus supplement*

III

Séquimini me hac súltis, omnes légiones Lauérnulae. 80

IV

Vbi rorarii éstis? — Adsunt. — Vbi sunt accensi? — Écce

V

Ágite nunc, subsídite omnes, quási solent triárii.

VI

Naue ágere oportet quód agas, non ductárier.

VII

Superáboque omnis árgutando praéficas.

Querqu[eram febrem grauem et mag]nam quidam ⟨a⟩ querc[u putant dici, quod id genus] arboris, cum gra[ue sit ac durum, tum etiam in] ingentem euada[t amplitudinem. Aurelius autem] Opilius frigidam a[it dictam et acrem ac uehemen]tem. Santra eam ex G[raeco ducit, qui tremo]rem eius modi κά[ρκαρον dicunt, unde dictum esse] etiam carcerem. Plau[tus in Friuolaria: Is mihi] erat bilis querque[ra tussis. item Lucilius:] Iactans me ut feb[ris querquera * * *]r et alibi: Querque[ra consequitur capitisque dolores] *Priscianus I (G. L. II) p. 271, 1:* Praeterea inuenitur apud uetustissimos 'intercus intercutis' et proprie 'intercus aqua' dicitur, quam Graeci ὕδρωπα nominant. Plautus in Friuolaria (fribolaria *vel* fribularia *codd.*): 'Is . . . intercus, tussis, febris' 79. eras *codd. Prisc. RBADK* aqua intercus *om. Festus* querquera tussis *Festus ut vid.* tussis febris *Priscianus* (*) III *Festus p. 301, 22:* Sultis, si uoltis. Plautus in Friuolaria: 'Sequimini . . . Lauernae': *unde Paulus p. 300, 7:* Sultis, si uultis. Plautus: 'Sequimini me hac sultis' 80. hac *Paulus.* hanc *Festi codex* sultis *Paulus.* stultis *Festi codex* omnes legiones *Bothius.* legiones omnes *Festus* Lauernulae *scripsi.* lauernę *Festus* (*) IV *Varro de l. l. VII 58:* In Friuolaria: 'Vbi...ecce'. rorarii dicti ab rore qui bellum committebant ante, ideo quod ante rorat quam pluit. Accensos ministratores Cato esse scribit *e. q. s.: cf. Paulus p. 14, 13* 81. rorani *cod.: corr. Rholandellus* Adsunt *Grothius.* an sunt *F:* en *m. 2 adscr.* (*) V *Varro de l. l. V 89:* Pilani triarii quoque dicti quod in acie tertio ordine extremi[s] subsidio deponebantur; quod hi subsidebant, ab eo subsidium dictum, a quo Plautus: 'Agite ...triarii' *Festus p. 306, 4:* Subsidium dice * * * ntis subside * * * entique acie * * * genus militum * * * emeruerant * * * amen retine * * * quae erat ter * * * m ut Plautus * * *: '⟨A⟩gite nunc subi(?) * * * t triario' 82. subsidete *F: corr. Laetus. de Festo non constat* triarii *Varro.* triario *Festi codex* VI *Festus p. 166, 32:* Nauus, celer ac strenuus, a nauium uelocitate uidetur dictus....Plautus in Friuolaria: 'Naue .... ductarier' *Cf. Paulus:* Nauus celer ac strenuus, a nauium uelocitate dictus 83. (*) VII *Nonius p. 66, 27:* Praeficae dicebantur aput ueteres quae adhiberi sole⟨re⟩nt funeri, mercede conductae, ut et flerent et fortia facta laudarent. Plautus in Friuolaria: 'Superaboque...praeficas'

VIII

⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ túnc papillae prímulum
Soróriabant — íllud uolui dícere:
Fratérculabant. quíd opus est uerbís? ⏑ –

IX

* * * agnina tene * * * strebulis

X

⏑ ⏓ o amice ex múltis mi une Céphalio.

FVGITIVI

A. Age ergo, specta, uíde uiuices quántas. B. Iam ins
quid est?

HORTVLVS

Praéco ibi adsit: cúm corona, quíque liceat, uéneat.

VIII *Festus p. 297, 31:* Sororiare (Sororię *cod.*) mammae di puellarum, cum primum tumescunt, ut fraterculare puerorum. Plat Fribolaria: '*** papillae pri *** uolui dicere *** opu uerb ***' *Cf. Paulus ex edit. Thewrewkii p. 296:* Sororiare ms dicuntur puellarum, cum primum tumescunt, ut ⟨fraterculare⟩ rum. Plautus: 'Tunc papillae primu⟨lu⟩m sororiabant: uolui dicere: fraterculabant' 85 *sqq.* primulum *et* quid I *supplevit* (*) IX *Festus p. 313, 34:* Strebula Vmbrico nomine I appellat coxendices hostiarum quas G[raeci μηρία dicunt, quae] in in[poni solebant, ut Plau]tus ait in Fri[uolaria: '***] agnina te bulis' *Cf. Paulus p. 312, 5* 88. strebulis *Vrsinus* (*) X *I nus I* (*G. L. II*) *p. 188, 21:* Vnus quia de uocatiuó dubitant, doctissimus antiquitatis perscrutator, ostendit hoc usum Catull Plautum. Catullus . . . Plautus in Friuolaria (fribularia *vel* frit *codices*): 'O amice...Cephalio' *Cf. ars anon. Bern. p. 90, Hag.:* Vnus unius uni unum une ab uno. Plautus: 'O amice.. phalio' 89. mi *Bothius.* mibi *codices* (*)

FVGITIVI (*) *Varro d. l. l. VII 63:* In Fugitiuis: 'Age quod esset' 90. Age ergo, specta *L. Spengelius.* Agerge specta quid *vulgo.* qd̄ *codex* est *Scaliger.* esset *codex* I *distribuit Winterus* (*)

HORTVLVS *Festus p. 306, 4:* Sub corona uenire di quia captiui coronati solent uenire, ut ait Cato in eo qui est militari: 'Vt populus suus sua opera potius ob rem bene gestan natus supplicatum eat quam re male gesta coronatus uenia autem signum est nihil praestari a populo, quod etiam Plautus ficat in Hortulo: 'Praeco...ueniat' 91. quique *Scaliger.* *codex* ueneat *Vrsinus.* uentat *codex* (*)

LENONES GEMINI

Dolet huíc puello sése uenum dúcier.

LIPARGVS

Níl moror mihi fúcum in alueo ápibus qui peredít cibum.

NERVOLARIA

I

Scobína ego illunc áctutum adrasí senem.

II

Prohibéntque moenia ália, unde ego fungár mea. 95

III

Ocíssume nos líberi possímus fieri * *

LENONES GEMINI (*) *Cf. quae ad AGROECVM adnotavi Priscianus I (G. L. II) p. 231, 21 de* puer, puera, puellus *disserens:* Plautus in Lenonibus geminis: 'Dolet...ducier' *Festus p. 249, 15:* Puelli per deminutionem a pueris dicti sunt. itaque et Ennius ait...et Lucilius... et Plautus: 'holim...ducier' *Cf. Paulus p. 248, 3* *A Prisciano pendet Osbernus p. 407* 92. Dolet *Priscianus.* holim *Festi codex* huic puello *Festus.* hic puellus *Priscianus* (*)

LIPARGVS (*) *Priscianus I (G. L. II) p. 522, 8:* In 'do' unum anomalum inuenitur 'edo es est'. uetustissimi tamen etiam 'edo edis edit' dicebant correpta prima syllaba...Plautus in Lipargo: 'Nihil...cibum'. corripitur enim paenultima 93. Nihil *codices* alueo *Pareus, Ritschelius.* aluo *vel* albo *codices* perdit *libri pauci*

NERVOLARIA (*) I *Varro de l. l. VII 68:* In Neruolaria (*ita Ald.:* in eruolaria *F*): 'Scobinam...senem' scobinam a scobe *e. q. s.* 94. scobina *Scioppius:* scobinam *F* illunc *A. Spengelius.* illum *F* adrasi senem *A. Spengelius duce Lachmanno in Lucr. III 790.* adrasi enim *F* (*) II *Festus p. 145, 27:* Moenia, muri...significat etiam officia. Plautus in Neruolaria: 'Prohibentque...mea'. *Paulus p. 141, 8:* Moenia et muri et officia. Plautus: 'Prohibentque...mea' 95. fungar mea *codd. Pauli.* funger in ea *apographa Festi* (*) III *Festus p. 181, 27:* Ocius secundae collationis et deinde tertiae ocissime frequentata sunt . . . tertiae uero collationis [consolationis *cod.*], cuius rariora [maiora *cod.*] exempla sunt, auctor est Plautus in Neruol[aria]: 'Ocissima...fier⟨i⟩': *ubi tamen incertum utrum quae sequebantur omnia ad novum testimonium spectent an ad Nervolariae fragmenti finem et simul ad novum testimonium* (Ocius et ocissime positiuum latinum

IV

Prodúcte prodigum ésse amatorem áddecet.

V

Vinum sublestissumum.

VI

Insánum ualde utérque deamat ⏑ ⏑ –

VII

Scrattaé scrupipedae stríttiuillae sórdidae.

---

non habent, sed ab eo ueniunt quod est in Graeco ὠκέως 1
96. ocissime *codex* fieri *iam Vrsinus* (*) IV *Festus* 1
Prodegeris, consumpseris, perdideris, ut Caecilius...et Plaut
uolaria: 'Producte . . . addecet' (*unde* Prodigere est
unde et prodigus fit *Paulus*) 97. producte prodigum *Vrs*
Seyffertus Stud. Pl. p. 23. productae prodigium *codex*
torem *Bothius.* esse m. amatorem *codex* (*) V *Festus*
[Sublesta antiqui] dicebant infir[ma et tenuia]. Plautus in
idem (idest *cod.*) in Neruolaria uinum ait sublestissim
infirmos faciat uel corpore uel animo (*idem Paulus omisso*
mine) 98. (*) VI *Nonius p. 127, 27:* Insanum pro ins
mane pro inmaniter. Plautus Neruolaria (*ubi* Plautus ner
Neruolaria *Lipsius*): 'Insanum...deamat' 99. (*)
N. A. III 3, 6: Fauorinus quoque noster, cum Neruular
legerem, quae inter incertas habita est, et audisset ex es
uersum hunc: 'Scrattae... sordidae', delectatus facet
antiquitate, meretricum uitia atque deformitates significan
unus hercle', inquit, 'hic uersus Plauti esse hanc fabulam
fidei fecisse' *Nonius p. 169, 9:* Scraptas, scrupipedas, s
ita O. et L. Muellerus. scrupedas strictiuellas *codd.*) exprobrat
deformitatis meretricum. Plautus Aulularia (*ubi* Neruolaria
'Scrattae...sordidae' *Varro de l. l. VII 65:* ibidem (
lariae v. 405. 407) 'Scraties...tantulae'. ab exscreando scr
significat. scrupipedam Aurelius scribit a scauripeda, Iuuenti
dicebat a uermiculo piloso qui solet esse in fronde cum mul
Valerius a pede ac scrupea. ex eo Acci positum curiosa...
a strettillando; strittare ab eo qui sistit aegre 100. scrat
Gellii PR. escrate *vel* escrapte *codd. Nonii.* scraties *Varr*
cf. glossam libri glossarum a Loewio Prodr. p. 281 commemor
L. V p. 243, 24): Scrattae, despectae enugatoriae *et pro*
Festo p. 333 ductam (Scraptae dicebantur nugatoriae ac d
mulieres ut ait unus, *ubi* Verrius *Muellerus*) scrupipeda
erus ad Varr. scruppidam *Varronis cod. F infra:* ruppę
crupede *codd. Nonii.* scrupede *codices meliores Gellii*
Gellii codices meliores. strictibile *codd. Nonii.* rittabilla
cod. F. strittabillas *idem infra* sordidae *vel* sordide *lib*
Nonii. tantulae *Varronis cod. F* (*)

PAGON

Honos sýncerasto périit, pernis, glándio.

PARASITVS MEDICVS

I

In cónspicillo ádseruabam pállium [obseruabam]

II

⏑ ⏓ cum uirgis cáseum radí potest.

III

⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ ⏑ áddite
Lopadás, ecinos, óstreas ⏑ ⏓ ⏑ ⏓ 105

IV

Domí reliquit éxoletam uírginem.

PARASITVS PIGER

I

Inde híc bene potus prímulo crepúsculo

PAGON (*) *Varro de l. l. VII 61:* In Pagone: 'Honos ... glandio'. syncerastum est omne edulium (ita *Scioppius.* medullium *F*) antiquo uocabulo graeco 101. sincerasto *F* periit *L. Spengelius.* perit *F* glandio *Pius.* gladios *corr. ex* gradios *F* (*)

PARASITVS MEDICVS (*) I *Nonius p. 84, 6:* Conspicillum (*ita Mercerus:* Conspicilium *codd.*), unde conspicere possis. Plautus Medico: 'In conspicillo ... obseruabam' *Cf. Placidus p. 28, 1* (C. *G. L. V p. 15, 10 = p. 58, 13*) Conspicillo, ita ut conspici possint, quod aiunt longis lineis 102. conspicilio *vel* conspicuo *codd. Nonii* obseruabam *del. L. Muellerus* (*) II *Nonius p. 200, 7:* Caseus generis masculini ..neutri..Plautus Medico Parasito: 'Cum...potest' 103. (*) III *Nonius p. 551, 4:* Lopades genus concae marinae. Plautus Parasito (paracito *codd.*) Medico: 'Addite...ostreas' 105. lopades L^2H *Bamb.* *Numeros constituit Ritschelius Parerg. p. 132* (*) IV *Priscianus I (G. L. II) p. 489, 16:* Exoleo quoque exoleui, unde exoletus exoleta exoletum. Plautus in Medico: 'Domi...uirginem': *a quo pendet Osbernus p. 392* 106. reliquit *Buechelerus.* reliqui *codices* uirginem exoletam *Osbernus* (*)

PARASITVS PIGER (*) I *Varro de l. l. VII 77:* Apud Plautum in Parasito Pigro: 'Inde...crepusculo'. Crepusculum ab Sabinis, et id dubium tempus noctis an diei sit 107. bene potus *Pius.* de nepotus *F* primulo *Scaliger.* primo *F* (*)

II

Domum íre coepi trámite dextrá uia.

III

Ámbo magna laúde lauti, póstremo ambo súmus non nauci.

PLOCINVM

Nám colorátilem fróntem habet, petilúst, habrus. 110

SATVRIO

I

Catulinam carnem esitauisse, hoc est comedisse, Romanos Plautus in Saturione refert.

II

Retrahí nequitur quóquo progressást semel.

III

A. Mále tibi euenísse uideo. B. Gláber erat tamquám rien.

II *Varro de l. l. VII 62:* In Parasito pigro: 'Domum ... uia'. trames a transuerso dictus 108. cepi *F* (*) III *Festus p. 166, 6:* Naucum ait Ateius Philologus poni pro nugis, Cincius quod in oleae.. nucisque intus sit, Aelius Stilo omnium rerum putamen, glosematorum autem scriptores fabae grani quod haereat in fabulo, quidam ex Graeco, quod sit *ναὶ καὶ οὐχί*, leuem hominem significari, quidam nucis inglandis quam Verrius iugulandam uocat medium uelut dissepimentum. Plautus in Parasito pigro: 'Ambo...nauci' *Cf. Paulus p. 167, 5* 109. (*) *PLOCINVM* (*) *Nonius p. 149, 5:* Petilum, tenue et exile. Lucilius...Plautus Plocino: 'Nam...habrus' *ubi* plautus plocinonam *libri* *Cf. Nonius p. 204, 26:* Frontem feminino genere Vergilius... masculino...Plautus: 'Nam coloratilem...petulis' [petilis tenuis dicit: habris mollis dici] 110. nam coloratilem *Nonius p. 204.* nam coloratum *idem p. 149* petilust *Ritschelius Parerg. p. 172 duce Scaligero* (petilus). petilis *Nonius p. 149.* petulis *idem p. 204* habrus *Scaliger.* habis *Nonius p. 149* (*sed* habris *mox*): *om. p. 204* (*) *SATVRIO* (*) *Cf. quae ad ADDICTVM attuli* I *Paulus p. 45, 3* *Huc refert Dacerius Plin. XXIX 14:* (catulos) aditialibus quidem epulis celebres fuisse Plauti fabulae indicio sunt 111. (*) II *Festus p. 162, 27:* Nequitum et nequitur pro non posse dicebant ut . . . Plautus in Satyrione: 'Retrahi . . . semel' *Cf. Paulus p. 163, 19* 112. est *cod. Festi* (*) III *Festus p. 277, 13:* Rienes quos nunc uocamus antiqui nefrundines appellabant, quia Graeci *νεφρο-* eos uocant. Plautus in Satyrione: 'Male...rien' *Paulus p. 276,* Rienes antiqui uocabant nefrundines, quia Graeci eos *νεφροὺς* dicu Plautus: 'Glaber...rien' *Cf. Hageni Anecd. Helv. p. CLXXV:* R testiculus, unde Plautus: 'Glaber...rien' 113. *Personas distrib Bothius* (*)

IV

Súbcenturiatúm require, quí te delectét domi.

SCHEMATICVS

Nám pater tuos númquam cum illa étiam limauít caput. 115

SITELLITERGVS

I

Múlieres uxór clamabit: égo noui, scio áxitiosa
Quám sit * *

II

⏑ ⏑ ut ea mi ínsignitos púeros pariat póstea
Aút uarum aut ualgum aút compernem aut paétum aut brocchum fílium.

TRIGEMINI

Nísi fugissem in médium, credo, praémorsisset ⏑ ⏑ – 120

IV *Festus p. 306, 25:* Succenturiare est explendae centuriae gratia supplere, subicere. Plautus in Saturione: 'Subcenturia...domi' *Paulus p. 307, 11:* Succenturiare est explendae centuriae gratia supplere. Caecilius *e. q. s.* 114. Subcenturiatum require *Dziatzko Mus. Rhen. vol. XLV p. 639.* subcenturia centum require *codex Festi* (*)

SCHEMATICVS (*) *Nonius p. 334, 2:* Limare etiam dicitur coniungere. Plautus ... idem Schematico: 'Nam...caput': *ubi* idem Schematico *dubitanter retinui.* idem scematico *libri* (idem Medico *h. e.* Medico Pigro *L. Muellerus.* idem σχηματικῶς *Lipsius Epistol. Quaest. I 18.* σχηματικῶς idem *Ritschelius Parerg. p. 169*) *cf. quae adnotavit L. Muellerus*) 115. tuus *vel* tus *codd.* etiam *om. A* limauit *Lipsius.* limabit *libri* (*)

SITELLITERGVS (*) *Varro de l. l. VII 66:* In Astraba... ideo in Sitellitergo (sitelli tergo *F*) idem ait: 'Mulieres...ac sitio aquam sic Claudius scribit *e. q. s.* *Cf. v. 11* 116. 117. uxor clamabit *temptavi coll. Asin. 391.* uxorculauit *F* axitiosa Quam sit *Schoellius.* ac sitio aquam sic *F* (*) II *Festus p. 375, 15:* Valgos Opilius Aurelius aliique complûres aiunt dici qui diuersas suras habeant. Plautus . . . in Si⟨tel⟩tergo: 'Vt . . . filium' *Cf. Paulus p. 374, 5:* Valgos Aurelius intelligi uûlt qui diuersas suras habent, sicut e contrario uari dicuntur incurua crura habentes 118. ut ea *scripsi.* fit ea *apographa* mihi *Festus* (*) 119. brocchum *editores.* bocchum *apographa* (*)

TRIGEMINI *Gellius N. A. VI 9, 7:* Sed idem Plautus in Trigeminis neque 'praememordisse' dicit, sed 'praemorsisse': 'Nisi fugissem...praemorsisset' 120. fugissem in medium, *Winterus p. 3.* fugissem inquit medium *codices* (*)

2 FRAGMENTA FABVLARVM INCERTARVM

I

Epeúm fumificum, quí legioni nóstrae habet coctúm cibum.

II

⏑ quód uolt densum, cíccum non intérduo.

III

Gannít odiosus ómni totae fámiliae.

IV

Addues

V

Aristophorum 5

VI

Adfabrum

VII

Alimodi

VIII

Aeneolo

IX

Ad exitam aetatem

X

Anginam uinariam habere dicuntur qui uino suffocantur. 10.

I *Varro de l. l. VII 38:* Plautus: 'Epeum...cibum'. Epeum fumificum cocum ab Epeo illo qui dicitur ad Troiam fecisse equum Troianum et Argiuis cibum curasse 1. (*) II *Varro de l. l. VII 91:* Ciccum dicebant membranam tenuem, quae est ut in malo Punico discrimen: a quo etiam Plautus dicit: 'Quod...interduo' 2. (*) III *Varro de l. l. VII 103:* Multa ab animalium uocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura. perspicua, ut... Plauti: 'Gannit...familiae' 3. (*)

Glossas IV—X huc pertinere coniecit Reitzensteinius 'Verr. Forsch.' p. 61, 64 sqq., probabiliter IV *Paulus p. 27, 14:* Addues, addideris 4. (*) V *Paulus p. 27, 15:* Aristophorum uas in quo prandium fertur, ut discus 5. (*) VI *Paulus p. 28, 1:* Adfabrum fabre factum 6. (*) VII *Paulus p. 28, 2:* Alimodi pro alius modi VIII *Paulus p. 28, 3 sq.:* Aeneolo quod ex aere fit dicimus: aenulum uas ex aere paruum IX *Paulus p. 28, 5:* Ad exitam aetatem, ad ultimam aetatem. *Cf. Placidus p. 40, 23 (C. G. L. V p. 21, 2 = p. 67, 8):* Exitam finitam exactam 9. (*) X *Paulus p. 28, 7* 10. (*)

XI

Plautus refert furcillas, quibus religata
cinas uiatores gerebant.

XII

cuntur qui peregrinantur assidue.

XIII

uerba blanda per deminutionem sunt

XIV

m sicut magnitudinem Verrius dixit.

XV

cui geminum est nomen, ut Numa Pompilius,
Tullus Hostilius. 15

XVI

l Plautum deminutiuum aduerbium est a bene,
quod facit belle et bellule.

XVII

re cúrriculo.

XVIII

meritis crássus corius rédditust.

XIX

nt: téne cruminam, ínerunt trigintá minae.

XX

st opera ad custodiendum quid sumpta. 20

p. 24, 1 *XII—XV ad Plautum pertinere pro-* *Reitzensteinius l. s. s. p. 66* XII *Paulus p. 35, 7·* *35, 9: cf. C. G. L. V p. 520, 25. 562, 59* *5, 11* XV *Paulus p. 36, 1* 15. (*) XVI *Paulus* *) XVII *Paulus p. 49, 6* (*Osbernus p. 92*): Curriculo bant. Plautus: 'Licet' inquit, 'uos abire curri- *Placidus p. 28, 21* (*C. G. L. V p. 15, 27 = p. 60, 14*) *60, 7:* Corius apud antiquos masculino genere dice- 'Iam...redditus est' *e. q. s.* *Cf. Nonius p. 199, 13* *Bothius, O. Muellerus* XIX *Paulus p. 60, 10:* Cru- ius. Plautus: 'Di... minae' 19. (*) uertant *Paulus p. 61, 15*

XXI

Núllam ego rem citiórem apud homines ésse quam famám reor.

XXII

Stúltus est aduórsum aetatem et cápitis canitúdinem.

XXIII

Cónruspare túa consilia in péctore.

XXIV

Númnam mihi oculí caecultant? éstnè hic noster Hérmio?

XXV

Eiurauit militiam.

XXVI

Sic mé subes cottídie
Quási fiber salicém.

XXVII

Herbam do.

XXVIII

Init te umquám febris?

XXI *Paulus p. 61, 16:* Citior comparatiuum a cito. Plautus: 'Nullam...reor' XXII *Paulus p. 62, 1:* Canitudinem pro canitie. Plautus: 'Stultus...canitudinem': *cf. Osbernus p. 88* 22. aduersum *libri* (*)

XXIII *Paulus p. 62, 2:* Conruspari, conquirere. Plautus: 'Conruspare...pectore' 23. (*) XXIV *Paulus p. 62, 3:* Caecultant, caecis proximi sunt oculorum acie obtusa. Plautus: 'Numnam... Hermio' *Cf. Osbernus p. 106* XXV *Paulus p. 77, 17:* Eiuratio significat id, quod desideretur, non posse praestari. Plautus: Eiurauit militiam' XXVI *Paulus p. 90, 3:* Fiber genus bestiae quadripes. Plautus: 'Sic...salicem': quo nomine extremae orae fluminis appellantur. Vnde et fibras iocinerum et fimbrias uestimentorum dicimus (*cum quibus verbis cf. Varronis de l. l. V 79 ex eodem fonte derivata*)

26 *sq. Numeros sic constituit Winterus* (*) XXVII *Paulus p. 99, 7:* Herbam do cum ait Plautus significat 'uictum me fateor'; quod est antiquae et pastoralis uitae indicium. nam qui in prato cursu aut uiribus contendebant, cum superati erant, ex eo solo in quo certamen erat decerptam herbam aduersario tradebant 27. (*)

XXVIII *Paulus p. 110, 11:* Init ponitur interdum pro concubitu, interdum pro inuenit, ut init rationem, interdum pro introit, ut Plautus: 'Init...febris' 29. (*)

XXIX

que múneralem légem neque lenóniam, 30
gáta fuerit nécne, flocci exístumo.

XXX

-fidiose cáptus edepol néruo ceruicés probat.

XXXI

.riáticam autem uídeo in uasis stágneis
ricam bonam et canutam † et taguma,
guíllas fartas, cónchas piscinárias. 35

XXXII

n ego te nouí, naualis scríba, columbar ínpudens?

XXXIII

deconciliáre sibus, nísi quid persibús sapis.

XXXIV

:rum án profanum hábeas parui pénditur.

XXIX *Paulus p. 143, 4:* Muneralis lex uocata est qua Cincius it, ne cui liceret munus accipere. Plautus: 'Neque...aestimo' 31. existumo *cum Scaligero Ritschelius ad Most. v. 76.* aestimo *i* (*) XXX *Festus p. 165, 23:* Neruum appellamus etiam eum uinculum, quo pedes inpediuntur. quamquam Plautus eo m ceruices uinciri ait: 'Perfidiose..probat' *Paulus p. 164, 4:* num appellamus etiam ferreum uinculum, quo pedes uel etiam uices inpediuntur 32. edepol *Scaliger.* eoepol *codex* (*) XI *Festus p. 166, 20:* Narica est genus piscis minuti. Plautus: uriaticam . . . piscinarias' *Cf. Paulus p. 167, 8:* Narica genus cis minuti *et ex eodem cum Festi fonte Placidus p. 68, 14* (*C. G. L. V 3, 38 = p. 86, 7*): Narria piscis 33. (*) 34. canutam *sanum esse est: cf. Funckius Woelfflini Arch. vol. VIII p. 372* (*) 35. Anguillas *interus.* quinas *codex* (*praecedit* taguma) (*) XXXII *Festus p. 169, 4:* ualis scriba, qui in naue apparebat, inter aliud genus scribarum minimae gnitatis habebatur, quod periculis quoque eius ministerium esset (*ita Vrsinus:* esse *cod.*) obiectum. Plautus: 'Non...impudens' 36. columbar *caliger.* columbari *codex* (*) XXXIII *Festus p. 217, 26:* Persibus (*ita caliger:* Persicus *codex*) peracutum significare uidetur, ut Plautus: Nihil...sapis' *Cf. Paulus p. 216, 4:* Persicum dixit Plautus peracutum 37. Nihil *codex* deconciliare sibus *Buechelerus Mus. Rh. 37 p. 518 adn. 1.* de consiliaresibus *codex* quid *Scaliger.* qui *codex* persibus *Scaliger.* persicus *codex* (*) XXXIV *Fest. p. 229, 7: in cuius verbis misere perditis Plauti fragmentum extitisse Paulus testatur* (*p. 228*): Profanum quod non est sacrum. Plautus: 'Sacrum...penditur'. 38. (*)

XXXV

Pullariam Plautus dixit manum dextram.

XXXVI

Reglescit cum dixit * * * c uersu: Vix super * * * e misero mihi ac * * * inde (*vel* unde) etiam glires dicti uidentur, quibus corpus pinguitudine adcrescit. 40

XXXVII

Surum dicebant ex qu * * * su est Plau * * * non est tibi * * * m item: Nam qui * * * cus surculis * * * m. tum poli * * * aut asulae * * * rus surum * * * re possent.

XXXVIII

Vlcerosam, cónpeditam, súbuerbustam, sórdidam.

XXXIX

⟨Scrutillus appel⟩labatur uenter suillus c * * * Plautus: Venter suillus di * * * inillum. ego me hodie * * * esa farte biberem.

XL

Thocum genus sellae habetur apud Plautum.

XLI

Vesperna apud Plautum cena intellegitur. 45

XXXV *Paulus p. 243, 3* (*in Festi laciniis nihil reliquum nisi* Pla)
XXXVI *Festus p. 278, 30: adde Paulum p. 279, 5:* Regiescit apud Plautum significat crescit 40. Reglescit *iam Vrsinus:* ⟨R⟩egiescit *cod.* (*) XXXVII *Dedi Festi reliquias* (*p. 297, 34*), *pro quibus haec sunt apud Paulum:* Surum dicebant ex quo per deminutionem fit surculus. Ennius: 'Vnus surus surum ferret, tamen defendere possent'
41. (*) XXXVIII *Festus p. 309, 15:* Subuerbustam ueribus ustam significat Plautus (plaustus *cod.*) cum ait: 'Vlcerosam . . . sordidam'. *Paulus p. 308:* Subuerbustam ueribus ustam significat 42. Vlcerosam *pro* Vicerosam *codicis Vrsinus* compeditam *pro* conpenditam *Vrsinus* (*) XXXIX *Festus p. 333, 1: adde Pauli p. 332 verba haec:* Scrutillus uenter suillus condita farte expletus: *unde pendet Osbernus p. 537* (*cf. p. 560*): Item a scrutor hic scrutillus li ·i· uenter suillus farcitus: *ex quo vel simili fonte hausit Scaliger in gloss. Isid. p. 695, 43* (*C. G. L. V p. 611, 32*): Scrutulus uentriculus fartus (*cf. Loewii Prodr. p. 282*) 43. suillus *pro* sullus *apud Festum corr. Vrsinus* (*) XL *Paulus p. 367, 8* XLI *Paulus p. 368, 8*

XLII

Valerius Probus . . . 'Hannibalem' et 'Hasdrubalem' et amilcarem' ita pronuntiabat, ut paenultimam circumflecte-, teste epistula eius scripta ad Marcellum, in qua Plautum Ennium multosque alios ueteres eo modo pronuntiasse rmat, solius tamen Ennii uersum unum ponit ex libro, i Scipio inscribitur.

XLIII

ttébam uinum púlcrum, murrinam * *

XLIV

In XII tabulis legum nostrarum nusquam nominatur la, semper in significatione ea hortus, in horti uero herem, quam ob rem comitata est et religio quaedam, horto- et foro tantum contra inuidentium effascinationes dicari emus in remedio saturica signa, quamquam hortos tutelae neris adsignante Plauto.

XLV

Quid ést? B. Hoc rúgat pállium: amíctus non sum cómmode.

XLVI

ĩ tu, Daue, age, spárge: mundum hoc ésse uestibulúm uolo: 50
nús uenturast nóstra: non hoc púlueret.

XLII *Gellius N. A. IV 7, 1* XLIII *Plinius N. H. XIV 15,* *ıs verba ad Acharist. II exscripta sunt* 47. *Plauti esse hoc gmentum Ritschelius vidit Op. III p. 177* pulchrum *codd.* (*) IV *Plin. N. H. XIX 19* = *L. XII t. fr. ed. Schoell. VII 3* *Paulus p. 102, 11* XLV. XLVI *Gellius N. A. XVIII 1:* Id quoque habitum est in oratione facienda elegantiae genus, pro uerbis habentibus patiendi figuram agentia ponerent ac deinde ec uice inter sese mutua uerterent. Iuuentius in comoedia: 'Palım' inquit 'non facio flocci ut splendeat'. Nonne hoc inpendio ınustius gratiusque est quam si diceret: 'maculetur'? Plautus etiam ın dissimiliter: 'Quid est hoc . . . commode'. Itidem Plautus ıulueret' dicit quod non puluere impleat, set ipsum puluerís plenum t: 'Exi...pulueret' 49. A. Quid est? B. Hoc *distinxit Bucchcrus* hoc est *Gellii cod. Q.* hoc ce *Z* 50. hoc esse *Ritschelius pusc. II p. 326.* esse hoc *codd.* (*) 51. est *codd.* nrũ *Q.* uestra liqui *codd.* non *mutare non audeo* (*)

XLVII

Dulcia Plautus ait grandi minus apta lieni.

XLVIII

In péllibus periculum porténditur.

XLIX

Cilíx, Lycisce, Sósio, Stiche, Pármeno,
Exíte et ferte fústes priuos ín manu. 55

L

Glírium exámina.

LI

⏑ quid murmurílla tecum et té discrucias? * *

LII

⏑ ⏑ ⏑ – ⏑ ⏑ ⏑ – leuiór es quam tippúla.

LIII

⏑ ⏑ – ⏑ néc machaera aúdes dentes fréndere.

LIV

Inimícus esto, dónicum ego reuénero. 60

XLVII *Serenus Sammonicus de med. v. 425 ed. Baehr.* 52. (*)

XLVIII *Porphyrio ad Hor. Serm. I 6, 22:* Quoniam in propria non pelle quiessem] ex prouerbio sumptum est. eos namque qui mediocritatis suae obliti maiora se ipsis adpetunt, solemus dicere non continere se intra pelliculam suam. et hoc scilicet inde sumptum est, quod ductores (ueteres *L. Muellerus.* pastores *Otto*) in pellibus dormirent, cuius rei et Lucilius testis est cum dicit . . . et Plautus, cum de anu ebria iocaretur, ait: 'In...portenditur' 53. in pellis *M.* in pellibus *cod. Paris.* (*) XLIX *Pseudacro ad Hor. Serm. II 5, 11:* Priuum autem est quod unius est: unde et priuilegium, ut hoc Plautinum indicat: 'Cilix...in manu' 54. cilix licisce sosi ostice parmeno *e.q.s. cod. γ: ubi* Sosio *editores* 55. priuus *γ* L *Nonius p. 119, 20:* Glis . . . Plautus genetiuo plurali: 'Glfrium examina' gliuium *LH*[1] eximina *G* LI *Nonius p. 142, 26:* Murmurillum, murmuratio. Plautus ... idem: 'Quid...discrucias' 57. *Numeros constituit Winterus* (*) LII *Nonius p. 180, 8:* Tippula, animal leuissimum, quod aquas non nando, sed gradiendo transeat. Varro . . . Plautus: 'Leuior...tippula' 58. (*) LIII *Nonius p. 447, 14:* Frendere alicubi cum gemitu uel iracundia miserum aut minax sonare, ⟨alicubi frangere⟩ . . . Plautus: 'Nec...frendere' *Cf. Paulus p. 91, 12* 59. machaera *Bothius.* macheram *libri* (*)

LIV *Charisius p. 197, 15* (*ex Iulio Romano*): Donicum pro donec. ita Liuius...Plautus quoque: 'Inimicus...reuenero' 60. (*)

LV

Butubatta

LVI

⏑ ⏓ ⏑ ⏑ ⏑ síqua forte cóntiost
bi éum hietare nóndum mi in mentém uenit.

LVII

Ego illi uenear.

LVIII

inúm precamur: nam híc deus praeséns adest. 65

LIX

Cette patri meo.

LV *Charisius p. 242, 10* (*ex Iulio Romano*): Butubatta. hoc Plautus pro nihilo et pro nugis posuit, ut in glossis ueterum *Cf. Paulus p. 36, 6* 61. (*)

LVI *Diomedes p. 345, 4:* Hiare et hietare ueteres dixerunt. Plautus plaustus *B*): Siqua ... uenit' 62 *sq.* contio (concio *B*) est *codd.* nondum mi in *Buechelerus.* nondum in *libri* mente *AM* (*)

LVII *Diomedes p. 368, 24:* Est tamen apud ueteres ueneor et enditus sum, et apud Plautum: 'Ego...uenear' 64. Egone *editiones et.* ueneor *editiones.* uindar *ABM* (*) LVIII *Diomedes p. 458, 13:* Metonymia...fit...per inuentum subiectumue inuentorem dominantemue ⟨sic⟩: Vinum...adest' *Servius ad Aen. I 724:* Vina pro poculis posuit, et est tropus synecdoche (*voluit dicere* metonymia: *cf. Laemmerhirt p. 348*), ut Cererem dicimus pro frumento. sic Plautus: 'Vinum...adest' *Donatus Art. gramm. p. 400, 7:* Metonymia est [dictio] quaedam ueluti transnominatio. huius multae sunt species. aut enim per id quod continet id quod continetur ostendit, ut 'Nunc . . . Ioui' aut contra ut 'Vina coronant' aut per inuentorem id quod inuentum est [ostendit], ut 'Sine . . . Venus' aut contra, ut: Vinum...adest' *Pompei Comm. p. 307, 7:* . . . aut ab inuentore id quod inuentum est, ut 'Sine . . . Venus'. . .aut e contrario, id est: 'Vinum . . . adest': uinum id est Liberum *Isidorus Orig. I 36, 9:* At contra per inuentum inuentorem demonstrat, ut 'Vinum precamur' pro Libero, qui uinum apud Graecos inuenit 65. pracamur *Diom. B.* precatur *Donati S.* precemur *Servii codices et maior pars codd. Pompei*

LIX *Cledonius p. 59, 22:* 'Nam ab eo quod est cedo, dic mihi illam rem, secundam et tertiam personam non facit, cedis cedit: in plurali facit cette, ut Plautus in * 'Cette...meo' *Pompei Comm. p. 240, 23:* 'Cette ...meo' habes etiam apud Plautum, id est 'date patri meo' *Phocas p. 436, 15:* Cedo etiam numeri pluralis lectum est apud Plautum: 'Cette' *Marius Plotius* [*M. Claudius*] *Sacerdos p. 490, 20:*...cedo numeri pluralis cette: sic Plautus et antiqui comoediographi *Cf. Gr. L. IV p. 38, 15 et Serg. Expl. in Don. p. 551, 33, C. G. L. V p. 633, 16* 66. (*)

LX

Haec praesepes meast.

LXI

Néque ego ad mensam públicas res clámo neque legés crepo.

LXII

Et égo te conculcábo, ut sus catulós suos.

LXIII

Hunc sermonem institi. 70

LXIV

Properate prandium.

LXV

Corpús tuom uirgis úlmeis inscríbam * *

LXVI

Paupera est haec mulier.

LXVII

Ipsá sibi auis mortém creat.

LX *Marius Plotius* [*M. Claudius*] *Sacerdos p. 472, 25:* Hoc praesepe, huius praesepis hoc genere declinatur. nam quod Plautus 'haec praesepes mea est' genere feminino, sicut apud Graecos, auctoritas est, non ratio (*cf. Keilii adn.*) = *Prob. cathol. p. 8, 3* 67. praesepis *Marii Plotii B* (*)

LXI *Servius plenior ad Aen. I 738:* Increpitans...melius tamen accipimus clara uoce hortatum, ut Plautus: 'Neque . . . crepo' 68. (*) LXII *Servius plenior ad Aen. II 357:* catulique] sane catuli non solum canum sed et serpentum, ut 'Aut . . . relinquens'. Plautus etiam suum: 'Et ego . . . suos' 69. (*) LXIII *Servius plenior ad Aen. IV 533:* insistit . . .] aut insistit uolutare aut insistit proposito moriendi. Plautus tamen ita ait: 'Hunc...institi' LXIV *Servius plenior ad Aen. IX 399:* pulchram properet...mortem] aut deest 'adire' aut deest 'ad', ut sit 'ad mortem properet': aut certe antique 'properet mortem', ut Plautus: 'Properate prandium' *e.g.s*

Cf. Additamentum ad Serv. in Georg. IV 170: 'Fulmina properant' uetuste ait, ut Plautus: 'Properant prandium' *e. q. s.* 71. (*) LXV *Servius ad Aen. I 478:* Inscribitur] dilaceratur ut Plautus: 'Corpus...inscribam' 72. tuum *codices* inscribitur C^1, *qui* Plautus *omisit* (*) LXVI *Servius ad Aen. III 539:* terra hospita]...nec mirum abusum esse Vergilium, cum et Plautus 'paupera' dixerit ab eo quod est hic et haec pauper *Idem ad Aen. XII 519:* pauperque domus] hic et haec pauper dicimus: nam 'paupera' usurpatum est. sic Plautus: 'Paupera . . . mulier' 73. pauper *M* (*) LXVII *Servius ad Aen. VI 205:* brumali frigore uiscum] bene 'brumali' addidit. tunc enim maturum est et auri imitatur colorem,

LXVIII

⏑ ⏓ pro laruáto te circúmferam. 75

LXIX

Castrum Poenorum

LXX

Dissipábo

támquam folia fárfari ⏑ ⏓ ⏑ – ⏑ ⏓ ⏑

LXXI

Facíles oculos habet.

LXXII

Scelerare polluere, et est sermo Plautinus, quo hodie
a utimur. 80

LXXIII

Mécum amat patágus morbus aes.

LXXIV

qui talis ést de gnatabús suis.

---

n noua fronde uiret. quod, ut ait Plinius in naturali historia, de o turdelarum in certis arboribus nascitur: unde Plautus: 'Ipsa ... at' *Cf. Isid. Orig. XII 7, 71* 74. auis *om. AS* (*) VIII *Servius ad Aen. VI 229:* Circumtulit] purgauit. antiquum uerm est. Plautus: 'Pro . . . circumferam', id est purgabo: nam tratio a circumlatione dicta est uel taedae uel sulphuris circumferem *A* LXIX *Servius ad Aen. VI 775:* castrumque ui] . . . 'castrum' autem ciuitas est. nam castra numero plurali cimus licet legerimus in Plauto: 'Castrum Poenorum': quod iam diminutio ostendit: nam castellum dicimus poenorum *r.* penarum *reliqui* (*) LXX *Servius ad Aen. VII v. 715:* Fabarim tem quem dicit etiam ipse per Sabinos transit et farfarus dicitur. lautus: 'Dissipabo . . . farfari' 78. taquam *L* (*) XXI *Servius ad Aen. VIII 310:* Facilesque oculos *e. q. s.*] physici icunt ex uino mobiliores oculos fieri. Plautus: 'Faciles oculos abet', id est mobiles uino LXXII *Servius ad Aen. III 42* t...utimur *om. F*

LXXIII *Macrobius V 19, 11:* Omnino autem ad rem diuinam leraque aenea adhiberi solita, multa indicio sunt, et in his maxime acris, quibus delinire aliquos aut deuouere aut denique exigere morbos uolebant. Taceo illud Plautinum cum ait: 'Mecum...aes' *e. q. s.*

81. patagus *Canterus Var. l. I p. 50.* pagus *P.* peagus *R* amat *scripsi.* habet *libri* (*) *Cf. Paulus p. 221, 3:* Patagus morbi genus

LXXIV *Priscianus I (G. L. II) p. 293, 17:* Plautus in Sticho: 'Ego...filiis' pro filiabus. idem: 'Qui...suis' 82. Quin *GLK* (*)

LXXV

Aequiter, asperiter

LXXVI

Acieris, ἀξίνη ἱεροφάντου, ὡς Πλαῦτος.

LXXVII

Glos, ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφή, γάλως, παρὰ Πλαύτῳ. 8

LXXVIII

Interneciui autem significatio est quasi hominis quae dam enecatio: nam praepositionem 'inter' ponebant antiqu pro 'e'. Naeuius: Mare interbibere. et Plautus: Interluer mare, id est ebibere et eluere.

LXXIX

Probus quidem antea iaculator eras.

LXXX

Linna coopertast † testrio gallia.

LXXXI

si quid factúrus es, appénde in umeris pállium
Et pérgas hinc, quantúm ualet tuorúm pedum pernícitas.

LXXV *Priscianus II (G. L. III) p. 71, 1:* Plautus: 'Amiciter aequiter, asperiter' *Cf. Non. p. 512, 27. 513, 21*

LXXVI *Pseudophiloxenus C. G. L. II p. 13, 9* *Cf. Paulus p. 10,* Acieris securis aerea, qua in sacrificiis utebantur sacerdotes *C. L. IV p. 404, 15:* Acceries genus securis *Ibid. p. 202, 39:* Acer securis quam flamines uel pontifices habebant Acieris *Paul firmat Buechelerus Mus. Rh. vol. 46 (a. 1890) p. 234.* Acceris *cod Pseudophiloxeni.* Acceries *vel* Acerlis *aliae glossae* 84. (*)

LXXVII *Pseudophiloxenus C. G. L. II p. 34, 29: cf. ibid. 32:* Glum χλωρας ἀδελφή, γαμετή, ὡς Πλαῦτος: *quae glossa procul dubio sic eme danda est:* Glos, ἡ τοῦ ἀνδρὸς ἀδελφή *e. q. s.* *Cf. Paulus p. 98, 5*

LXXVIII *Isidorus Orig. V 26, 18*

LXXIX *Isidorus Orig. XIX 5, 2 (unde pendet lib. gloss.):* Fund genus est piscatoriae retis, dicta ab eo, quod in fundum mittatu eadem etiam a iactando iaculum dicitur. Plautus: 'Probus...eras'

LXXX *Isidorus Orig. XIX 23, 3:* Linnae saga quadra et mollia sunt, d quibus Plautus: 'Linna...gallia' *Ex Isidoro pendent glossae qu Locwius Prodr. p. 289 sq. congessit una cum eis quas Ottius Nov. anne vol. 117 p. 423 addidit* 88. cooperta est *vulgo.* cooperata est *c dices libri glossarum* testrio gallia *codices libri glossarum.* textrin Gallia *vulgo* (*) LXXXI *Isidorus XIX 24, 1:* Pallium est q ministrantium scapulae conteguntur, ut, dum ministrant, exped

LXXXII

Aéneis 90

Coculís mi excoctast ómnis misericórdia.

3 FRAGMENTA DVBIA ET SVSPECTA

I

Coquitare pro coctitare, id est frequenter coquere, Plautus posuit.

II

Fucilis falsa: dicta autem quasi fucata.

III

Et haec interpretatio non minus dura est quam illa Plauti essentia et queentia, sed ne propria quidem.

IV

[illegible] amoris ímber guttis grándibus

Nón uestem modo pérmanauit, séd in medullam ultró fluit. 5

---

discurrant. Plautus: 'Si quid...pernicitas' 89. 90. *Ita versus constitui* . pergas hinc *scripsi*. pergat *libri* (*) LXXXII *Isidorus Orig. XX 8, 1:* Omnia uasa coquendi causa parata cocula dicuntur. Plautus: 'Aeneis...misericordia' *Cf. Placidus p. 26, 13* (= *C G. L. V p. 14, 36* = *p. 55, 32*): Coculis, aereis uasis ad coquendum uel assulis aridis *Festus Pauli p. 39, 3:* Cocula uasa aenea coctionibus apta. alii cocula dicunt ligna minuta, quibus facile decoquantur obsonia *C. G. L. IV p. 219, 37:* Cocula ligna arida uel uasa aerea- *de quibus et similibus glossis cf. Loewius GL. N. p. 90, 95, 206. Adde Osbern. p. 131* 91 *sq. Numeros sic constitui* mihi excocta est *libri* (*)

I *Paulus p. 61, 18* 1. (*) II *Paulus p. 92, 13: quae verba ad Plautum posse pertinere exposuit Reitzensteinius l. s. s. p. 67 adn. Cf. Placidus p. 43, 2* (= *C. G. L. V p. 21, 36* = *p. 68, 12*): Fucili fallacia, a fuco dicta (*cf. Ind. Ien. a. 1893/4 p. IV*) 2. (*)

III *Quintilianus II 14, 2* (*cf. idem III 6, 23*): *sed VIII 3, 33 haec interpretatio Sergio Flavo addicitur, eadem a Seneca ep. 58, 6 Fabiano, unde quae coniecerint homines docti Halmii adnotatio docet*

IV *Fronto II 2 p. 27 ed. Nab.:* Iam mihi cum Gratia certamen erit, quam timeo ut superare possim. nam illius quidem, ut Plautus ait, 'amoris...fluit' 4. 5. *Numeros constituit censor Ind. phil. I p. 60* (*cf. ad Most. v. 142 ed. II*) guttis grandibus *pro* grandibus guttis traiciens (*)

V

Posticam feminino genere consuetudine appellamus. cilius . . . Varro *Ταφῇ Μενίππου*: Perrexit ⟨in⟩ interi partis domuis posticae, ut ait Plautus, penitissumae.

VI

Pílleum quem habuít deripuit eúmque ad caelum sústulit

VII

Sola] sine eo quem amabat: nam regina sola esse n poterat. est autem Plauti qui inducit inter multos amatore positum dicentem quod solus sit.

VIII

Nam inuenimus in Plauto meminens.

IX

Numquam ad ciuitatem uenio nisi quom infertur peplum.

X

Quod Plautus posuit boo graece posuit, *βοῶ βοᾷς*, un deriuatur reboo. nam latinum uerbum o ante o habens n quam repperi.

XI

Fortásse ted amáre suspicárier.

V *Nonius p. 217, 12* domus *Nonii libri hoc loco: at cf. p.* 6. penitissimae *Mercerus.* penitissime *codices* (*) VI *Non p. 220, 11:* Pilleus generis masculini. Plautus Captiuis: 'Pilleum sustulit' 7. deripuit *Bothius.* diripuit *codices* sustulit *Both* tollit *codices* (*) VII *Servius in Aen. IV 82* 8. (*) VIII *Se* [*Sergii*] *comm. in Donatum p. 441, 2, qui cum ex eodem cum Prisci I (G. L. II) p. 560 fonte hausisse censendus sit, neglegentia ad Plau* meminens *translatum est, quod Laevius posuit* IX *Servius ad A I 480:* Peplumque ferebant] peplum proprie est palla picta femi Mineruae consecrata, ut Plautus: 'Numquam...peplum' 10.

X *M. Plotius* [*M. Claudius*] *Sacerdos p. 491, 3 = cf. Probi C p. 38, 31:* Igitur quod Plautus po*****boo, non latine, sed graece suit, *βοῶ βοᾷς*, unde deriuatum reboo, reboas 11. posuit boo *Keil* reboo *B* (*)

XI *Donatus in Ter. Hec. III 1, 33:* Fortasse...sic Plautus: 'F tasse...suspicarier' 12. ted *Ritschelius et* suspicarier *Ritschel* te *et* suspicabere *Donatus* (*)

XII

Argéntum hinc facite.

XIII

⏑ ⏓ ⏑ flocci péndo quid rerúm geras.

XIV

quam raro nomina comoediarum afferantur, omnes autem has fabulas praeter Captiuos et Cornicularíam, quarum nomina non occurrunt, dimidio operis Festi eoque igni graviter mutilato commemorari, fortasse multo maiorem fabularum Plautinarum numerum tota Festi epitome commemoratum fuisse non sine probabilitate suspicabimur. Porro cum Festus epitomen Verriani operis fecerit, multo maiorem et fabularum et locorum Plautinorum numerum apud Verrium Flaccum ipsum exstitisse veri simile est'. Ceterum longe plurima eorum quae apud Paulum sunt ad Festum, quae apud hunc, ad Verrium pertinere cum eodem LEIDOLPHO iudico (de ratione quae inter Paulum et Festum intercedit cf. etiam C. NEFF, de Paulo Diac. F. epitomatore, 1891). Eximendi sunt loci, ut Servii ad Georg. IV 497: nam verba Plauti a Servio corrupta et ex Serviano commentario nescio quo modo in Pauli librum tralata cum LEIDOLPHO p. 202 et RITSCHELIO ad Most. v. 218 sq. merito contendit LAEMMERHIRTIVS (de priscorum scriptorum locis a Servio allatis = Comm. Ien. IV p. 375), cuius argumentationem SCHOELLIVS ad Most. v. 218 sq. probavit. — Verrium Flaccum et ex codicibus hausisse multa et ex scriptoribus qui ante eum quaestiones grammaticas tractaverant iam supra commemoravi. Quodsi REITZENSTEINIVS ('Verr. Forschungen' p. 63) suspicatur glossas Plautinas quae in posterioribus Pauli vel Festi partibus positae essent, ex commentariis fluxisse — quam sententiam probat OSCARVS FROEHDE (de Non. Marc. et Verrio Fl. p. 20) — de quorum hominum commentariis cogitaverit vir doctissimus non satis assequor. Nam ne Sisennae quidam commentarium priscae aetati adsignari posse existimo. — De singulis locis cur accuratius disputem non esse puto: illud moneo, WINTERI coniecturam (p. 82 sqq.), qua errore Festi vel potius Verrii duo Stichi versus e Nervolaria adferentis (p. 169, 11 et 197, 20) abusus illos versus revera Nervolariae adscribit, Stichum autem nostram a retractatore ex Sticho genuina et Nervolaria concinnatam esse suspicatur, idoneo fundamento carere. — Ceterum ex Verrio Flacco multi hauserunt, velut Suetonius apud Priscianum I (G. L. II) p. 231 (cf. REIFFERSCHEIDIVS p. 348):

nec dubito quin commentatores Plauti aut Plinius aut Probus hunc thesaurum adierint. Ex Festo hausit Pseudophiloxenus (cf. Ind. Ien. a. 1885/6 p. III, DAMMANNVS de Festo Pseudophiloxeni auctore p. 34), hauserunt alii, de quibus suo loco agetur.

§ 3. De Plinio et Valerio Probo Berytio difficilis quaestio est. Quem ex Acharistione attulit Plinius versum (XIV 92 = v. 2), eum Fabio Dossenno deberi RITSCHELIVS demonstravit Parerg. praef. p. XIII: Saturionis verba e Verrii libro novisse potest. De incerto fragmento (XLIV) res dubia. Praeter haec fragmenta eum plura attulisse in libris dubii sermonis facile credemus: nec improbabile, eum ipsa exemplaria inspexisse. Ex Plinio autem non pauca videtur sumpsisse Caper idemque fortasse de Gellio concedendum: sed haec omnia non tam argumentis demonstrari quam coniectura divinari possunt. Etenim res vel eo impeditur, quod saepius accidit, ut quae ad Plinium revocent alii, eadem ab aliis e Probo repetantur. — Valerio Probo aperte unum testimonium tribuitur a Gellio IV 7, 1 (inc. XLII): eidem STEVPIVS dedit Gellii quosdam locos (VI 9, 7; XVIII 12, 3 et 4: cf. STEVP. de Probis gramm. p. 199): item WINTERVS (p. 11) duce KEILIO (G. L. I p. LI) aliquot locos Diomedis. Eosdem locos BECKIVS ad Plinium referendos esse sibi persuasit (de Valerio Probo Berytio quaestiones novae p. 17 sqq., Stud. Gell. et Plin. p. 14 sqq.). Mihi ut STEVPII ita BECKII sententia in mera coniectura posita esse videtur (cf. Ind. Ien. aest. 1893 p. V, 'Berl. philol. Wochenschrift' a. 1893 p. 1262 sq.). — Quodsi WINTERVS (p. 8) ex verbis 'quae sunt in vita Vergilii Probi commentario praemissa' (*sunt autem astrabac uehicula dicta παρὰ τὸ μὴ στρέφεσθαι, quo titulo et Plautus fabulam inscripsit in qua mulieres eiusmodi uehiculis inducit*) apparere dicit Probum ipsas fabulas inspexisse, non desunt quae huic sententiae adversentur: primum enim constat illa verba ex alio fonte adiecta esse quam et antecedentia et sequentia: ex Probo autem petita esse nemo demonstrabit (cf. B. KVEBLERVS de M. Valerii Probi Berytii commentariis Vergilianis. Berol. 1881, Ind. Ien. a. 1893 p. IV, REITZENSTEINIVS 'Epigramm und Skolion' p. 194).

Sed etiamsi Probi haec essent, nescio an a Verrio Flacco peti potuerint, quem de 'astraba' egisse l. s. s. demonstravi.

§ 4. Gellium fabulas, quas se legisse iactat, revera non legisse, sed quae habet vetustioribus scriptoribus debere probabili modo WINTERVS (p. 4 sq.) videtur statuisse. Ex Varrone repetiti sunt versus Freti et Boeotiae, utut de difficultate iudicabis quam 'solaria' creant; ex Varrone etiam Nervolariae versus, quamvis in libris de l. l. Cistellariae continuari videatur (cf. quae p. 181 de hac re congessi). Ad locum qui est XVIII 12, 3 et 4 pertinent, quae modo de Plinio et Probo dixi; item ad VI 9, 7. Quod reliquum est fragmentum XI 7, 5 ex glossographorum libro nescio quo — velut e Verrio Flacco — petitum esse non improbabile videtur (cf. Ind. Ien. aest. 1893 p. V). His adde quae de Gellii fide post MERCKLINVM exposuit KRETSCHMERVS (de A. Gellii fontibus), quibus tamen abusus est BECKIVS l. s. s. Nam ut facile credi potest Gellium quo lectores caperet lepidulas occasiunculas quibus quae profert deberet excogitavisse, ita cur Probo tribuerit ex Plinio petita nulla ratio in promptu est.

Flavio Capro, de cuius scriptis accurate disseruit GODOFREDVS KEIL a. 1889 (= dissert. Hal. vol. X p. 243 sqq.), aperte adscribit Frivolariae versum unum Priscianus I (G. L. II) p. 188: eidem Commorientium versum (a Prisciano I [G. L. II] p. 280, 15 allatum) collato Charisio p. 88, 11 et 120, 14 dat WINTERVS p. 12. Eodem loco WINTERVS Caprum doctrinam Probi, cuius vestigia apud Priscianum I (G. L. II) p. 489, 17 (Par. med. IV: cf. Diom. p. 373, 17—374, 2) extarent, porro Lipargi locum apud Priscianum I (G. L. II) p. 522, 14 et Carbonariae fragmentum (Prisc. I [G. L. II] p. 516, 11) propagasse non improbabiliter coniecit. Ex Capro denique Iulium Romanum, Servium, Nonium multa hausisse infra memorabitur. Ipsas fabulas Caprum inspexisse vix credam: excerpsit non modo Probi aut Plinii scripta, sed etiam aliorum, ut Tironis et Verrii Flacci.

Commentatores Plauti qui secundo floruerunt saeculo utrum Plauti fabulas praeter Varronianas inspexerint necne dici nequit: neque magis numquae fragmenta Plautina inde ad posteros propagata sint, quamquam

non improbabile duco Noniana quaedam et Donatiana iis deberi.

Porphyrio, qui ex Varronianis fabulis undecim locos attulit, unum (inc. fab. XLVIII) ex ceteris fabulis fragmentum servavit: quod unde fluxerit — agitur de proverbio — et per quos rivos venerit nescitur. Sinnium Capitonem de proverbiis docte disputasse nota res. Nec magis de Pseudacronis loco (inc. fab. XLIX) quidquam constat.

Marcum Aurelium unicum Colacis fragmentum ex exemplari hausisse improbabile est: quamquam et ipsum et Frontonem fabulas Varronianas legisse ex imitationibus apparere videtur quas congessit CAROLVS PRIEBE (de M. Cornelio Frontone imitationem prisci sermonis latini affectante. Sedini 1886 II p. 3 sqq.).

De Suetonio Tranquillo conferenda sunt quae § 2 exposui et §§ 6 et 7 exponam.

§ 5. Iulius Romanus, cui sua debet Charisius, multa e Capri libris derivavit: ex quibus fluxisse quae de 'commodo', 'donicum', 'butubatta' proferuntur p. 193, 15 = 196,9, p. 197,18, p. 242,10 coniecit WINTERVS p. 10: quod ita se habere potest. Fragmenta Caeci vel Praedonum, quae Romanus servavit omnia, unde petierit dici nequit. Quodsi WINTERVS ex collatis his verbis *Plure aut minore emptum antiqui dicebant. Cicero 'plure uenit' et Lucilius 'plure foras uendunt'. sed consuetudo pluris et minoris dicit* (Charis. p. 109,10) = *Plure Plautus in Caeco uel Praedonibus 'plure altero tanto quanto eius fundus est uelim'. Cicero quoque 'plure uenit', Lucilius 'plure foras uendunt quod pro minore emptum' antique* (Charis. p. 211, 27) et similibus locis apparere putat Caeci versus non ad communem fontem, h. e. Caprum, redire, hoc mihi non tam certum videtur. Sed etiamsi rem ita se habere certum esset, ne tum quidem coniectura probabilis videretur, qua RITSCHELIVM secutus (Parerg. p. 157) ille censet ipsum fabulae exemplar Romanum evolvisse: multa enim praesto erant glossaria, de quibus monet FROEHDIVS (de C. Iulio Romano p. 651), exstabant lexica velut Caesellii Vindicis et varia genera collectaneorum, quae vel ipse vel is quem secutus est adhibere potuit.

Nonius Marcellus, qui fabularum Varronianarum ingentem numerum locorum attulit, ex ceteris fabulis circiter 26 exempla habet. Quem cum locos illos ex commentariis una cum interpretamentis hausisse SCHMIDTII auctoritate moti multi statuerint (cf. SCHMIDTIVS de Nonii Marcelli auctoribus grammaticis p. 34 sqq., REBLINVS de Nonii M. locis Plautinis p. 3 sqq., Ind. Ien. a. 1890/91 p. VII sq.), nuper praeeunte ex parte NETTLESHIPIO ('Lectures and Ess.' p. 277 sqq.) FROEHDIVS (de Nonio Marcello et Verrio Flacco) Nonium locos poetae ex ipsis fabulis congessisse, interpretamentorum vero permulta ex aliis libris velut ex Verrio Flacco adiecisse contendit: contra quem quae dixi in BVRSIANI annal. LXVIII (a. 1891) p. 148, nunc Verrianis et Nonianis glossis iterum inter se comparatis non est cur improbem. Ex illis certe exemplis quae FROEHDIVS attulit Nonium librum Verrii Flacci excerpsisse nullo modo apparet. Si usus est Nonius, certe non multa inde transcripsit: quod si fecisset, planiora et plura eius rei vestigia non dubito quin fuerit relicturus. — Ex recentiorum autem grammaticorum numero Nonium inprimis Capri copias expilasse LVCIANVS MVELLERVS Quaest. Non. p. 254 cum aliis rectissime exposuit (cf. H. KEILIVS G. L. V p. 570, WINTERVS p. 10, ut alios mittam). Ex Capro igitur fluxit Agroeci versus (p. 196, 34: cf. G. KEILIVS l. s. s. p. 48, WINTERVS p. 10); quibus nescio an addendi sint hi: p. 217, 12 (= Dub. V); 220, 11 (Cornic. VI); 221, 13 (Carbon. II). Nam Nonium haec exempla ex ipso Probo petiisse, quae HERTZII et KRETSCHMERI fuit sententia, recte negavit H. KEILIVS G. L. V p. 570. — Ex Gellio (XI 7, 5) manasse quae p. 69, 24 leguntur HERTZIVS Opusc. Gell. p. 89 et 102 auctor est, impugnatus a nonnullis, a nullo refutatus. De ceteris locis nihil adfirmare audeo. Cf. § 4.

§ 6. De Servii brevioris locis accurate disputavit LAEMMERHIRTIVS in Comment. Ien. vol. IV p. 311 sqq. aliorum virorum doctorum sententiis docte et diligenter examinatis. Quem si sequimur, fragmenta incerta LXVI et LXIX Capro debentur (p. 397 et 395), fragmenta incerta LXXI (p. 381), LXVII (p. 378), LXX (p 383) commentatori, qui Plinianis excerptis alia adiecit, fragmentum incertum LXVIII

et LXV Donato (p. 348 et 361: illud fortasse ex Verrio Flacco derivandum esse exposui Ind. Ien. a. 1885/86 p. V), fragmenta LXXII (p. 330 et 332), LXVIII (p. 333), Dub. fragm. VII (p. 333) obtrectatoribus Vergilii. De nonnullis rem perdubiam esse ipse scriptor monuit: quod commemorasse satis habeo. — Ad brevioris Servii testimonia accedunt quae Servius plenior solus habet. Quem cum a genuino Servio disiunxerit THILO, nuper ALFREDVS MOELLER (Quaest. Serv. ed. Kilon. a. 1882) duce ex parte NETTLESHIPIO ('Lect. and Ess.' p. 325 sqq.) denuo eo pervenit, ut 'pleniorem Servium aut exemplar archetypum cum amplius tum planius breviore Servio servasse aut fontem atque auctorem commentarii ab illo decurtati fuisse' sibi persuaderet. Qua in re virum doctum opinionem fefellisse existimo: certe loci quibus usus vel potius abusus est ad suam sententiam fulciendam aut nihil probant aut non id demonstrant, quod demonstrandum sibi proposuerat scriptor. Fragmenta autem quae plenior Servius addit unde sumpta sint nescimus: ex perbono ea fluxisse fonte — nimirum ex grammaticis libris — WINTERO adsentior.

De Charisio § 5 satis mihi egisse videor. — Donatus quae adfert nescio an ex parte commentariis debeat. — De Diomede pauca dixisse sufficiet. Etenim quae p. 383, 15 et 401, 5 habet, item p. 345, 5 et 368, 25, unius esse fontis ex eis quae KEILIVS G. L. I p. LI sq. et STEVPIVS p. 190 sqq. exposuerunt probabile esse existimo: quae utrum ex Capro an ex ipso Probo (vel Plinio) Diomedes petiverit expediant qui nocte plus quam die vident. De loco qui est p. 458, 25 cf. quae supra dixi de Servio et dicam de Isidoro § 7.

Quae Plotius Sacerdos p. 472, 25 (= Probi Cathol. p. 8, 4) et p. 491, 4 (= Probi Cathol. p. 38, 32) tradit, una cum eis quae Charisius p. 59, 11 sqq. habet antiquissimis grammaticis tribuenda sunt; item quae de *cette* profert idem Plotius cum Cledonio, Pompeio, Phoca. — De Fulgentio nihil habeo quod addam. — De Macrobii tribus testimoniis nihil affirmare possumus.

De Prisciano conferenda sunt quae § 4 exposui. Praeter

ea quae ex Capro fluxerunt respicienda sunt quae ex Suetonio transcripta esse videntur (cf. § 2). De altero fragmento (Frivolariae II = G. L. II p. 271, 2), quod WINTERVS p. 13 ad librum 'de vitiis corporalibus' rettulit, res incerta.

§ 7. Isidorus sex fragmenta servavit, unum cum aliis (inc. LXVIII), quinque solus (inc. LXXVIII—LXXXII). Ex eis quae solus servavit unum est quo Placidi glossa spectet: itaque vix dubitari potest, quin ad vetustum et bonum fontem redeat quod ibi legitur (cf. Paulus p. 39, 3). Cum inc. fragmento LXXIX Servii locum (ad Georg. I 141) contulit THILO. Ex quinque illis locis cum quattuor ex libris XIX et XX petiti sint, cumque duo instrumenta tractent, duo vestimenta, de Suetonio haud temere cogitabis (cf. REIFFERSCHEIDIVS p. 270 sqq.). De fragmento ex quinto Originum libro desumpto cf. Paulus p. 114, 8 et 110, 22 (adde eiusdem Isidori Orig. X 149). De fragmento quod exstat Orig. I 36, 9 cf. quae dixit LAEMMERHIRTIVS l. s. s. p. 348: adde quae supra p. 196 adnotavimus.

Pseudophiloxenus duo fragmenta habet, ex quibus alterum bis traditur. Tertium, quod fragmentis Plautinis adiecit VVLCANIVS in Notis ad Pseudophil. p. 4, abiciendum est. Pro eo enim quod STEPHANVS exprimendum curavit 'Adfatio *ἐπίλογος, πρόφασις, προσομιλία, ὡς πλούσιος*' VVLCANIVS '*ὡς Πλαῦτος*' proposuit: quae coniectura nova editione (C. G. L. II p. 7, 8 sq.) facile refutatur. Nam *ως πλουσιος* litterae ad antecedentem glossam referendae sunt (*ἐκτενῶς, πλουσίως*): quibus expositis non est cur aliorum conamina percenseam (cf. KLEINIVS Mus. Rhen. vol. XXIV a. 1869 p. 295 sq.). Ceterum auctorem glossarii haec fragmenta ex Festo sumpsisse et olim conieci (Ind. Ien. a. 1885/6 p. VII) et DAMMANNVS l. s. s. confirmavit. Inter glossas Pseudophiloxeni etiam alias esse quae ad fragmenta Plauti deperdita revocari possint facilius conicies quam demonstrabis.

Osbernum quae exhibet fragmenta ex Macrobio, Prisciano, Paulo exscripsisse iam LOEWIVS Prodr. p. 254 sq. exposuit. Duo tamen 'fragmenta' solus auctor Panormiae servavit, quae mihi admodum suspecta esse videntur. De posteriore cf. Ind. Ien. a. 1885/6 p. III sq., ubi vix recte

coniectura haec verba ad Festi ipsius librum revocavi. De priore loco vide quae in appendice adnotata sunt.

Placidum, qui immerito in codice Corsiano 'in Plauti comoedias' glossas scripsisse dicitur, non modo Plautinas glossas continere, sed e multis scriptoribus et poetis collectas LOEWIVS Prodr. p. 154 recte monuit. Haud paucae glossae ad fragmenta videntur spectare, quae Plauti esse ex certis testimoniis constat. In reliquis quoque aliquot fragmenta Plautina latere minime improbabile puto: sed quis demonstrabit hanc vel illam glossam iure Plautinam haberi? Neque enim prisca forma satis est argumenti neque ex vicinia Plautinarum glossarum certi quidquam colligi potest: ut ne tum quidem de Plautina origine constet, si duabus glossis certe Plautinis tertia inserta sit, quae per se Plautina esse possit. Hinc caute accipienda quae REITZENSTEINIVS 'Verr. Forsch.' p. 59 dicit: 'Das nächste Wort *Coniuula* ist in den erhaltenen Stücken nirgends überliefert. Doch hat Placidus S. 28, 3 unmittelbar nach der Plautinischen Glosse *Conspicillo* in einem Abschnitt, der fast ganz auf einen Plautuscommentar zurückgeht: *Coniuolis, crebro nutantibus.* Man darf daher annehmen, dass das Wort entweder in dem verlornen Theil der Cistellaria oder in einem nicht erhaltenen Stück des Plautus stand'. Cf. idem p. 65. Quae cum ita sint, ex Placidi copiis Plauti fragmenta augere nolui, quamquam haud pauca insunt, quae prae se ferant speciem Plautinissimam. Longe aliter res in Festi vel Pauli libro se habet.

Ceterum Placidi glossas ubi cum Festinis congruunt non ex Festo fluxisse LOEWIO Gl. Nom. p. 95 assentior: nam saepe fit, ut casuum vel coniugationis formas genuinas servaverit Placidus, cum Festus nominativum vel infinitivum substituerit: sequitur ut uterque ex eisdem vel similibus libris glossographorum vetustiorum pendeant.

§ 8. Primus colligendis fragmentis operam dedit non CHARPENTARIVS (cf. RITSCHELIVS Op. II p. 77), sed unus ex eis, qui editionem curaverunt hoc titulo inscriptam: 'Plautus cum correctione et interpretatione Hermolai Merulae Politiani et Beroaldi et cum multis

additionibus', quae 'sine loco et anno' prodiit (intra annos 1494 et 1499: cf. RITSCHELIVS Op. II p. 44). Huic editioni praemissa sunt aliquot fragmenta cum hac inscriptione: 'Ex multis Plauti Comoediis amissis hae reperiuntur citatae a grauissimis auctoribus: Mar. Tull. Cicerone Au. Gellio Nonio Marcello Festo Pompeio et Prisciano'. Sunt 31 versus sine certo ordine positi, quibus admixta sunt aliena (velut de Synephebis: 'de hac Mar. Tull. Cicero in libro de natura deorum', de Moecho 'de hac Au. Gellius libro primo Cap. septimo, Epodi [h. e. Epidici] versus duo, 'Polegus' cum versu Capt. 569): Astrabacum (15); Carbonaria (51); Commorientes (59); Cornicularia (66, 65, 64, 67); Friolaria (84, 79, 89); Lenones (92); Lipargus (93); Neruus (99); Medicus (102); Plocium (110); Saturio (111); Stematicus (115); Vidularia (93, 103, 100, 105, 109, 102). His autem CHARPENTARIVS in editione anni 1513 ita usus est, ut fabulas ad alphabeti ordinem digereret, ex Vidularia unum fragmentum omitteret, ne hilum quidem adderet, nisi quod titulum vel praefationem his verbis auxit: 'quas ordine litterarum disposuimus'. Cf. de hac re BRANDTIVS Mus. Rhen. vol. XXXIII p. 630.

Multo melius de his fragmentis meritus est GEORGIVS FABRICIVS, cuius nova collectio quamquam iam anno 1550 CAMERARIO est tradita, ut docet FABRICII epistula fragmentis praemissa, tamen una cum editione anni demum 1558 in lucem prolata est. 'Ex antiquis Grammaticis', verba sunt FABRICII, 'dum alia inuestigo, locos, ut uides, Plautinos collegi, quos ad te mitto, tuoque iudicio permitto, quicquid de iis statueris'. Priore parte continentur 'loci ex XLI. amissis Plauti comoediis, a Grammaticis latinis citati', posteriore 59 'loci alii ex amissis citati, non addito Comoediae nomine'. Hanc collectionem pro subsidiis illius temporis laude non indignam — cf. RITSCHELIVS Op. II p. 113 — repetiit auctam aliquot fragmentis (velut Addicti v. 3 et 4 Clitellariaeque fragmento uno ex Fulgentio) et adnotationibus PETRVS DANIEL (HAGENVS 'der Jurist und Philolog P. D. aus Orleans' ed. Bern. a. 1873 de hac re tacet) vel potius IACOBVS ELIAS in fine commentarii Lambiniani a. 1576

his verbis additis: 'Adiunximus Plautina loca ex antiquis Grammaticis a Georgio Fabricio collecta, et a Petro Daniele Aurelio doctissimo viro quibusdam in locis correcta et aucta'. DANIELEM denique secutus est TAVBMANNVS in prima editione, quae prodiit anno 1605.

§ 9. Denuo circa Plauti fragmenta studium flagrare coeperat auctore IOSEPHO SCALIGERO, qui non modo per epistulam a TAVBMANNO novam collectionem expostulaverat — ut TAVBMANNVS in praefatione collectionis novae anno 1612 emissae testatur —, sed ipse haud pauca margini adscripsit, quibus postea TAVBMANNVM usum esse facile demonstrari potest, cum adnotationes marginales SCALIGERI haud paucae etiamnunc extent (cf. RITSCHELIVS praef. Pers.[2] p. XVI). De sua autem opera haec scribit TAVBMANNVS (in edit. a. 1612 p. 1234): 'Aliis . . . cunctantibus, aut prorsus forte nolentibus, ego hanc operam sumere coactus fui: quod in priori editione a me fieri debuisse, per epistolam Scaliger expostulaverat. Cumque ad finem spectaret typographus, (nam Trinummus iam procedebat) relictis omnibus rebus, dieculas aliquot huic curae impendi, et opera tumultuaria, quod exhibeo, concinnavi'. Correxit igitur TAVBMANNVS aliquot errores FABRICII, adiecit locos non ita paucos, in his 'Clitellariae' fragmenta, quo nomine Astrabam dici opinatus est cum SCALIGERO (Coniect. Varron. p. 142 ed. Varron. a. 1573), adnotationibus haud pauca fragmenta illustravit et mendis liberavit, usus SCALIGERI inventis multo saepius quam disertis verbis monet. Ceterum tumultuariae operae vestigia minime desunt.

TAVBMANNVM excipit PAREVS, qui cum in editione prima (anni 1610) Danielina fragmenta recepisset, mox ipse rem aggressus est. Reprehendit quicumque ante eum fragmenta tractaverant: aut enim Plauto tribuisse quae eius non essent, aut inter fragmenta attulisse versus, qui in fabulis superstitibus locum haberent, aut denique mendis multis contaminata protrusisse *ἀποσπάσματα*. Sed quod aliis opprobrio vertit, ne ipse quidem fugit, etsi haud pauca ei prospere cesserunt. Certe iniquius est IANI GRVTERI iudicium, qui solita acerbitate in PAREVM anno 1621 invectus est: eum in

omnibus secutum esse TAVBMANNVM, contentum aliquoties transponere hoc illudque aut addere fragmentum nullius momenti. Nam ipse GRVTERVS, qui TAVBMANNI operam non semel supplevit et correxit, in multis PAREVM tacite secutus est, quamquam eum de suo nonnulla addidisse minime nego. Ac ne tertia quidem PAREI editio (anni 1641) prorsus neglegi potest. A GRVTERO, non a PAREO, pendent GRONOVIVS, ERNESTIVS, alii. GVYETVS utrum fragmenta attigerit necne nescimus: in editione quam curavit MICHAEL DE MAROLLES fragmenta non insunt: exemplaris Parisini, de quo egit BENOISTVS ('Melanges Graux' p. 461 sqq.), pars prior tantum videtur extare, cuius ultima fabula est Mercator. — BENTLEI adnotationes exstant paucissimae: cf. SCHROEDERVS 'Richard Bentley's Emend. z. Pl.' p. 59.

§ 10. Anno huius saeculi decimo cum FRIDERICVS HENRICVS BOTHE Plauti fabulas 'in usum elegantiorum hominum' ederet, tertio volumini (a p. 541—571) fragmenta inseruit et ea quae ad Varronianas fabulas pertinent et reliqua, usus eis quae GRVTERVS cum TAVBMANNO et PAREO proposuerat, sed ut adderet nonnulla, velut aliquot locos ex Festo et Paulo petitos, alia consulto omitteret, omnia recenseret, non pauca emendaret. Idem in quarto volumine a p. 833—850 adnotationes ad fragmenta addidit. A priore editione differt altera, quam anno 1821 emisit, in qua compluria adiecit — in his frustula Vidulariae a MAIO edita et Colacis fragmentum e Frontone ab eodem protractum —, pauca abiecit, non ita pauca retractavit. De coniecturis BOTHII partim scite inventis partim perversissimis idem dicendum, quod in fabulis Varronianis satis superque monuerunt alii. A BOTHIO pendet WEISIVS, nisi quod singulis quibusdam locis suam viam secutus est.

Ex omnibus qui hoc saeculo Plauti fragmenta attigerunt principem locum obtinet FRIDERICVS RITSCHELIVS, cuius felicissimis auspiciis haec Plauti editio olim incohata est. Qui quanto successu falsas priorum opiniones refutaverit, titulos correxerit et illustraverit, verba ipsa mendis purgaverit, nova fragmenta antea collectis adiecerit, non est cur accuratius exponam. Ipsam editionem fragmentorum,

quam adornare coeperat, quominus perficeret, fata prohibuerunt. Quod edidit specimen in Act. Soc. phil. Lips. vol. VI p. 365 sqq. una cum eis quae manu scripta reliquit, CVRTIVS WACHSMVTH tertio opusculorum volumini inseruit (p. 177—203): praeterea paucae schedulae inventae sunt, quibus aliquoties usus sum.

Anno huius saeculi octogesimo quinto FRANCISCVS WINTER, Bonnensis disciplinae alumnus, laudabili studio nec sine successu Plauti fragmenta collegit et tractavit, prolegomenis et verborum indice instruxit, adiutus in ea re maxime FRANCISCI BVECHELERI auxilio: utriusque inventa saepius in meum usum converti.

Anno 1887 REITZENSTEINIVS librum de Verrio Flacco ('Verrianische Forschungen') edidit, quo fragmentorum numerum ex Pauli epitoma feliciter auxit.

Editionibus Festi a THEWREWKIO incohata (magis etiam tabulis codicis Farnesiani ab eodem publicatis), Varronis ab ANDREA SPENGEL post patris obitum curata, Nonii a LVCIANO MVELLER, Gellii a MARTINO HERTZ, Servii a GEORGIO THILO, grammaticorum ab HENRICO KEIL factis quantopere adiutus sim ex ipsa adnotatione facile patebit.

§ 11. VIDVLARIAE fragmenta Ambrosiana primus tractavit ANGELVS MAIVS (M. Acci Plauti fragmenta inedita a. 1815 p. 31 sqq.); a quo pendet WEISIVS cum BOTHIO. De MAII lectionibus paucis disputavit RITSCHELIVS in epistula ad GODOFREDVM HERMANNVM data (Op. II p. 177 sq.). Eadem fragmenta tangit GEPPERTVS 'Ueber den Codex Ambros. und seinen Einfluss auf d. Pl. Kr.' p. 6, 31, qui pauca verba feliciter eruit. Post hos STVDEMVNDVS 'ab anno 1864 gallae vi temporumque iniuria pessime habitas membranas iterum iterumque' inspexit 'neque prius de enucleanda pristina lectione' desperavit 'quam aut certo aut probabiliter saltem de argumento Vidulariae constaret'. Atque anno 1870 (in indice Gryphiswaldensi anni 1870/1871) egregiam illam commentationem quae est de Vidularia Plautina edidit. Sed nondum sibi satis fecerat: reversus ad palimpsestum omnia denuo examinavit et prologi fragmenta quaedam ex pagina ceteris multo peius habita incredibili

constantia expiscatus est. Huius paginae imaginem commentationi alteri adiecit quae legitur in Actis congreg. philol. XXXVI p. 33 sqq.: qua commentatione[1]) cum de argumento fabulae optime disputavit tum fragmenta ipsa secundis curis tractavit. STVDEMVNDI editionem secutus est WINTERVS, nisi quod locos quosdam modo ex suis modo ex BVECHELERI coniecturis refinxit. Ipse anno huius saeculi duodenonagesimo STVDEMVNDI lectiones cum laceris foliis libri rescripti iterum contuli, non quod sperarem me plura quam illum eruturum esse, sed ne magis quam res ferret ab alieno labore penderem. Apographum STVDEMVNDI anno 1889 prodiit. — Ipsae autem reliquiae miserae quae extant sic videntur dispositae fuisse:

483. 484 exitus Truculenti			LXIII
243. 244 Vidulariae didascalia? 1—17			
A	a		
B	b		
C	c		
D	d		
E.	e		
493. 494			
F	f		LXIV
245. 246. 18—36; 37—55			
G	g		
H	h		
I	i		
K	k		
247. 248. 56—72; 73—91			
L	l		

Qua de distributione haec sunt SEYFFERTI verba apographi p. XXV: 'Quodsi illi folio 483/484, ut aliter fieri non potest, primus quaternionis LXIII locus tribuitur, magna de folio 243/244, in cuius pagina aversa scriptus est Vidulariae prologus, existit difficultas. Sive enim id secundum quaternionis illius fuisse statuimus, pugnat hoc cum illa fasciculos componendi norma, ex qua potius esse debet tertium, cum pagina recta interior, aversa exterior sit, sive

1) Partem eorum quae insunt emisit scriptor in 'Rivista di fil.' vol. XI p. 321 sqq.

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI I FASCICVLVS III

CVRCVLIONEM CONTINENS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXIX

T. MACCI PLAVTI

CVRCVLIO

RECENSVIT

GEORGIVS GOETZ

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI I FASCICVLVS III

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXIX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

OTTONI RIBBECKIO

CARITATIS ERGO

D · D

EDITOR

PRAEFATIO.

Cum in recensenda Epidico perquam molestam J libri condicionem expertus essem, quippe cuius lectiones peculiares utrum ipsius codicis librario an fonti debeantur saepius merito dubitaveris, insigni fortunae beneficio factum est, ut eiusdem classis ignotus adhuc codex saec. XIII ex Ambrosianae thesauris protraheretur, ex quo non modo quid in J librarius peccaverit facile dignoscas, verum etiam proprias quasdam lectiones sane quam utiles commode petas. Quo de codice (E) quae Loewius et ego Mus. Rhen. a. 1879 p. 53 sqq. demonstravimus, eorum summam hoc loco quam paucissimis comprehendere visum est.

Codex Ambrosianus J 257 infer. membr. forma quat. min. saec. XIII foliis 94 octo priores fabulas exhibet; fol. 34—39 (Aulul. II 2, 14—IV 1, 19) saec. XV suppleta sunt: eodem tempore Volcatii Sedigiti versiculi notissimi in fine additi. Correxit codicem homo cum librario aequalis, quibus correcturis cum m. 1 par est auctoritas; quae contra saec. XV ex vulgato textu m. 3 interpolavit, indigna sunt quae respiciantur. Fuit olim codex Ioannis Vincentii Pinelli, postea Friderici Borromei cura in Ambrosianam translatus est.

Ad idem cum J genus pertinere E ex multis scripturis congruentibus facile apparet (cf. p. 56 l. c.); ex J autem ne transcriptum esse statuas, lectionum cum B concinentium multitudine prohiberis: quae cum ex B ipso petitae non sint (cf. p. 57), ad fontem cum B gemellum revocandae videntur. Vnde haec artis criticae lex constituitur: JE codicum lectiones, licet B obstet, diligenter examinandae sunt; contra quas peculiares habet aut J aut E contradicentibus aut BE

aut BJ tantum non omnes neglegentiae vel errori tribuendae sunt. Quamquam in his quoque sunt quae merito respiciantur. Nempe enim duplices saepius in archetypo librorum B et EJ exstiterunt lectiones, quae dissimili fortuna usae sunt, ut modo utraque scriptura in omnibus modo in duobus modo alterutra tantum in uno codice servaretur. Exempla qui quaeret ex disputatione nostra petat. Illud addo, virtute codicem E Britannico multo praestare.

Quare cum ex iusto commentario scripturae huius libri abesse non possint, Epidici collationem huic praefationi inserendam esse duxi. Notata sunt ea, quae a mea editione discedunt.

PLAVTI CISTELLARIA EXPLICIT | ARGVMENTŪ INEPIDICVS PLAVTI. *Argum.* 1. Mit, *cum spatio initiali, et sic semper in principiis scaenarum* 2. serui atque conductam 4. erili *m. 1,* herili *m. 3* sororem *ex* sorores *m. 1* 5. Imprudens iuuenis comp̄sse 7. haec (e *semierasa*) querebat 8. Set *m. 3 ex* Se

Fabulae I, 1 EPIDICVS THESPRIO SERVI ·II· 1. adolescens *punctis al. m. additis* prehendit 2. odio es *post* familiari*er sequitur* epidic 3. *Epidici nota om.* oh epidicum ne 5. satis *om.* certe 6. dii dent que 7. saluom *m. 3 ex* saluon ceteru? ep. (? ep. *add. m. 3)* esse quod eo assolet 8. spondeo (po *ex* ple) quid, q *ex* e *m. 1* me accepturum si dabis *singillatim scriptum est in medio versu* 9. uelis euge 10. agilior huic (hac *m. 3)* gratia esse 11. epi *praefixit m. 3* iam diu 12. furtificus, r *m. 2 ex* i *et* fi *m. 3 ex* si ante hac 13. Dii *pro* te *fort. spatiolum* tues 14. ap̄ curiculo *m. 3 ex* curculio 15. adipiscendi scurra es 16. quidem quďuis *m. 3 ex* quamuis 17. EPi *m. 3 ex* thes agis 18. epid' *er.* Capri ginū *m. 3 ex* Capre aginū hoīē, *m. 3 supra vers.:* hominum phantherinum, h *expunxit m. 3* 19. tepri *m. 3 ex* ep ut illi (a *m. 3 add.)* respon probe, *in lac. m. 2* dit *scripsit, unde m. 3* deas *fecit* 20. nr *m. 3 ex* nrē ualet TH. pugilice athletice, e *post* h *expuncta* 21. adtulisti, *sine* Thesprio 22. set estis adueni, s *post* i *m. 3 del.* EP ubi is ergost nisi *m. 3 ex* ubi is egost ep̄ nisi innidulo *m. 3 ex* inuidulo 23. si *s. v. m. 2* dii 24. thesprio *om.* opera reddetur *m. 3 ex* operam redditur 24/25. *discriptio ut in B* 25. aut̄ *m. 3 ex* antē preturam 26. hoc *om.* 27. *Thesprionis nota versui 26 adhaeret* a *m. 3 ex* ad Quid nam 28. uiminei *m. 3 ex* iuminei *ut vid.* ue 29. set tu *om.* strathiphocli, *altera* h *m. 3 ex* r 30. quidem 31—33 *post* 36 31. EP *om.* que 32. transuolauerunt TH] EP prognatus 33. apportabunt ei nerei filie 34. tu *pro* istuc 35. improbum 36. antea 37. EP *om.* uidendum est scrutariis ī scrutariis,

ı r *m. 3 expuncta* 38. ad] is ad 39. superside *m. 3 ex* super
t videtur lubet finem face, l *m. 3 ex* i, t f *e corr.*, face *ex*
ı *et ante* face *m. 1 ut vid.* fine *del.* 40. percunctarier ubi
ıst stratipocles, ubi *m. 3 s. v. add.* 42. senem non uolt
Tu scies *(*the *s. v. m. 3)* 43. the *ante* quia *del. m. 3* ado-
ıtulam 44. de *ex* da *m. 3* exte 45. emit *ex* emet *m. 3*
. prius quam hinc ad 47. michi ab lenone *(ex* lenonem *m. 3)*
icina *(*a *ex* ȧ*)* 48. idei imperatum *et in marg.* aī impetratū
49. uentus est eximo *ex* exim *m. 3* uelum *ex* uelim
uoratitur *(*a *del. m. 3)* 50. ue Quid istuc quidnam est
in ras. 51. 52. *Verba* Quid — Quot minis *add. m. 2* 51.
istanc *in ras.* uili *ex* uilei *m. 3* 52. Quidi gitur *ex* reddi-
m. 3 Quot *ex* qui *vel* quid *m. 3* Tot quadraginta minis
nte Id e *vel* e *scrips. et del. m. 3* th. ab *(*th *m. 3)* *Ante*
a *ut vid.* a *del.* ep. sūpsti *(*ep. *m. 3)* foenore 54. th. in
th *m. 3)* minas que pape *(*pa *ex* ea *m. 3)* 56. dii immor-
ʼis *ex* es*)* basilisce 57. ei *om.* perdidit me perdidit arma
8. nam *ex* num *m. 3* cotidie ab *ex* ad *m. 3* epistolas
t obtumum est satius est 60. seruum sapientia est
escio edepol qd *(*d *add. m. 3)* timidus es *om.* tuum
sign. om. 62. commeruisse ab sente *(*s *ex* a*)* inte 63. sis
ta huic 64. tēp *ex* ēp *m. 3* amat ne de *(*d *e corr. m. 3)*
. hercle *om.* detegetur *corr. in* degetur *m. 3* 66. plus te
e *om.* uetuit 68. sodalem *om.* cheribolum proximum
. uenturus est ipsus *ex* ipse 70. prius se conuenire 72. tu
l re es turbulentus *ex* euedepol res turbulentus *m. 3* 73. hecine
4. pereunda est 75. ad me *(post* me *spatiolum)* 76. intereas
8. cum beneuolente maximam ame 79. conditione si-
80. lubentius *ex* iubentius *m. 3* 81. illic *ex* illinc *m. 3*
nc 81—85. *Verba* quo in — neque ego nunc *om.* 85. qm̊
ı *m. 3* 86. impedito 88. senem *ex* senex 89. filio] fidi-
in marg. filio *m. 3* 90. fidicinam *om.* quam ipse amat
ɔduxit anima causa 93. *Ante* dispoliet *del.* pdae *m. 2 ut vid.*
espoliet *ex* dispoliet *m. 2* 95. At enim bat enim *om.* nichil
lane *(*p *ex* p̄cau*)* corruptūst *ex* corruptust *m. 3* 96. homo
97. libidost tute deseris 98. fatiam men tu 99. qui-
antehac *ex* ante hac *m. 3* 100. qid? aliqua *cum lac. in*
reppiundum est set ceso *ex* censo *m. 3* 101. ado-
ıti negotii 102. cheribulo *(*u *ex* o*)* equali 103. huc
ic *m. 3*

TRATIPPOCLES. CHERIBOLVS ADOLESCENTES SERVVS
104. cheribole 105. meorum *ex* eorum *m. 3* merorum
ıui tibi *ex* edectauit ibi *m. 3* 106. P̄t̄ *ex* ꝑpt̄ *m. 2* etatem
tratiphocles *ex* stratipoces *m. 3* 107. Id ne bono aī probo
08. inpraeda es qui id non *ex* quid *m. 3* 109. inimicis *ex*
ɔos *corr. ut vid. m. 3* michi reppi 110. pudicitie eius *om.*
mquam *(*et *eras.)* 111. cum 112. nichil c̄solatur 113.
ıat *ex* re iuuat *m. 3* re est 115. qd' *ex* q *m. 3* daniste

datur 116. haberem STRATIPOCLES *om.* pollicerer retulit 117. beneficium (i *del. m. 3)* emortuum est 118. differor defatigor 119. michi fur no mensos — hodie *v. 122 add. m. 2* 121. irrigatum 122. comparassit 123. sillabam 124. promitte id 125. parate simbole 126. aggrediar *ex* adgrediar erum suum stratiphoclem (h *add. et* m *ex* n *corr. m. 3)* 127. salua impertit seruus 128. saluum te gaudeo huc aduenisse 129. Benene (ne *post. s. v.)* Amorbo ãmo (i *s.* a *add. m. 3)* eger 130. qd' *ex* q *m. 3* tu *om.* 131. impetratum *(ex* imperatum *m. 2* est emptast ancilla 132. perdidisti *ex* perdisti 133. cara es retulit 134. mihi tantopere te et (t *add. m. 2)* epistola 135. impendet 136. hercle miserum est hominem ad *ex* hominem Id *m. 3* 137. *Ante* benefeci *del.* ma 138 *Pers. add. m.* cum illas scriptas 139. *Ante* piacularem *del.* at *m. 3* ob stultitiam 140. stultitiç tuę succidananeum 141. opus est 142. danistę resoluas 143. modo *ex* domo *m. 3* me uis aquo trapezita *ex* trapecita 144. libet solis 145. inpistnum 146. periclo *ex* periculo *m. 2 ut vid.* 147. ioui tergo ioui (u *e corr.)* ergo *m. 3* nostro set *ex* nostros *m. 3* cum 149. *Post* istuc *del.* q iubet periculum audatiam 150. qu lubet *ex* quod iubet *m. 3* 151. ISTROTINO *praem.* de illa re reppibitur 152. exoluam consilii es 155. trans mittas 156. set illa est 157. *Pers. add. m. 3 Strat. not. del. m. 3* 158. luculente dere *ex* dare 159. incorde consiliarium *(ante del.* d*)* 160. cui potissimum 161. hęc 162. dormitandum copia est 163. tibi adeund'ẽ (d' *ex* d *m. 3)* certum est ·i·i· abi *(ex* abe *ut vid.)* 164. abi intro adolescenti *in mar* at ditiã *rubricator* herili (h *s. v.)* 165. ambulet neue usqu obuiam ueniat (ueniat *add. m. 2)*

APOECIDES PERIPHANES SENES ·II· DV 166. *Super* hon nes *m. 3* sunt cum nichil pudet, ubi pudendum est *(ex* pude dũst*) om. ceteris* 167. pudor cum usus est ut pudeat 168. tu q des 169. gnatam (g *exp. m. 1 ut vid.)* te *om.* 110. q *ex* quam *ras.* 171. commemores que domi est 172. familia 173. reuereor *ex* reuertor At *ex* Ad *m. 3* 174. uxorem qu tu exequi 175. cuius sepulchrum sacrificas 176. orc *ex* orco *m. 3* hostiis *ex* hostias 177. licitum est uiuendo u cere Pe. Oh 179. erumpna illa mihi 180. pulchra m tatast *(s.* a *post. add.* e*).*

EPIDICUS. SERVVS. APOECIDES. PERIPHANES SENES I 181. *om.* 182. atat certe (certe *in* tacete *corr. m. 3)* bo *ex* lonum *m. 3* 183. foras auspitio 185. cultrum *ex* clilis *m. 3* marsupium *ex* marsupii *m. 3* 186. set eccum *ex* cum *m. 3* conspicora poecide 187. *Lac. sign. om.* qua 188. hirudinem *ex* hirundinem *m. 3* exugebo *ex* exugelo *m. marg. m. 3:* al' exorbebo *Lac. nullum indicium* 190. apoe *m. 3* fiat t *(del.* l *m. 1)* *Ante* Laudo *8 litt. spat. om. n* tuum 191. iuniorem *ex* īmorẽ herere *ex* haere *m. 3* 1 crutior *ex* excruor *m. 3* epi *in 8 litt. spat. m. 3 add.* d omnes me 193. abse 194. orna te *ex* ornate *m. 3* inc

coniice (ii *ex* i *m. 3)* 195. itaque *ex* atque *m. 2* adsimulato (a *ex* s) 196. siquid immorlales *ex* imortales 197. per totam (totam *del. m. 1)* omnem urbem quem 198. medicinas (med *ex* me fid *m. 3)* tonstrinas inforo 199. myropolia *ex* miropolia circum q (q *ex* q̃) 200. pene incursu (su *ex* si *m. 3)* 201. Apoec. *praem.* epidictum 202. ego quidem sedhere *ex* sedere *m. 3* 203. amabo aduenire oportunitate 204. mane adquiesce Ep. *s. v. add. m. 3* 205. Ap *om.* recipiam anhelitum *ex* hanelitum 206. thebis. Apoec̃ scit factum (scit *m. 3 corr. in* sic) 207. dicit f. *om.* ep. *(4 litt. spat.)* ego ita 211. quisque 212. uis 213. quantus 214. ornate quęque *ex* quisque *m. 2* ibi *om.* 215. maxime 216. plereque 218. tibicine quatuor *ex* quattuor *m. 2* 219. quom illa (illa *ex* illam *m. 3)* de amat 221. aput portam 222. aurata *ex* aurota *m. 3* ornamenta 224. istec facimus 225. *Pers. om.* ut in inducta (c *del. m. 2)* erat (*ex* erit *m. 3)* *Per. not. inser.* tam *om.* 226. exornate multe 227. tributus maior penditur (m. p. *del. m. 1)* cui imperatus potesse 228. pditur 229. *Pers. not. om.* iste que uesti quot annis 230. rallā *m. 3 ex* ralia cesitium 231. indusiatam (s *ex* t) caltulam (l *prior m. 3 s. v.)* crutulam (*s.* u *pr.* o *m. 3)* 232. sub parum sub miniam basilicum *ex* basilicam *m. 2* 233. garinum aut gerrinium . gerre maxime 234. Ep. Qui? Per. Vocant laconum 235. Ep. *praem.* aut tiones uiri 236. Ap. *praem.* occepere *ex* occipere *m. 3* alie 237. due post me sic sese solens 238. me harum sermoni operam 240. que lubido est *ex* libido est *m. 2* 241. illiqui cum 242. conspicate 243. te *om.* 244. mulieri liberę quam uult (*in marg.* al' liberare *m. 3)* quisnam *ex* quisquam *m. 2* 245. illi ibi nominat stratippoclem (clem *ex* dem *m. 3)* 246. periphane qd *ex* q *m. 3* 247. actum post ibi illas 248. cepi rursum (um *ex* us *m. 1 ut vid.)* pauxillatim 249. hominem me uis (me uis *ex* meuis *m. 3)* *in marg.* at hominum *add. m. 3* 250. interrogaũ (ũ *in ras.)* qui *(s. v. vid.* s *erasa esse)* 251. quin allate sunt tabelle astratippocle 252. abdanista foenore 253. paratum et sese ob certo *om.* 244. sic *del. m. 3* agebat sic se ab se atque epia (al' epl'az *m. 3)* 255. expetesso (*prima* e *ex* a *m. 1 et altera* s *ex* r *m. 3)* 256. reppiamus callidi consilii 257. hic (h *ex* n) equum 248. dederim (i *ex* e) 259. opinor 262. Qd *ex* Qid *m. 3: eadem s. v. add.* t qui 262. deridebitis (bi *s. v.)* 264. reppitote 265. metitur (e *s. v.)* que 266—270. *Verba* tuae sapientiae — em *om.* 271. epi *praem. m. 3* aduenit 272. herus (l'cras *s. v. m. 3)* non uenerit 273. michi illinc (n *add. m. 3)* mane (a *ex* e) hic hunc adfore 274. quid tu (tu *del.)* Apoec. *inserit cod.* faciendo 275. epi *praem. m. 3* 276. quasi que Ep. rogas *om.* 277. Ep. *praem.* argento (*s. v.* uz *m. 3)* prius quam 279. ex *ante* aliquo *del. m. 1* eam *om.* amoueas (as *in* is *corr. ut vid. m. 3)* tua 280. sententia est aut ema poecides 281. Qui ego iam commentum 282. ei erit 283. Ap. Vi (ĩut *s. v. m. 3)* sapis 284. Ep. *om.* callide quicquid acturus *V. 285—287 exhibet post 290* *Lac. sign. om.* 285. namtelo nõ ep (ep. *del. m. 1)* eq (ĩ te illo *in marg. m. 3)*

opus factost ne *ex* nec *m. 3* 286. filii *ex* filia *m. 3* probibeas 287. nequa eam *(*m *ex* n*)* eueniat 288. reppi *m. 3 ex* reppe 290. defecat 291. Ep. *in textu: add. m.3 in marg.* l'apeades optimus [illegible]

292. tenet PER̄ 293. *Pers. om. h. l.* habeas *notam* ep. [illegible]. *inser.* set 294. quo iiast fidicina epid̄ illane 295. epi *m.* [illegible]3 *add.* Per. quanti emi potest minimo 296. epi *praem. m. 3* minimo minas 297. nichilin captio st 298. decet 299 [illegible]9. illam alius adolescens 300. rodius 301. emit *ex* emet *m. 2* [illegible]ut *vid.* iubeas 302. tace et *om.* inpetra 303. hic *(*u *add.* [illegible]d. *m. 3)* 304. epidice *(*di *ex* ce*)* *Ante* ueni *del.* a *m. 1* abita[illegible]as *ex* habitas *m. 3* prius quam 305. numera *(*ra *s. v. m. 3)* nichi[illegible]il

EPIDICVS SERVVS 306. in agro attico 307. eque peri[illegible]ri-phanes *(*p *post. e corr.)* 308. atque armario 309. lubet *ex* iube[illegible]et *m. 3* 311. faciatque *(s.* at *add.* at *m. 3* = faciat atque*)* atton[illegible]n-deañt *ex* attonedat 312. set 314. q̊q; *ex* qq *m. 3* ha̅o *ex* he[illegible]eo

315. fidicinam sibi huc domum 316. facret 318. aduersus 319. dampnoso

STRATIPPOCLES CHERIBOLVS ADOLESCENTES 321. mi[illegible]ihi eueniant 322. sit *(*t *corr. in* c *m. 3)* ne quid nec nescit [illegible] *(*c *post. del. m. 3)* 324. copiam parare 325. *Ante* in *del.* c *m. 1* oppido *om.* 326. St. Si prehendero 327. numquam ego *(*e[illegible]go *del. m. 1 et m. 3 puncta subscr.)* irridere 328. inultimum *(in marg.* [illegible] al' inultū *m. 3)* seruum 329. *Pers. om.* ferre *ex* fere *m. 3:* [illegible] *in marg.* al' face̅ *m. 3* tibi cui quisi divitie domi maxime sunt 330. nummum his habes 331. luberis *ex* iuberis *m. 3* 332. aliqu[illegible]ib; aliqua tibi spes est fore mecum fortunam 333. Ve t[illegible]ibi muricide homo lubet *ex* iubet *m. 3* 334. mihi blactis *m.* [illegible]. *3 ex* latis 335. quod *(*o *ex* i *m. 3)* nusquamst neque ego id immitto in aures meas 336. michi adiumenta ades et iam

EPIDICVS SERVVS STRATIPPOCLES CHER ADOLESCENS 337. tuum 338. perit 339. ni quid *(*q *ex* t*)* tibi hinc in sp[illegible]em referas oppido hoc politum est 340. crede *ex* credo *m. 3* tu *om.* 341. immortales michi ut *om.* 342. impetrabilem 343. incoloniam hunc hunc auspitio commeatum 344. michi c[illegible]on-cesso *(*con *del. m. 3)* cum set edes duos sodales *(*e *ex* [illegible] i*)*

345. herum cheribulum 346. *Ab hoc inde v. notas pers.* a[illegible]*dd. m. 3* supersit 347. daniste 348. floccifatio 349. tuum parenticidam 350. nichil uulgata 351. paratum hodie [illegible] *om.* at ego follitum 353. dinumeraui *(*ui *ex* uit*)* credidit 354. auxsilium *ex* consilium apparetur 355. inueniam ita [illegible]56. ut cum ue tibi 357. *Person. om.* pelia teneo actorem [illegible]59. quasi q̄ amaret caueat male iam captus est 360. inmeo tuus collocauit 361. ueniens 362. que adducta est ore[illegible]hus *(*h *add. m. 3)* ego hanc astutiam institui *ex* instituā 364[illegible]le nonem ego met solus *ex* solū eum ego 365. siqd̄ *ex* siqd [illegible]*3* adueniam esse datum 366. profidicina 367. nudius tertius denumeraui 369. suum imprudens alligauit *(s.* ui *add.* b *m. 3)* 370. accepit *(*p *ex* p̄*)* que nunc est adducta*: corr. al. m. in* ad-ducta nunc est 371. ha ego 373. que que docta [illegible]74.

m. 3 ex s) Strat. *om.* parate (ra *ex* te) 375. *Pers.* ıtutusque honustam 375. mitram *ex* nutram: *in marg.* n *m. 3* set 377. habeo (h *del. m. 3)* 378. ille ad ı meę quidem 379. Cher. *m. 3* hinc (h *ex* n) 380. *d. m. 2* lubentius (l *ex* i *m. 3)* abste 381. auspitio incastra

PHANES APOECIDES *(utrumque in ras.)* SENES ·II· MV-DICINA 382. onoris *cum spat. init.* homines *ex* hominis equum 383. contemplarēt (ēt *ex* et *m. 3)* suum 384. ıi sapientie 385. possint 387. uitā *ex* uita *m. 3* (x *m. 3 ex* c) inadolescentia *(post* a *ex* ā *rasura)* 388. ıt *v. 393* 389. uel quasi egomet quidum ceperam me excrutiare animi 391. melius (li *exp. m. 3)* mederga ıuasi plurimum 392. inadolescentia 393. deliramus *m. 2)* 394. huc *om.* sodali s it (s it *ex* sit *m. 3)* ım 396. fit (f *ex* s *m. 3)* ap. *m. 3* deeque te *s. v. m. 2* pere omīs (s *add. m. 3, sed postea er. est)* placet 397. *Pers.* ;um homini *(m. 3 ex* nomini) omnis prospere *ex* propere 8. set hanc iubes intro abduci Per. *m. 3* 399. mulierem ıolo 400. Ap. Quid cauesis *m. 3 ex* cauesiris 402. istac seorsum (e *s. v. m. 3)* concludi uolo *om.* 403. t (i *del. m. 3)* lupe 404. sapienter (a *ex* e, r *ex* m) ū *m. 3)* nimis 405. quisquam sue filie 406. hodie *om.*)7. ap. *m. 3* michi 408. tuum uidisse *m. 3 ex* tuū nisse parabat quidem est 410. quanti uis 411. Ph. *praem. m. 3* facete *om.* nescire hosse (h *del. et* o *scr. m. 3 e corr.)* ı ridibundam *ex* laridibundam *m. 3* atquę *m. 3.* atque *ex* ! adduxit ph (ph *m. 3)* 414. Pe. *s. v. m. 3* qđ *s. v.* ·420. domi ego illic *ceteris quae interposita sunt omissis* bardum (dum *ex* dus *ut vid.)* sta decet 422. apud *ex* ei *ex* eum *ut vid.* 423. ire *ex* irę (i *ex* e *m. 3)* ı *ex* atquest *m. 3* reuertere 425. Pe. *s. v. m. 3* nichil portuno amicitius (ci *exp. m. 3)* 427. allegassem *ex* alli-. *3* hominem *om.* 428. minus hominem quam doctum um (u *ex* a *m. 3)* 429. ossublitum me alchis *ex* meal- *Secuntur v. 430 quattuor versus quos posui post 443, ubi ratum* 431. set quis hic 432. clamidem

S SENEX PERIPHANES FIDICINA 433. preterbitas 434. platenus (n *ex corr.)* 435. phi *praem. s. v. m. 3* e *corr. m. 3)* cauead (d *ex* t *m. 3)* retulit 436. adolescens queritas 437. cōmostrasso hecquam ;. *3: erasa est postea)* abste 438. michi 439. omnes . *3)* deceat agere deceat *(del. post.* deceat *m. 3)* 440. ; 442. suas (u *ex* it *m. 3)* de illius ore (ore *ex* ille ıordide *ex* ordine *m. 3* 444: *cf. v. 430* hec 445. in ıia *om. hoc loco* 446. cum 447. eradicabam hominum iam (u *ex* o *m. 1 et* m *add. m. 3)* 448. set queris 449. nempe quem in 451. adeptum phi *m. 3 in ıt.* 452. demissis 453. Mil. *in ras. m. 3* quero t. suas *ex* suus *m. 3* michi 455. qu in tu *m. 3 ex* quo

Béne me amassint méaque axicia línteumque extérsui,
Út ego tua magnífica verba néque istas tuas magnás minas
Nón pluris fació quam ancillam meám quae latrinám lavat. 580
Égo illam reddidi eí qui argentum a te áttulit.

THERAPONTIGONVS

Quis is ést homo?

CAPPADOX

Tuóm libertum sése aiebat ésse Summanúm.

THERAPONTIGONVS

Meum?
Áttat, Curculio hércle verba míhi dedit, quom cógito:
Ís mihi anulúm subripuit.

CAPPADOX

Pérdidistin tu ánulum?
Míles, pulcre cénturiatus és expuncto in mánipulo. 585

THERAPONTIGONVS

Úbi nunc Curculiónem inveniam?

CAPPADOX

In trítico facíllume
Vél quingentos cúrculiones pro úno faxo réperies.
Égo abeo: vale átque salve.

---

mistrum; sed idem in Triphallo calamistra; et Plautus in Curculione: 'pecten ..... meum'

J. uolselle (s *add. rubricator, quod post del. est*) *E* 578. me *s. v. B, unde* bene mactassint *Ritschelius Mus. Rhen. vol. XII (a. 1853) p. 431. Ceterum* me *deleri posse iam Pareus coniecit* meque *J.* meaque *ex* maque E^3 axicia *ex* acicia *ut vid.* B^2. axitia *E* linteum que *B* extersui *Palmerius.* extersum *libri, nisi quod* extersim *E* 579. magnifica (g *s. v.*) *J* atque tuas *Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 765: quem contra vide Muellerum 'Sive' p. 36* 580. fatio *E* quę *EJ* lavit *Seyffertus Stud. Pl. p. 6* 581. reddidi ei *Geppertus.* reddidi *libri* qui (i *m. 3 in ras.*) *E* ate *BJ* attulit *ex* attuli B^2 582. tuum *libri* sese aiebat esse *Camerarius.* esse aiebat sese *libri* sumanum *J* 583. Atat *EFZ* ercle *E* uerba michi *J.* mihi uerba *F* cum *BEJ* 584. michi *J* sub ripuit *J.* subripuit (sub *m. 2. in ras.*) *B* 585. pulchre *EJ.* pulchere *B* excenturiatus *Dousa* es *Pius.* est *libri* expuncto *ex* expucato *ut vid. B.* ex puncto *E.* expugno *J* inmanipulo *J.* manipulo *Scaliger* 586. Intritico *BEJ* facillume *ex* facillime E^2 587. reperies *F, Bothius.* reperias *BJZ.* repperias *E* 588. Cap. *praem.*

THERAPONTIGONVS

Mále vale, male sít tibi.

Quíd ego faciam? máneam an abeam? sícin mihi esse os óblitum?

Cúpio dare mercédem, qui illunc úbi sit conmonstrét mihi. 590

E^2J habeo *ex* abeo *in ras.* E^3 ualeatque E sit tibi *ex* tibi sit J 589. Quid *ex* Quod B^2 abeam *ex* aueam B. habeam J sicin *Fleckeisenus.* sicine B. siccine $EJFZ$ sublitum *Ussingius* 590. commonstret BJ. cõmostret *ex* comostret E^2 michi E

ACTVS V

CVRCVLIO

Ántiquom poétam audivi scrípsisse in tragoédia,
Múlieres duás peiores ésse quam unam: rés itast.
Vérum mulierém peiorem, quam haéc amicast Phaédromi,
Nón vidi aut audívi neque pol díci nec fingí potest
Péior: quae ubi med húnc habere cónspicatast ánulum, 595
Rógat unde habeam. 'Quíd id tu quaeris?' 'Quía mi quaesitóst opus.'
Négo me dicere: út eum eriperet mánum ea arripuit mórdicus.
Víx foras me abrípui atque effugi. ápage istanc canículam.

597. Mordicus *ex hoc loco affert glossarium Plautinum: cf. Ritschelius Opusc. philol. vol. II p. 247*

Act. V sc. 1. PARASITVS CVR. *dein versus sine scriptura B.* PARASITVS *E: idem J cohaerens cum v. 590* 591. Antiquom (Anti *m. 2 in 11 litt. spatio B.* Antiquum *J* poetam *B* intragoedia *BJ* 592. peioras *E* una. res *ex* res una *E*. una. res *Z: corr. Pylades* ita st *B.* ita est *EJ* 593. hec *E* amica est *BEJ* phedromi *BEJ* 594. aut audiri *Fleckeisenus.* neque audiui *libri* fingi . i prior *ex* 2 *litt. m.* 2 *B* fringi *J* 595. peior *Pylades. Ritschelius Nov. exc. Pl. p.* 27. peior quam haec est *libri. nisi quod* hec *E: integra verba erat Fleckeisenus* que ubimet t *eras.*) hunc habere *E* que ubi me hunc habere *JFZ.* quae ubi me habere hunc *ultimo servato Geisler.* quae exemplo ubi med hunc habere *Fleckeisenus* conspicata st st *m. 2 ex* sta *B* conspicata est *EJ* 596. quidé *E eras. F* quaeris *J* quia *ex* qui *E*? mihi *BE.* mihi *J* quaesitost *ex* quaesito est *E*? quaesito st *B.* quesito est *J* 597. manum *ex Ritschelius opusc. philol. vol. II p. 248.* manum libri manum meam *Fleckeisenus* arripuit *ex* eripere *E*? 598. abripui *Lambinus* arripui *libri* praeripui *ed. Ald. Müllerus Prog. Plaut.* p. 5 vix atque que *s. l.* apage *FJ* inde istanc rel a me istam canicularem *Müllerus l. c.*

PLANESIVM. PHAEDROMVS. CVRCVLIO. THERAPONTIGONVS

PLANESIVM

Phaédrome mi, properá.

PHAEDROMVS

Quid properem?

PLANESIVM

Párasitum ne amíseris.

Mágna res est.

PHAEDROMVS

Núllast mihi: nam quam hábui absumpsi céleriter. 600
Téneo: quid negótist?

PLANESIVM

Rogita unde ístunc habeat ánulum:
Páter istum meus géstitavit.

CVRCVLIO

Át pol mea matértera.

PLANESIVM

Máter ei uténdum dederat.

CVRCVLIO

Páter tuos rusúm mihi.

PLANESIVM

Núgas garris.

Act. V sc. 2. PLANESIVM · PHEDR OMVS · CVRCVLIO · MILES ·, *dein versus sine scriptura B.* PLANESIVM VIRGO. PHEDROMVS ADOLESCENS EIDEM CVR MILES *EJ, nisi quod* EIDEM *om. J* 599. Phaedrome mi *Fleckeisenus.* Phedrome *JFZ.* Phedrome *(P add. m. 2) B.* hedromę *E* 600. Mana *J* nulla est *BE.* nulla est est *J* michi *J* nam quam habui absumsi celeriter *B.* nūquam abituri assumpsi celerier *E, quod corr. E³.* numquam *(e corr.)* abiit absumpsi celerier *J* Celeriter *ad sequentia (Tene) rettulit Acidalius* 601. Teneo: quid *Bothius.* Plan. Teneo. Phaed. Quid *libri.* Plan. Tene. Phaed. Quid *Camerarius* negotii *(i add. m. 2) st B.* negotii *(ex* negostin *m. 3) E.* negocii est *J.* negotii *Z* unde istuc *J.* istunc unde *Z* habeat *(t add. m. 2) E* 602. *Curculionis person. praem. EJFZ* istum/ *J* meus *ex* meum *E³* gestauit *EJFZ* P . ; *(LA er.)* At *B.* Plan. At *(Ac J) EJFZ.* a *Muellerus Pros. Pl. p. 9* pol mea *Pylades.* mea *libri.* prius mea *Ussingius* mater tera *B* 603. *Person. om. EJFZ* illi *Guyetus* pater tuos rusum mihi *Gruterus.* pater tuos *(ex* uois *m. 3)* rursum tibi *E.* pater uo is risum tibi *B.* pater tuus rursum tibi *JFZ*

CVRCVLIO

Sóleo: nam proptér eas vivo fácilius.

Quíd nunc?

PLANESIVM

Obsecró, parentes né meos mihi próhibeas. 605

CVRCVLIO

Quíd ego? sub gemmáne abstrusos hábeo tuam matrem ét patrem?

PLANESIVM

Líbera ego sum náta.

CVRCVLIO

Et alii múlti qui nunc sérviunt.

PLANESIVM

Énimvero irascór.

CVRCVLIO

Dixi equidem tíbi unde ad me hic pervéner
Quótiens dicundúmst? elusi mílitem, inquam, in álea.

THERAPONTIGONVS

Sálvos sum: eccum quém quaerebam. quíd agis, bone vir?

CVRCVLIO

Aúdio:

Sí vis tribus bolís vel ìn chlamydem.

THERAPONTIGONVS

Quín tu is in malám cruc
Cúm boleis, cum búlbis? redde míhi iam argentum aut ginem.

---

604. ꝑpt̄ nā soleo ēas *E* 605. quid *ex* quod E^3. Phaed. Dic *Usingius* nemeos *BJ* michi *J* 606. sub (b *ex* m *m. 2)* *B*. sub *ex* *(pers. not.)* *E* gemman *J*. gemman *ex* geminā E^3. geminam *Z* beatur *E* 607. ego sum *in ras. B* 608. *Phaedromo initium tribuit Seyffertus Stud. Plaut. p. 3: fortasse recte* unde *ex* uide E^3 adm *B* perueniret *EZ: corr. Saracenus* 609. dicendum est *BEJ* in *J* 610. Saluos *(s s. v.)* *J* equum *J. om. F* quem *s. v. B.* *EJFZ: corr. Pius* querebam *BEJ* CVR̄ *in ras. B*². PH. *EJZ: in F persona erasa est: corr. Pius* 611. uelin *EZ.* uelim *JF* clamidem *BEJ* is *ex* es E^3. es *B* inmalam *BJ.* in *(ex* e *3)* malam *E* 612. cumbolis *J.* cum bolis E^3FZ bullis *EJFZ* redde mihi iam *Pylades.* redde etiam *libri, nisi quod* etiam *om. F.* reddin etiam *Dousa (?).* etiam redde *Fleckeisenus.* redde mi aut *Muellerus Pros. Pl. p. 576*

CVRCVLIO

Quód argentum, quas tú mihi tricas nárras? quam tu vírginem
Mé reposcis?

THERAPONTIGONVS

Quam áb lenone abdúxisti hodie, scélus viri.

CVRCVLIO

Núllam abduxi.

THERAPONTIGONVS

Cérte eccistam vídeo.

PHAEDROMVS

Virgo haec líberast. 615

THERAPONTIGONVS

Méane ancilla líbera ut sit, quam égo numquam emisí manu?

PHAEDROMVS

Quís tibi hanc dedít mancupio aut únde emisti? fác sciam.

THERAPONTIGONVS

Égo quidem pro istác rem solvi áb tarpezitá meo:
Quam égo pecuniám quadruplicem abs téd et lenone aúferam.

PHAEDROMVS

Quí sceis mercarí furtivas átque ingenuas vírgines, 620

---

613. *Nonius p. 8, 15:* Tricae sunt impedimenta et implicationes . . . . . Plautus Curculione: 'quod argentum, quas ... narras'

---

613. *Pers. om. F* quod *ex* quid E^3 quod tu argentum, quas mihi *Bothius. Ritschelius Proleg. p. 136* quas mihi *JF* 614. Quamne *Muellerus Pros. Pl. 553* ablenone *J* abduxisti *Z: cf. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 75.* abduxti *BF.* ab duxsti *ex* ad duxsti E^3. adduxti *J* hocedie *dubitanter Ritschelius l. modo comm.* tu hodie *Fleckeisenus* 615. Curc. *praef. Pylades,* Phaedr. *BJZ: om. JF* ab duxi *B.* adduxi *EJ: corr.* E^3 hec *J* libera est *libri* 616. Mean *libri* ancilla *ante* ancilla *del.* E^2 nunquam *ex* numquam *B* manu *ex* manum *ras. E* 617. hanc *ex* han E^3 mancipio *libri* 618. ego quidem herle *Muellerus Pros. Pl. p. 748* rem solvi pro istac *Guyetus.* pro istac resolvi *Dousa* ab trapezita *libri, nisi quod* abtrapezita *J* 619. *Versum Phaedromo tribuit Demelius Annal. iur. hist. ed. Rudorff vol. I (a. 1861) p. 352 iure vituperatus a Voigtio Mus. Rhen. vol. XXVII (a. 1872) p. 169 idn.* quam ego quadruplicem pecuniam *Muellerus Pros. Pl. p. 554* abste *BEJ.* abs ted *Guyetus. Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 36: f. tamen Opusc. phil. vol. III p. 122* ab lenone *Fleckeisenus.* atque lenone *Hermannus: alia Muellerus l. s. scr.* 620. scies *EJFZ,*

Ámbula in ius.

THERAPONTIGONVS

Nón eo.

PHAEDROMVS

Licet ántestari?

THERAPONTIGONVS

Nón licet.

[PHAEDROMVS

Iuppiter te male perdat: intestatus vivito.]

CVRCVLIO

Át ego quem licét te.

PHAEDROMVS

Accede huc.

THERAPONTIGONVS

Sérvom antestarí? vide.

CVRCVLIO

Ém ut scias me líberum esse.

PHAEDROMVS

Ergo ámbula in ius.

THERAPONTIGONVS

Ém tibi. 624. 625

CVRCVLIO

Ó cives, cívés.

THERAPONTIGONVS

Quid clamas?

---

idem ex scias *B.* scis *Pius* furtitiuas *B* *V. 621—627 tractavit Voigtius Mus. Rhen. vol. XXVII (a. 1872) p. 168 sqq.* 621. noneo *J.* non ego *E.* non eo E^3. non ego *Z: corr. Pius* licet *Z.* licet te *BEJF.* licetne *Muellerus Pros. Pl. p. 116* 622. *Versum spurium esse vidit Guyetus* at te Iuppiter *Fleckeisenus* disperdat *Aldina* 623. Curc. *praef. Robertus.* Mil. *libri.* Phaed. *Ussingius* te. Phaed. Accede *Robertus.* te accede *BEJZ.* tu accede *F.* Phaed. Tu accede *Angelius* Mil. Servom *Robertus.* Curc. Seruõ *J.* Curc. Serum *(m in ras.; dein spat. 2 litt.) B.* Curc. Seruum *(prior* u *e corr. m. 3) E.* Curc. Seruum *FZ* uide *Camerarius.* Mil. Vide *BEJFZ.* Curc. Vide *Ussingius* 624. 625. Curc. *praem. EJFZ.* Mil. *B, sed erasa postea* em *Ribbeckius de part. p. 33.* hem *libri* Phaed. Ergo *Gz.* ergo *BEF.* Mil. ergo *JZ* Mil. Em tibi *Ussingius.* em tibi *BE.* hem tibi *JFZ* 626. Phaed. *praem. B* O *om. B* *Post* clamas B^2 *personae spatio nullo* Pb *inseruit* quidē *(ē er.) E* tibi istum *Guyetus.* istum tibi *libri*

PHAEDROMVS

Quíd tibi istum táctiost?

THERAPONTIGONVS

Quía mi lubitumst.

PHAEDROMVS

Áccede huc tu: ego íllum tibi dedám: tace.

CVRCVLIO

Phaédrome, obsecró, serva me.

PHAEDROMVS

Támquam me et geniúm meum.
Míles, quaeso te út mihi dicas, únde illum habeas ánulum,
Quém parasitus híc te elusit.

PLANESIVM

Pér tua genua te óbsecro, 630
Út nos facias cértiores.

THERAPONTIGONVS

Quíd istuc ad vos áttinet?
Quaératis chlamydem ét machaeram hanc, únde ad me pervénerit.

CVRCVLIO

Út fastidit glóriosus.

THERAPONTIGONVS

Mítte istum, ego dico ómnia.

CVRCVLIO

Níhil est quod ille dícit.

PHAEDROMVS

Fac me cértiorem, te óbsecro.

---

tactio est *libri* 627. mihi *JFZ.* mihi//// (l *ut vid. erasa)* *B.* michi *E* lubitum est *B.* libitum est *EJ* tibi illum *JF* 628. *Initium Planesio tribuit Seyffertus Stud. Plaut. p. 3, fortasse recte* Phedrome *BEJ* tamqua *B.* tanq *J* met *JFZ. idem ex* metin *E* meum *om. Z: add. Pius* 629. quaeso te *Beckerus in Studemundi Stud. vol. I p. 183.* quaeso *BFZ.* queso *EJ* ut tu *Ussingius.* uti *Bothius.* tu *Fleckeisenus* michi *J* 630. ptua *J.* per////tua (pe *er.)* *E* 631. ut nos facias ut nos facias *J* cerciores *B* 632. quaeratis *x* quaratis *B.* quęratis *J.* queratis *E* clamidem *BEJ* machaam *BEJ* admeperuenerit *J.* ad me pervenerint *dubitanter Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 205* 633. fastidit (d *ex* t *m. 2)* *B* *Totum versum Curculioni tribuit Ussingius* 634. Plan. *praem. Ussingius* Nichil *EJ* dicat *F* *Planesio dat Lambinus, quae Phaedromo libri*

THERAPONTIGONVS

Ego dícam: surge. hanc rem ágite atque animum advórtite. 635
Patér meus habuit Périphanes Plothénius.
Is príusquam moritur míhi dedit tamquám suo,
Ut aéquom fuerat, fílio

PLANESIVM

Pro Iúppiter!

THERAPONTIGONVS

Et íta me heredem fécit.

PLANESIVM

O pietás mea,
Servá me, quando ego té servavi sédulo. 640
Fratér, mi salve.

THERAPONTIGONVS

Quí ego istuc credám? cedo,
Si véra memoras, quaé fuit matér tua?

PLANESIVM

Cleobúla.

THERAPONTIGONVS

Nutrix quaé fuit?

PLANESIVM

Archéstrata.
Ea mé spectatum túlerat per Dionýsia.

---

cerciorem *B* te obsecro *Bothius.* obsecro *libri* 635. *Novam scaenam incipiunt BE, cuius superscriptio in B est* MILES, *in E* EIDEM *Personam om. BEF* Ego *(E add. m. 2) B* surge *(et in marg.* al' surgite *m. 3) E.* surgite *(et sup. v.* t surge*) J.* surgite *F* agite///// *J* ad uortite *E* 636. Periphanes *Pius.* Periplanes *libri* Plothenius *scripsi exempli causa: cf. Epid. v. 434, ubi* Platenius *B.* planesium *libri, quod falsum esse vidit Acidalius* Periphanes *repetens et Planesio tribuens, unde* Hem Periphanes *Fleckeisenus* 637. prius quam *B* 638. ęquum *BJ.* equum *E* 639. *Ther. pers. om. B* ita *Gz.* iste *libri.* isti *Bothius.* istic *Weisius.* is *Ussingius* O *add. sup. v. E³: idem Weisius: om. BEJFZ* 640. *An servas?* 641. qui ego istuc credam *Fleckeisenus.* qui credam ego istuc *libri.* qui ego credam istuc *vel* qui credam ego istuc tibi *Muellerus Pros. Pl. p. 712, ut tamen plura turbata esse suspicetur nec ad eundem cum antecedentibus haec versum spectare* 642. quę *EJ* 643. Cleobula *(ob e corr. et* ula *in ras.) B, ubi in margine* Cleobi *m. 1 ceteris abscissis.* Clebula *J* quę *BEJ* PŁ *inseruit spatio nullo B²* arthestrata *B.* arche strata *J* 644. per dionisia *E.* per-

* 645

Postquam íllo ventumst, iam út me conlocáverat,
Exóritur ventus túrbo: spectacla íbi ruont:
Ego pértimesco: ibi mé nescio quis árripit
Timidam átque pavidam néc vivam nec mórtuam:
Nec quó me pacto abstúlerit possum dícere. 650

THERAPONTIGONVS

Memini ístanc turbam fíeri: sed tu díc mihi,
Ubi is ést homo, qui té subripuit?

PLANESIVM

Néscio.
Verum húnc servavi sémper mecum una ánulum:
Cum hoc ólim perii.

THERAPONTIGONVS

Cédo ut inspiciam.

CVRCVLIO

Sánane es,
Quae istí conmittas?

PLANESIVM

Síne modo.

THERAPONTIGONVS

Pro Iúppiter! 655
Hic ést ego quem tibi mísi natalí die:

---

dionisia *BJ* *Post hunc versum lacunam merito statuit Fleckeisenus, cuius nullum in libris indicium: aliquid turbatum esse senserat Geppertus* ad Dionysia *scribens* 646. post quam *B* uentum est *libri* iam *s. v. E* collocauerat *libri* 647. ex oritur *B* spectacla ibi///// *(*ibi *e corr.: post* ibi *3 litt. er.) B.* specta *cum lacuna c. 6 litt. (quam explevit* spectacula *scribendo m. 3: eadem in marg.* al' spectatores*) E.* spectacula *Z.* spectatores *JF* ruunt *libri* 648. ego me *E* ibi *Kampmannus de Ab p. 20.* tum ibi *libri* nescioquis me *vel* me nescioqui *Bothius* arripuit *JF.* abripit *Lambinus. Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 765* 650. nequeo *F* 651. Memini istanc *Gulielmius.* Meministin hanc *(*n *e corr. ut vid.) B.* Meministin hanc *EJFZ* Sed *(non* sed*) libri* 652. surripuit *(*subripuit *E) libri* 653. seruaui *(*a *ex* i*) B* 654. hoc *ex* olim perii *ut vid. B* olim *(*o *e corr.) B* credo *(*r *del. m. 3)* ut *E.* credo quid *J* inspitiam *E* CVR̃ Sanan es *B, Acidalius.* PHE sananes *E.* Phaed. Sanan es *JFZ* 655. quę *BJ.* que *E* committas *libri* 656. ego quem tibi *Guyetus. Mahlerus l. s. scr. p. 11.* quem ego tibi *libri.* quem tibi ego *Fleckeisenus* misi *(ut et* tibi*) in ras. B*

Tam fácile novi quám me. salve, méa soror.

PLANESIVM

Fratér mi, salve.

PHAEDROMVS

Deós volo bene vórtere

Istám rem vobis.

CVRCVLIO

Ét ego nobis ómnibus:

Tu ut hódie adveniens cénam des soróriam, 660

Hic núptialem crás dabit: promíttimus.

PHAEDROMVS

Tace tú.

CVRCVLIO

Non taceo, quándo res vortít bene.

Tu istánc desponde huic, míles: ego dotém dabo.

THERAPONTIGONVS

Quid dótis?

CVRCVLIO

Egone? ut sémper dum vivát me alat.

PHAEDROMVS

Ultro hércle dico: mé lubente féceris. 665

THERAPONTIGONVS

Sed léno hic debet nóbis trigintá minas.

PHAEDROMVS

Quam ob rem ístuc?

---

657. tamfacile *J* soror mea *B* 658. *Phaedr. pers. om. Z* 659. nobis *Z* *Curc. pers. del.* E^3 661. *Pers.* Mil. *(post* dabit*) del. Acidalius* Promittitin *Acidalius* 662. *Phaed. pers. add. Acidalius: om. BEJ.* Ther. *pers. praem. FZ* taceo *ex* teceo *B* uortit *ex* uertit E^2. uortat *J* 663. *Post* desponde *num scriptum fuerit* huic *in J nunc quidem incertum* huic. Mil. ego *F* 664. *Pers. corr. Bothius:* Phaed. *libri* *Curc. pers. del.* E^3 ego me *J.* ego ne *E* uiuat *ex* iuuat E^3 me alat *FZ.* med alat *BJ.* me dalat *E* 665. *Phaedromo dedi quae militi tribuunt libri, nisi quod* ·M· *eras. in B: Curculioni continuat Pistoris, initium Curculioni, finem (*me l. f.*) Therapontigono Ussingius adsignat* Ultro *Gz.* uerum *libri* dicit *Acidalius* lubente *Camerarius.* iubente *libri, nisi quod* u *e corr. B* 666. Mil. Sed *Pistoris.* et *libri* 667. obrem *BE* *Curc. inserit B* enim ille *Gz.* ille *libri.* illic *Fleckeisenus* ita *om. Z: corr. Pylades* mihi *om. F*

THERAPONTIGONVS

Quia enim ille íta repromisít mihi,
Si quísquam hanc liberáli adseruissét manu,
Sine cóntroversia ómne argentum réddere.
Nunc eámus ad lenónem.

CVRCVLIO

Laudo.

PHAEDROMVS

Hoc príus volo 670
Meam rem ágere.

THERAPONTIGONVS

Quid id est?

PHAEDROMVS

Út mihi hanc despóndeas.

CVRCVLIO

Quid céssas, miles, hánc huic uxorém dare?

THERAPONTIGONVS

Si haec vólt.

PLANESIVM

Mi frater, cúpio.

THERAPONTIGONVS

Fiat.

CVRCVLIO

Béne facis.

PHAEDROMVS

Spondésne, miles, mi hánc uxorem?

THERAPONTIGONVS

Spóndeo.

CVRCVLIO

Et ego huíc dotem una spóndeo.

---

668. quis quam *B* liberalias *E* asseruisset *BJ.* seruisset *E* 669. controuersia (con *s.v. m. 3*) *E.* contra uersia *B* reddere *Scaliger. Gulielmius.* redderet *libri* 670. Nunc *Ussingius.* Phaed. Nunc *libri* adlenonem *BJ* Curc. Laudo *Ussingius.* Mil. Laudo *libri* hic *Z* prius (r *add. m. 3*) *E* 671. *Post* Quid *ut vid.* est *erasum B* 673. Si (S *e corr.*) *B* hec *J* uult *B* mi *ex* Fr *B* 674. spondes ne miles mihi *BE.* spondes me miles michi *J.* spondesne mihi miles *F.* sponden mihi miles *Muellerus 'Nachtr.' p. 103* 675. Phaed. *praem. B* huic dotem una *Gz.* hoc idem unum *libri.* huic cibum una *Acidalius Phaedromo tribuens.* a me huic

PHAEDROMVS

Lepidé facis. 675

THERAPONTIGONVS

Sed eccúm lenonem incédit thensaurúm meum. 676—678

CAPPADOX. THERAPONTIGONVS. PHAEDROMVS. PLANESIVM

CAPPADOX

Árgentariís male credi qui áiunt, nugas praédicant:
Nam ét bene et male crédi dico: id ádeo ego hodie expértus sum. 680
Nón male creditúr qui numquam réddunt, sed prorsúm perit.
Vélut decem minás dum hic solvit, ómnis mensas tránsiit:
Póstquam nil fit, clámore hominem pósco: ille in ius mé vocat.
Péssume metuí, ne mi hodie ápud praetorem sólveret.
Vérum amici cónpulerunt: réddit argentúm domo. 685
Núnc domum properáre certumst.

THERAPONTIGONVS

Heús tu, leno, té volo.

---

victum *Fleckeisenus.* huic quidem victum *Muellerus 'Nachtr.' p. 105* *Phaedromo extrema verba dedi, quae Therapontigono libri, Curculioni Fleckeisenus adsignant* *Post hunc versum lacunam statuit admodum probabiliter Fleckeisenus* 676—678. *Phaedromi pers. praem. B* *Act. V sc. 3* CAPADOX *B.* CAPPADOX · EIDEM · LENO · C · *E.* LENO CAP · MILES · PHEDROMVS · ADOLESCENS · PLANESIVM · VIRGO *J* 679. Argentariis *(A in 3 litt. sp.) B* qui aiunt *ex* quia iunt *man. Camerarii B* predicant *B* 680. Nam etiam *F.* nam et male *(male eras.) E* Nam nec bene nec *Lambinus, unde* nec bene nec *Bothius* ego hodie *Bothius.* hodie ego *EJFZ.* hodie *B* ex pertus *B* *Post hunc versum nonnulla intercidisse puto velut haec:*

Quí cunctanter réddunt illis mále ego credi exístumo.

681. Non *ex* Nã E^3. nam *Z* nunquam *B* prorsus *Z* 682. uel ut *B.* velut hic *Pylades.* vel hic *Ussingius* ·x· *E* dum hic *Lambinus.* dum *libri* mensis E^3FZ 683. Post quam *BJ* nihil *B.* nichil *EJ* clamore *(e erasa et denuo add. m. 3) E* in *(i add. m. 3)* ius *E.* inius *J* ille: in ius me voca *Scaliger* 684. pessu me *E* ne mihi *Pylades.* nemihi *ex* nemini *et* ne *e corr. B.* nemini *E.* ne minis E^3. nememini *JFZ* aput *J* pretorem *BJ* 685. *Ante* compulerunt *(sic BEJ) parva ras. in J.* contulerunt *Casaubonus* reddet *JF* 686. certum st *B.* certumst *ex* certust E^3.

PHAEDROMVS

Ét ego te volo.

CAPPADOX

Át ego vos nolo ámbos.

PHAEDROMVS

Sta sis ílico.

Átque argentum própere propera vómere.

CAPPADOX

Quid mecúmst tibi?

Aút tibi?

THERAPONTIGONVS

Quia ego ex te hódie faciam pílum catapultárium
Átque ita te nervó torquebo, ítidem ut catapultaé solent. 690

PHAEDROMVS

Délicatum te hódie faciam cúm catello ut áccubes,
Férreo ego dico.

CAPPADOX

Át ego vos ambo ín robusto cárcere
Út pereatis.

THERAPONTIGONVS

Cóllum obstringe, abdúce istum in malám crucem.

PHAEDROMVS

Quídquid est, ipse íbit potius.

690. *Nonius p. 552, 12:* Catapulta, iaculum celer vel sagitta. Plautus in Curculione: 'Atque ita .... torquebo ut ... solent'

691 *sq. Nonius p. 199, 11:* Catellae .... Neutrum, a catulis, si militer diminutivum. Plautus Curculione: 'Delicatum ..... ferro ego dico'

---

certum est *J* tuleno *J* 687. uos *s. v. add. B* uolo *F* ambo *E* stasis *EZ* illico *ex* ilico E^3 688. *Phaedr. pers. praem. Fleckeisenus* mecum est tibi *libri.* tecum est mihi *Bothius: cf. v. 689* 689. aut tibi *Luchsius Hermae vol. XIII (a. 1878) p. 498.* aut tecum aut *(dein 2 litt. sp.) B.* aut tecum aut *EJFZ.* aut tecum *Pius* quia ego exte hodie *BEJ.* quia hodie ex te ego *F.* quia ex te hodie *Pylades.* quia ego ex te *Camerarius.* quin ego te *Muellerus Pros. Pl. p. 554* 690. torquebo hodie *Muellerus Pros. Pl. p. 554* itidem *om. Nonius* catapultę *B.* catapulte *E* 691. *Phaed. pers. praem. Pistoris: om. libri* accumbes *F* 692. ferreum *Bothius* at *e corr. B* inrobusto *BJ.* inrobusto *(n add. m. 3) E* 693. ab duce *B.* obduce *J* inmalam *B* 694. quid quid

CAPPADOX

Pró deum atque hominúm fidem.
Hócine pacto me índemnatum átque intestatum ábripi? 695
Te, óbsecro, Planésium, et te, Phaédrome, auxilium út feras.

PLANESIVM

Fráter, obsecró te, noli hunc índemnatum pérdere:
Béne et pudice mé domi habuit.

THERAPONTIGONVS

Haúd voluntate íd sua:
Aésculapio huíc habeto, quóm pudica's, grátiam.
Nám si is valuissét, iam pridem quóquo posset mítteret. 700

PHAEDROMVS

Ánimum advortite húc, si possum hoc ínter vos conpónere.
Mítte istunc. accéde huc, leno: dícam meam senténtiam,
Sí quidem voltis quód decrero fácere.

THERAPONTIGONVS

Tibi permíttimus.

CAPPADOX

Dúm quidem hercle ita iúdices, ne quísquam a me argentum aúferat.

THERAPONTIGONVS

Quódne promistí?

---

est *BJE*. quicquid *EZ*. *in marg.* aĩ quid E^3 695. hoccine *lib*[illegible] pacto me *Gz*. pacto *libri nisi quod* pactum *F*. pacto hi[illegible] *Fleckeisenus*. pacto vi *Muellerus 'Nachtr.' p. 79 adn.* indempn[illegible] tum *BEJ* abripi *Gz*. me arripi *libri*. me abripi *Lambinus* 696. Te obsecro *Brixius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 765*. obsec[illegible] *libri* phedrome *BEJ* feratis *JF* 697. te *e corr. ut vid.* [illegible] indemnatum *Pius*. condempnatum *libri* 698. pudice *(e e cor*[illegible] *B* *Phaed. pers. inseruit in ras. B²* haud *ex* aut E^3. haut [illegible] 699. esculapio *E* hanc *Ussingius* q *ex* q̃ *ut vid.* E^3. qu[illegible] *JFZ* pudica es *libri* 700. si uolnisset *(post* si *er.* uo*)* *E*. si [illegible] luisset *JFZ:* si valuisset *Hermolaus* quoque *EJFZ: corr. Hermola*[illegible] mittere *ex* mitteret *ras. E*. mittere *Z* 701. *Person. om. B: exhibet* [illegible] *ras. E* aduorte *EJFZ* huc si *Muellerus Pros. Pl. p. 23*. si *libri*. e[illegible] si *Fleckeisenus* *Ante* conponere *eras.* sententia *E* componere *BE* [illegible] sententia componere *Z* 702. istuc *B* leno *om. EJFZ* 703. siquid[illegible] *B (cum ras. post* m*)* *J* uultis *BE* decreto *J*. de crero *ex* de cret[illegible] E^3 qd̃ decrero facere *in 23 l. sp. B²* *Ther. pers. restituit* [illegible] *thius, Cappadocis exhibent libri* 704. *Capp. pers. praem. Bothius,* [illegible] *libri* iudeces *B* nequis quã *B*. nequisq *J* ame *BJ* 705. q[illegible]

CAPPADOX

Promisi? quí?

THERAPONTIGONVS

Lingua.

CAPPADOX

Eadem núnc nego. 705

Dícundi, non rém perdundi grátia haec natást mihi.

THERAPONTIGONVS

Níhil agit: collum óbstringe homini.

CAPPADOX

Iámiam faciam ut iússeris.

THERAPONTIGONVS

Quándo vir bonú's, responde hoc quod rógo.

CAPPADOX

Roga quód lubet.

THERAPONTIGONVS

Prómistin, si líberali quísquam hanc adsererét manu,
Te ómne argentum rédditurum?

CAPPADOX

Nón conmemini dícere. 710

THERAPONTIGONVS

Quíd? negas?

CAPPADOX

Nego hércle vero. quó praesente? quo ín loco?

THERAPONTIGONVS

Mé ipso praesente ét Lycone tárpezita.

CAPPADOX

Nón taces?

---

ne *libri*. quod *Geppertus* promisti *EJ*. promisisti *BE³FZ* promisi? qui *Bothius*. qui promisi *libri* *Verba* lingua — nego *Cappadoci* tribuunt *EJFZ*. *Scaliger* nunc *ex* non *E³* 706. dicendi *BEJ*. discendi*F*. ditandi *Pius et Acidalius* rem (m *in ras.*) *B* perdendi (endi *in ras.*) *B*. perdendi *EJ* gratia hec (hec *s. v. m. 2*) *B*. haec gratia *JFZ*. hec gratia *E* nata est *BEJ* 707. Nichil *EJ* *Capp. pers. restituerunt Pius et Acidalius: Phaedr. libri praebent* iam iam *BEJ* 708. bonus es *libri* hoc quod *Fleckeisenus*. quod *libri* qid' *E* lubet *ex* iubet *E³* 709. promistin *B*, *Scaliger*. promisistin *EJFZ* liber aliquis quam *EJ* assereret *BEJ* 710. cõmemini *ex* c̃ memini *E³*. commemini *J*. commeni *B* 711. presente *B* inloco *J* 712. Curc. *praef. B*

THERAPONTIGONVS

Nón taceo.

CAPPADOX

Non égo te flocci fácio: ne me térrites.

THERAPONTIGONVS

Me ípso praesente ét Lycone fáctumst.

PHAEDROMVS

Satis credó tibi.

Núnc adeo, ut tu scíre possis, léno, meam senténtiam, 715
Líbera haec est, híc huius frater ést, haec autem huius ést soror.
Haéc mihi nubet, tu huíc argentum rédde: hoc iudiciúm meumst.

CAPPADOX

Hércle istam rem iúdicasti pérfidiose, Phaédrome:
Ét tibi oberit ét te, miles, dí deaeque pérduint.

THERAPONTIGONVS

Tu aútem in nervo iám iacebis, nísi mi argentum rédditur. 720

CAPPADOX

Tú me sequere.

THERAPONTIGONVS

Quó sequar te?

CAPPADOX

Ád tarpezitám meum,

---

ipso *om. JF* presente *BJ* lycone *ex* licone *J.* licone *E* trapezita *BEFZ.* trapezeta *J* nontaces *B.* non *(*n *post. ex* m*)* taces *E. Militi haec verba dat Ussingius Ceterum hunc v. et sequentem delet Guyetus* 713. *Ther. pers. praem. EFZ. Curc. B. totum versum Capp. tribuit Ussingius Capp. pers. inserunt* E^3Z*: om. reliqui* 714. *Pers. add.* E^3Z*: om. BEJF* meipso *E* presente *B* licone *EJ* factum est *BEJ* 715. leno *om. JF* 716. hec *J* hic hic *F' An* huius hic*?* est *om. Fleckeisenus* hęc *EJ* huius est *Luchsius de genet. pron. p. 44.* illius *(*ill *e corr.) B.* illius *EJFZ.* illiust *Fleckeisenus: cf. Ritschelius Op. philol. vol. II p. 684* soror est *F'* 717. hec *J* meum est *libri V. 718. 719 huc revocavit Acidalius, quos libri praebent post v. 720* 718. hercle *(*her *rubricator ex* h = haec*) E* per fidio se *B* phedrome *BEJ* 719. te *s. v. B* dii *J.* di *ex* dię *ras. E* deae que *B.* deęque *E* pdiunt *(ante* p *2 litt. erasae et* p *e corr.) B.* pduint *(*i *s. v.) J* 720. *cf. 718. 719 Person. add.* E^3 inneruo *J* mihi *BE.* michi *J* 721. Tum *Acidalius* ego te *Pylades. Muellerus Pros. Pl. p. 650, non libri* tarpezitam *Ritschelius Op. philol. vol. II p. 525.* trapaezitam *B.* trapezitam *EFZ.* trepe zeta *J*

Ád praetorem: nam índe rem solvo ómnibus quibus débeo.

THERAPONTIGONVS

Égo te in nervom, haud ád praetorem hinc rápiam, ni argentúm refers.

CAPPADOX

Égo te vehementér perire cúpio, ne me néscias.

THERAPONTIGONVS

Ítane vero?

CAPPADOX

Ita hércle vero.

THERAPONTIGONVS

Nóvi ego hos pugnós meos. 725

CAPPADOX

Quíd tum?

THERAPONTIGONVS

Quid tum, rógitas? hisce ego sí tu me inritáveris,
Plácidum te hodie réddam.

CAPPADOX

Age ergo récipe hoc actutúm.

THERAPONTIGONVS

Licet.

PHAEDROMVS

Tú, miles, apud mé cenabis: hódie fient núptiae.

THERAPONTIGONVS

Quaé res bene vortát mi et vobis.

---

722. ad pretorem *B*. adp̄torem *J* soluo *(prior* o *ex* a *m. 1 et post. in ras. m. 3) E*. resoluo *Z* 723. *Person. om. B* in nervom *Pylades*. in neruo *EFZ*. inneruo *BJ* haud *ex* aut E^3 ad pretorem *B*. adp̄torem *J* ni *(ex* in *m. 3)* argentum *E*. inargentum *J* referas *F* 724. *Person. om. J* te *s. v. J* ne me *Bothius*. ne tu me *libri*. ne tu *Guyetus* hauscias *Seyffertus Stud. Pl. p. 4* 725. *Person. om. J* Ita ne *J* 726. Quid tu *EJFZ bis* irritaueris *BEJ* 727. Placidū dum *J* recipe hoc actutum *Fleckeisenus*. recipe actutum *libri, nisi quod* ac tutum *E*. recipe. Ther. At actutum *Ussingius* licet *lenoni tribuens*. recipe iam actutum *Geppertus* *Ante* Licet *Ther. pers. restituit Pylades, Phaedromum exhibent libri* 728. *Pers. restituit Pylades: om. libri* miles *(s s. v.) J* aput *J* caenabis *J*. cenabis *ex* cenebis *E* fient *ex* feient *ras. E* nuptie *E* 729. *Pers. om. F* que *BJ* uortant *F* mihi *libri, nisi quod* michi *J* Cantor *add. Bothius. om. spatio 9 litt. relicto E:*

CANTOR

Spéctatores, plaúdite.

sine spatio B J Z. Auctor *praebet F* Plaudite *F, Hermolaus.* Plaudite plaudite *B E J Z* *Addit* B^2 *haec:*

PLAVTI CVRCVLIO EXPLI CIT
INCIPIT *(*P *ex* I*)* PROLVGVS IN CASSINA

haec autem E: PLAUTI CVRCULIO EPLICIT. *(super* P *ras.)* INCIPIT CASSIANI PLOGUS

euer Verlag von B. G. Teubner in Leipzig.

1879. II. Semester.

Philologie und Alterthumswissenschaft.

och, Dr. Heinrich, die Quellen des Flavius Josephus in seiner Archäologie. [X u. 169 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 4.—

ırist, Wilhelm, Metrik der Griechen und Römer. Zweite Auflage. [VIII u. 716 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 11.60.

ıatzko, Karl, zur Kritik des nach Aelius Donatus benannten Terenzcommentars. Besonderer Abdruck aus dem zehnten Supplementband der Jahrbücher für classische Philologie. [S. 659—696.] gr. 8. geh. n. ℳ 1.20.

ɔrard, Guilelmus, de ablativi locativi instrumentalis apud priscos scriptores latinos usu. Commentatio ex supplementis annalium philologicorum seorsum expressa. [S. 575—658.] gr. 8. geh. n. ℳ 2.—

;elhaaf, Gottlob, Vergleichung der Berichte des Polybios und Livius über den italischen Krieg der Jahre 218—217 bis zur Schlacht am Trasimener See. Besonderer Abdruck aus dem zehnten Supplementband der Jahrbücher für classische Philologie. [S. 471—524.] gr. 8. geh. n. ℳ 1.60.

lm, Dr. ph. Franciscus, Quaestiones syntacticae de participiorum usu Tacitino Velleiano Sallustiano. [IV u. 139 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 3.—

hrbücher für classische Philologie. Herausgegeben von Dr. Alfred Fleckeisen, Professor in Dresden. Zehnter Supplementband. 3. Heft [IV S. u. S. 471—696.] gr. 8. geh. n. ℳ 4.80.

Inhalt: Vergleichung der Berichte des Polybios und Livius ;r den italienischen Krieg der Jahre 218—217 bis zur Schlacht am .simener See. Von Gottlob Egelhaaf. — De *qui* localis modalis d priscos scriptores latinos usu. Von O. Kienitz. — De ablativi

locativi instrumentalis apud priscos scriptores latinos usu. Scripsit Guilelmus Ebrard. — Zur Kritik des nach Aelius Donatus benannten Terenzcommentars. Von Karl Dziatzko.

Keller, Otto, Epilegomena zu Horaz. Erster Theil. [XII u. 290 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 8.—

Kienitz, O., de *quî* localis modalis apud priscos scriptores latinos usu. Commentatio ex supplementis annalium philologicorum seorsum expressa. [S. 525—574.] gr. 8. geh. n. ℳ 1.20.

Ritschelii, Friderici, opuscula philologica. Vol. V. Varia. Friedrich Ritschl's kleine philologische Schriften. Fünfter Band: Vermischtes. [XII u. 772 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 18.—

Roscher, W. H., Professor an der Fürsten- und Landes-schule zu St. Afra bei Meissen, die Gorgonen und Verwandtes. Eine Vorarbeit zu einem Handbuche der griechischen Mythologie vom vergleichenden Standpunkte. [IX u. 138 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 4.—

Schmidt, Dr. J. H. Heinrich, Synonymik der griechischen Sprache. Dritter Band. (Schluss.) [XVI u. 736 S.] gr. 8. geh. n. ℳ 14.—

Stoll, H. W., Professor am Gymnasium zu Weilburg, die Götter und Heroen des classischen Alterthums. Populäre Mythologie der Griechen und Römer. Sechste verbesserte Auflage. Zwei Bände (in einen Band geheftet). 8. [I. Band XII u. 314 S. mit 22 Abbildungen. II. Band IV u. 268 S. mit 20 Abbildungen.] geh. ℳ 4.50. Elegant gebunden ℳ 6.—

Thucydidis de bello Peloponnesiaco libri octo. Ad opti-morum librorum fidem editos explanavit Ernestus Fridericus Poppo. Editio altera quam auxit et emendavit Ioannes Matthias Stahl. Vol. III. Sect. I. [IV u. 196 S.] gr. 8. geh. ℳ 2.40.

Zur Bibliotheca graeca cur. Jacobs et Rost.

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI I FASCICVLVS II

EPIDICVM CONTINENS

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMII

T. MACCI PLAVTI

E P I D I C V S

ITERVM RECENSVIT

GEORGIVS GOETZ

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI I FASCICVLVS II

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MCMII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

PRAEFATIO

"Tres iam praeterlapsi sunt anni ex quo FRIDERICVS RITSCHELIVS, praeceptor dilectissimus, reversus ad studia Plautina aliquantum intermissa ceteras quoque octo fabulas ad Trinummi exemplum iterum edere iisque nondum editas adiungere instituit: cuius operae GVSTAVVM LOEWE et FRIDERICVM SCHOELL meque voluit esse socios. Qua in re quamuis viribus diffideremus, tamen laeta tenebamur spe fore ut magistri incomparabilis consilio atque auxilio adiuti labore admodum difficili perfungeremur. Quod fata secus voluerunt. Nam iam cum occupatissimus ille esset his ipsis studiis undique colligendo et comparando quae usui forent, acerba mortis necessitate spes opesque nobis optimae conciderunt. Quod tamen ne sic quidem incepto desistendum putavimus, ipsius obsequimur voluntati, qui quaecumque ad Plautum edendum expoliendumque pertinerent nobis utenda permitti iusserat: simulque illud nobis animum addidit, quod memores dicti Ritscheliani 'promus, non condus sum' non posse non praestare duximus Plauti recensionem qualemcumque — dummodo ne fidei laude aut diligentiae careret — tandem aliquando ad usum doctorum hominum accommodari quam thensauros diutius in bibliotheca detineri". Haec olim verba priori editioni quam anno 1878 publici iuris feci praemisi: ac ne nunc quidem post viginti et tres annos iuvenilis audaciae ardorisque quo tunc temporis ad hanc fabulam lepidam recensendam aggressus sum cur me paeniteat invenio. Nam ut mutatum esse mutarique iudicium philologorum in quaestionibus permultis

probe scio, ita nec emendationis ratio ipsa nec fundamentum ullo modo mutari potuerunt. Ac si in universa re codicibus manu scriptis nunc minus quam olim diffidere didicimus, id ipsum non tam ingeniorum segnitiam a RITSCHELIO castigatam quam disciplinae limatioris severitatem ab illo commendatam effecisse certum est.

Ambrosiani codicis scripturam ex LOEWII olim collatione editam cur post STVDEMVNDI curas egregias denuo examinare noluerim periti ultro intellegent. Etenim cum in priore editione LOEWII apographon publici iuris fecissem, STVDEMVND, qua fuit diligentia et constantia, et suas quas in schedas rettulerat lectiones et LOEWII ut inter se ita cum ipso palimpsesto denuo contulit: ex quo labore novum quod prodiit apographon a SEYFFERTO post auctoris flebilem mortem editum superari posse aut minima aut nulla spes est. Ex descriptione tamen LOEWII quae ex usu esse visa sunt nolui supprimere: cum omnibus STVDEMVNDI adnotationes nunc conferendas esse vix opus erit monere.

'Epidicus continebatur tribus quaternionibus, quorum paginas superstites numeris novae compagis (librorum regum vulgatae) MAIANIS, deperditas litteris signabo. Foliorum paria etiam nunc conexa lineis coniungam. Quaterniones autem illi hi sunt:

Fascic. XXXIII	A. a	[Cistellariae exitus]
	313. 314.	1—13. 14—27[a]
	B. b	
	465[A]. 466[A] [1])	52[b]—81
	479. 480 [2])	82—95. 96—113
	C. c	
	319. 320	150—166[a]. 166[b]—184
	D. d [3])	

1) A litteras non adiecit MAIVS.

2) Numeri sunt a STVDEMVNDO in priorum 465[B]. 466[B] locum substituti.

3) Cum ipsa pagina d intercidit quaternionis nota quae fuerat XXXIII.

Fascic. XXXIV	195. 196	214—232. 233—251
	E. e	
	F. f	
	G. g	
	H. h	
	I. i	
	K. k	
	205. 206[1])	450—468. 469—486
Fascic. XXXV	317. 318	487—504. 505—525
	191. 192	526—540[a]. 540[b]—554
	183. 184	555—570. 571—586
	181. 182	587—607. 608—624
	187. 188	625—641. 642—659
	185. 186	660—676. 677—693
	177. 178	694—710. 711—727
	315. 316[2])	728—733[3])

Hunc indicem qui perlustraverit, ei facile videatur satis secunda fortuna esse usa Epidicus, cuius servata sint folia quattuordecim, interciderint tantum modo novem. At summopere dolendum quod maioris illorum partis hodierna condicio perquam miserabilis est. Exceptis enim foliis 313/314. 319/320. 195/196. 205/206. 317/318. 315/316 reliqua omnia aut nihil fere praeter margines exiguasque lacinias[3]) exhibent, aut — si membrana exstat — adeo a librario Bobiensi olim detrita et nova scriptura chemicisque liquoribus offuscata sunt, ut lectio modo ingenti cum difficultate, modo omnino non procedat. Quam difficultatem auget, quod in foliis pessimis aut nihil aut parum medicamenti ut nunc dicitur 'reagentis' adhibitum est: nec dubito quin, si iteratus illius concedatur usus, sat multa quae nunc latent in novam quodam modo lucem proditura sint. Singulorum foliorum condicio lectioque talis est:

1) In inferioris marginis angulo dextro XXXIIII.

2) Pagina 316 nihil exhibet nisi quaternionis notam XXXIIII, ex mero librarii erore pro XXXV.

3) Ima horum foliorum pars servata esse solet; quo autem propius ad principia redimus, eo plus membranae desideramus.

Foliorum 313/314 et 319/320 etiamnunc cohaerentium par describi nequit quot parvulis foraminibus insigne sit: id quod cum in utrumque cadit tum maxime in folium 319/320, cuius in versibus 5/6 et 12/13 praeterea duo habes longiora foramina. Idem cum sit perquam tenue, alterius paginae et vetus et nova scriptura perlucent. Vulgatae atramentum raro tam nigrum vidi. Lectio paginarum 313 et 319 ex parte difficilis, 314 paucis versibus exceptis satis facilis, 320 magnam partem difficilis.

Folii 465[A]/466[A] nihil servatum est praeter margines et perexiguas lacinias: atque harum quidem in parte dextra laevaque idem fere ambitus. P. 466[A] minus quam altera detrita. Neutra liquorem chemicum experta, si exceperis marginis superioris eam partem, ubi EPI et DICUS scriptum est. Lectio praeter modum difficilis.

Folium 479/480 in duas partes discissum est. Inferioris, principium versus 16 et v. 17—19 complectentis, condicio tolerabilis est, perquam misera contra superioris, cuius praeter margines laciniae exstant maiores in parte interiore, perparvae in exteriore. Lectio perdifficilis.

Foliorum 195/196 et 205/206, quorum nexus non solutus est, par bene servatum est, praeter alterius v. 1—6, ubi maiora foramina habes. Lectio paginarum 195 et 196 paene ubique facilis, 205 v. 1—5 perdifficilis et 6—19 satis facilis, 206 v. 1—5 difficilis et 8—19 facilis.

Folium 317/318 etiam nunc cum 315/316 conexum est. Foramina fere nulla. Paginae 318 et 315 valde detritae. Lectio paginarum 317 non difficilis, 318 saepiuscule satis difficilis, 315 non nimis facilis: 316 quaternionis tantum notam exhibere supra vidimus.

Folia 191/192 ut nunc sunt non possunt non movere tristitiam. Licet enim membranae bona pars etiamnum exstet (quamquam rimae longae cum in omnibus, tum maxime in versibus 1. 2. 5. 6. 7. 8. 14. 15. 16), tamen vetus scriptura tam penitus exstincta est, ut maximo cum labore oculorumque detrimento paucas tantum litterulas expiscari potuerim. Accedit quod in p. 191 (quae detritior quam altera

scriptura Plautina liquore chemico non resuscitata est. Lectio praeter modum difficilis.

Pessime habitum est etiam par foliorum 183/184 et 185/186. Nam quamquam magna ex parte servatum est, tamen scriptura admodum evanuit et foramina continua paene omnes versus occupant. Lacunas maiores habes in partibus superioribus utriusque folii dextroversum (si paginam rectam aspexeris): [illegible], praeterea duos largiores defectus in prioris folii parte inferiore sinistrorsum: [illegible]. Medicina chemica oblitae sunt parvae horum foliorum partes, unde quantopere auctus sit legendi labor facile est ad intellegendum. Lectio paginarum 183 et 186 v. 13—19 perdifficilis, 184. 185. 186 v. 1—12 praeter modum difficilis.

Folii 181/182, cuius p. 181 pallidior quam altera, versus 1—6 paene integri exciderunt, 7—14 multis eisque ex parte continuis foraminibus pessumdati, 15—19 bene conservati sunt. Lectio paginae 181 versibus 15—19 exceptis perdifficilis, p. 182 non adeo difficilis.

Folii 187/188 prior pagina minus detrita. Exstant versus 17—19, reliqui interciderunt omnes, si exceperis parvulas reliquias, quas servavit interior folii margo: atque paullulo maiores quidem versus 4. 5 et 14—16. Lectio prioris paginae difficilis, alterius praeter modum difficilis est.

Folii 177/178 planior pagina est 177. Marginibus dextro laevoque adhaerent (maxime in parte inferiore) frustula nonnulla misere davastata. Quattuor parvula fragmenta fasciculo adiecta sunt, quorum duo pristinae sedi adsignare potui. Liquore oblita est paginae 178 perparva particula et paginae 177 ima pars sinistrorsum et dextrorsum. Lectio praeter modum difficilis." —

Haec LOEWE scripserat antequam STVDEMVNDI operam novisset: quae cur post apographon editum omitterem non inveni. Contra quae sequebantur ad externam Ambrosiani speciem pertinentia, ad titulos, versus ab initiis remotos et non remotos, litteras initiales, deminutas, compendiose scriptas, similia, haec omnia diligentissime a STVDEMVNDO adnotata nolui iterari. Subscripta sunt haec:

Ṭ MACCI PLAUTI
EPIDICUS EXPLICIT
INCIPIT MERCATOR
FELICITER

De codice *B* haec olim scripsit LOEWE: 'Praeter primam manum (*B*) notabis secundam correctoris (*B*²), qui fabulam emendare studuit[1]). Praeterea rarissime obvia est manus tertia (*B*³) subflavo atramento ea usa (III 4) et alia quaedam recentior quam *B*² (III 2, 13), raro denique recens Camerarii (cf. velut III 3, 2. 4, 43. IV 1, 5. 33), qui nonnulla in ipso codice corrigenda putavit. Manus prima et secunda non numquam difficillimae sunt ad discernendum, unde explicandum quod toties 'ut videtur' adiecimus.

Lacunarum, quae frequentissimae sunt in hac fabula, et rasurarum spatia ita testamur, ut quot singulis litterae contineantur narremus. Quem quidem dimetiendi modum facile patet non nimis accuratum esse, quoniam aliae litterae maiores minoresve sunt aliis. At non sunt ullius tales errores momenti propterea, quod ipse librarius neque voluit neque potuit prorsus congruenter et ut ita dicam mathematice litterarum quae intercidissent ambitum indicare.

Scaenarum titulos scripsit rubricator. Ab initio usque ad III 1, 15 personarum notae in principio et in fine rubro colore pictae sunt, in mediis autem versibus atramento ita scriptae, ut rubricator ornandi causa singulis litteris plus minusve minii adiecerit. Inde a III 2, 1 usque ad V 1, 37 omnes notas personarum addidit manus secunda (correctoris), a V 1, 38 usque ad finem item omnes rubricator. Diversarum autem personarum nomina si non integris litteris perscripta habes, notis (quibus puncta, velut THES·, et lineolae, velut EPID THES simil., modo addita sunt, modo non addita) indicantur hisce:

EPIDICVS: EP (II 2, 1), EPD (III 2, 1), EPID, EPIDI (I 1, 5). In scaenis V 1 et 2 appellatur SERVVS (SER, SERV).

---

1) Cf. nunc CLAES LINDSKOG, de correcturis secundae manus in codice Vetere Plautino (a. 1900) p. 15 sqq., qui nonnulla correxit.

THESPRIO: THES.

STRATIPPOCLES: STR, STRA, STRT (I 2, 24. 41), STRAT, STRATIP, STRTIP (I 2, 29). In scaena V 1 nominatur ADOLESCENS (ADOŁ).

CHAERIBVLVS: CHE, CHER, CHERI, CHERIB. Nusquam CHAE–.

APOECIDES: APE (III 3, 26), APOE, APOEC, APOET (III 3, 23), APOECI, APOEID (II 2, 17), APOETI (ib. 18), APOCI (II 2, 52), APOECID, APOEIð, APOCID (II 2, 75).

PERIPHANES: PER, PERI, PERIP, PERIPH, PERIPħ (V 2, 62), PERIħ (II 2, 106. 108. 117), PERPħ (V 2, 45), PERIPħA (V 2, 13), PERIPHAN, PERIFAN (V 2, 1). SENEX (SEN, ·S· IV 2, 33) audit IV 1 et 2.

MILES: MIŁ.

FIDICINA: Fið, FIDI, FIDIC, FIDICI, FIDICIN.

MVLIER: MVŁ, MVLI. Nusquam PHILIPPA.

DANISTA: DANIS, DANIST.

POETA praefigitur paene ultimo versui."

His LOEWII verbis pauca addenda sunt. Ac primum quidem me etiam in codicis Veteris lectione indicanda ex STVDEMVNDI apographo, quod bybliotheca Vratislaviensis mihi liberaliter Ienam transmisit, paucis quibusdam locis dubitationes quae interim obortae erant removisse moneo[1]): alterum quod supplendum putem ad lacunas spectat codicis Veteris, quarum in hac fabula (ut in Aulularia) singularem quandam rationem esse SEYFFERT (cf. 'Jahresber.' 1890—1894 p. 241) monuit. Ordiar a v. 438 sq. cuius haec est in B discriptio:

Caue pr. ullas ędis quin roges senex ubi habitat periphanes *(10 litt. spat.)* platenius e. q. s.

Contra haec in EJ:

Caue praeterbitas ullas ędis quin roges senex hic ubi habitat Periphanes platenius e. q. s.

Eadem sine dubio in communi archetypo cum fuerit discriptio, librarius Veteris qui errore 'periphanes' anticipaverat spatio relicto discriptionem rursus cum illo in concordiam revo-

---

1) De v. 1—209 FRIDERICVS PRADEL in meum usum apographon inspexerat.

cavit. Eandem esse rem v. 433 nec dissimilem v. 459[1]) eorundem codicum *EJ* testimonio comprobatur. Nec aliter sentio de v. 207, 404, 461, quamvis reliqui libri eandem vel paene eandem discriptionem exhibeant. Contra v. 540 Veteris discriptio mirum est ni cum Ambrosiano nescio quo modo contineatur: nam si statueris, librarium Veteris illam discriptionem ante oculos habuisse, facile explicabis quomodo de lacuna inter 'east' et 'quam' cogitare potuerit. Quamquam re vera aut nihil aut paene nihil deest. Lacunam denique quae v. 547 est ad versus initium discrepans spectare putaverim. Haec quae dixi si quis secum reputaverit, quin ne versibus quidem 186 sq. e codicum vestigiis lacunae quam signavimus adminiculum accedere fateatur vix poterit fieri, praesertim cum *EVJ* verba 'ipsum . . . . uetulos duo' uno comprehendant versu, id quod sero demum vidi. Quod cum ita sit, locus nescio an sic potius constituendus fuerit:

Sed eccum ípsum ante aedis cónspicor ⟨et úna cum eo⟩
Apoécidem,
Qualís uolo uetulós duo.
Iam ego mé conuortam in hirúdinem atque eorum éx-
sugebo sánguinem
Senáti qui columén cluent.

Num etiam v. 100, de cuius lacuna ex *A* constet, huc pertineat, merito dubitari poterit. De reliquis spatiis non est cur ambigamus.

Codex Ambrosianus J 257 infer. (*E*) membranaceus forma quaternaria minore, de cuius auctoritate LOEWE et ego Mus. Rhen. a. 1879 p. 53 sqq. diximus, duodecimi saeculi (non tertii decimi ut nobis olim videbatur), foliis 94 octo priores fabulas exhibet. Fol. 34—39 (Aulul. II 2, 14—IV 1, 19) saeculo XV suppleta sunt: eodem tempore Volcacii Sedigiti versiculi notissimi in fine additi. Correxit codicem homo cum librario aequalis, quibus correctionibus cum m. 1 par est auctoritas: quae contra saec. XV ex vulgato textu m. 3

1) A 'mihi' in B novus versus incohatur, ut ex STVDEMVNDI demum apographo vidi, cum in *EJ* verba 'mihi . . . militem' superioribus continuentur.

interpolavit, indigna sunt quae respiciantur. Fuit olim codex VINCENTII PINELLI, postea FRIDERICI BORROMEI cura in Ambrosianam translatus est. Cuius codicis anno 1878 nondum noti lectiones praefationi Curculionis inserueram. Cf. quae in praef. Asin. LOEWE et ego de eodem libro exposuimus.

Codicem Vossianum Q. 30 saeculi XII, quem iam GRONOV, BOSSCHA, FRANCKEN inspexerunt, J. S. SPEIJER accuratius descripserat, diligentissime exhausit SCHOELL praef. Cas. p. XX sqq. Continet codex Aulularíam mutilatam, Captivos, Curculionem, Casinam, Cistellariam, Epidici v. 1—244. Scripturae discrepantiam quam SCHOELL p. XXXVII—XXXIX exhibet huic editioni fundamentum esse volui.

Codex Musei Britannici (*J*), numero insignitus $\frac{15\,C}{XI}$, membraneus, ex tribus partibus diversis compositus[1]), tertio loco (a fol. 113—194) manu duodecimi saeculi scriptas has Plauti fabulas continet: Amphitruonem (a fol. 113), Asinariam (a fol. 127[a]), Aulularíam (a fol. 139[a]), Captivos (a fol. 149[b]), Curculionem (a fol. 162[a]), Casinam (a fol. 170[b]), Cistellariam (a fol. 180[b]), Epidicum (a fol. 186[a]). In fine exstat hoc epigramma:

Exemplar mendum tandem me compulit ipsū
Cunctantem nimiū plautū exemplarier istū.
Ne graspicus mendis ꝑprias idiota reꝑtis
Ad deret. & liber hic falso patre falsior ess&;

Ceterum commemoro pessime codicem esse habitum, maxime in Amphitruone (cf. WAGNER Aul. praef. p. III). De Epidico monendum est v. 621—695 loco motos post 698 exstare folio 193 inverso ordine inserto. Personarum notae initiis versuum saepius dispici nequiverunt, quod tamen, ubicumque consensus ceterorum codicum eas testabatur, non adnotavi. Partes folii 192[a] dextera et folii 192[b] sinistra abscissae sunt, ut versuum 534—539 haec verba non exstent: mise]*ratur*, in]*uenit. aut ubi habitet. estne annon est,* versuum autem 575—583 haec: *ego istanc quae sciet neque s*]cio. *scio*

1) Paucula quaedam, quae in proecdosi minus recte adnotaveram aut omiseram, correxit DZIATZKO in cens. (Jen. Litt. Z. 1879 p. 237[b]—239[a]).

quid erres quia uest]itum. *aliter catuli longe ole*]nt. *atque hominum fidem. atque argentum. uocas me.* — De auctoritate codicis non esse puto cur hoc loco diserte disputem; minorem eam esse quam olim visum est codicibus *EV* inventis facile et ipse et alii intelleximus.

Eiusdem familiae (*EVJ*) codex fuit ad quem ceteri octo priorum fabularum libri decimi quarti saeculi decimi quinti decimi sexti redeunt, nisi quidem statueris non unum his subesse, sed duo vel plures eosque simillimos libros: quam tamen sententiam magnus inter eos consensus dissuadere videtur. Ex his autem recentioribus codicibus quod Lipsiensem elegi, cuius discrepantiam respicerem, in eo RITSCHELII exemplum secutus sum. Puriorem librum adhibere velut Laurentianos non nullos et potui et olim volui: sed quo pleniorem horum librorum notitiam nactus sum, eo magis apparuit, ne purissimum quidem huius generis maiore rei criticae emolumento adhiberi quam peiores[1]); qua propter

1) Inter sex codices Palatinos, quibus PAREVM usum esse scimus sextus dignus est, de quo paucis hoc loco disputem. Est ille chartaceus saec. XV, numero insignitus 1619: cf. RITSCHELIVS Opusc. phil. vol. II p. 231 adn. Saepius enim hic liber bonas vel adeo optimas exhibet scripturas, quae tamen non possunt non coniectura esse inventae. Velut ibi *familiam* v. 172 man. II correxit in *filiam;* v. 211 *quinque* exstat pro *quisque;* v. 298 *decem* pro *decet;* v. 593 sup. vers. additum est *audiuero,* confirmatum id testimonio Ambrosiani; v. 705 *istam ob rem* pro *iste ab ore;* 707 *recte factum,* non cum EJZ *rectum factum.* Cui debeantur hae coniecturae, ex parte certe colligere licet ex hac codicis subscriptione: 'Explicit Aulularia comedia plauti comici. 1496 et correcta diligenter secundum omnibonum leonicenum. die primo marcii'. Verba *et correcta — leonicenum* addidit manus altera; eadem verba eadem adscripta manu in fine Cistellariae leguntur. OMNIBONVM LEONICENVM fuisse virum bonarum litterarum peritissimum testantur multi: cf. FABRICIVS, Bibl. med. et inf. lat. tom. V p. 482; QVIRINI, de Brixiana litt. p. 114 sq.; LAIRE, Specimen hist. typ. Rom. p. 225: Plauto eum operam navasse ex sola hac adnotatione discimus. Sed multo maioris momenti illud est, quod PYLADES Brixianus hoc codice videtur esse usus, audax ille Plauti interpolator idemque emendator felicissimus: velut *decem* ille scribit 'ex codicibus antiquis ad litteram' ut ipse ait; idem *istam ob rem* posuit et *audiuero* et *recte factum.* Ex eodem codice pendet ea coniectura, quam ad 627 profert *soccos iussi adimere,* ubi Palatinus *socio iussi adimere;* porro scriptura *id adeo scio* v. 215; denique *fondis* v. 226, quae scriptura apertissimo testimonio est patriam Palatini esse Italiam. Excussit codicem in usum meum LOEWE.

exemplum RITSCHELII nolui relinquere. Editionis principis scripturas ut adderem, eadem me novit auctoritas. Quam non semel correctam esse ex ipso codice *E* facile videbunt qui hac editione utentur. Quod SCHOELLII exemplum secutus appendicem ab apparatu distinxi, id multis commodum fore confido. Testimonia OSBERNI olim consulto omissa cur adderem non inveni.

Fabula Plauti num integra ad nos pervenerit multi quaesiverunt: nec desunt quae eam quaestionem excitent. Velut LEO 'Pl. F.' p. 179 narrationem argumenti in prologo olim extitisse adfirmat. Versibus enim 87 sq. Epidicus dicit suis dolis senem adductum esse, ut fidicinam a filio amatam pro filia emeret; id quomodo fieri facile potuerit ex versibus demum 634 sqq. plane intellegimus. Quod poetam sic instituisse negat LEO: rem antea fusius exponendam fuisse primum propter v. 598 et 169 tum propter consuetudinem ceteroquin observatam. Qua in re nescio an plura adfirmet vir doctissimus quam argumentis evincere possit. Fraus ipsa cur aliquoties commemorata sit facile intellegimus — cohaeret enim haec res cum argumento ipsius fabulae — rationem fraudis minus desideramus. Quodsi quae in paenultima scaena narrantur simul explicant, quomodo servolo fidem habere potuerit senex, id ipsum non spectavit poeta, sed docere voluit, quomodo sine fraude servolus genuinam filiam novisse posset. Mihi certe probabile est spectatores in fraude cuius rationem non plane perspicerent non magis offendisse quam in aliis dolis fabulae etiam perplexioribus. Quae cum ita sint, coniecturam illam — speciosam per se — idoneo fundamento carere existimo. In ceteris, ut paucis quid sentiam exponam, etiamnunc nihil invenio, quod fabulam contaminatam esse demonstret, contra non pauca quae aut obscuritate aut nimia brevitate laborent nec sine probabilitate ex retractatione repeti possint. Quamquam, cum constet poetam Graecam fabulam retractasse, aegre dicas, quid ipsi Plauto Graecam fabulam vertenti, quid poetae recentiori Plautina retractanti adscribamus. CAROLO SCHREDINGER, qui sine retractationis suspicione difficultates expedire posse sibi videbatur (cf. obs. in T. Macci Pl. Epidicum, Schweinfurt 1884), iure iam alii sunt oblocuti.

Ceterum in hac quoque fabula ut in omnibus quas edidi me SCHOELLII et SEYFFERTI amicorum consilio atque opera usum esse eisque nunc tertium se adiutorem acceptissimum adiunxisse FRANCISCVM SKVTSCH gratissimo animo et lubentissimo profiteor. GVYETI exemplar Parisinum HENRICVS GELZER, collega coniunctissimus, meo rogatu descripsit. Nonnullos errores qui in apparatum prioris editionis irrepserant ante me investigaverat diligentia viri desiderabilis, ALFREDI FLECKEISEN, qui, qua semper fuit erga me benevolentia, sua exemplaria fabularum Plautinarum post mortem mihi tradi testamento iusserat.

Ienae, Kalendis Septembribus.

G. G.

T. MACCI PLAVTI

EPIDICVS

Etiam Epidicum, quam ego fabulam aeque ac
me ipsum amo,
Nullam aeque inuitus specto, si agit Pellio.

Bacch. 214 sq.

ARGVMENTVM

Emít fidicinam fíliam credéns senex
Persuásu serui †atque conductam
Iterúm pro amica eí subiecit fílii.
Dat eríli argentum. eó sororem déstinat
Inprúdens iuuenis. cónpressae a se ac mílitis 5
Cognóscit opera síbi senex os súblitum.
Vt ílle amicam, haéc quaerebat fíliam.
Sed inuénta gnata séruolum emittít manu.

ARGVMENTVM INEPIDICVM PLAVTI *B E V J, nisi quod* INEPVDVCV̄ *J*

1. Mit *cum spat. init. V E et sic semper in principiis scaenarum* filiam *ex* fidicinam E^3 *Super* filiam *sup. scr.* suam *in J: similia glossemata passim argumento adcripta amplius non notabo* 2.* 3.* *Post* filii *distinxit Gz Anal. Pl. 82* 4—8. *Verba* Dat erili, Inprudens, Cognoscit, Vt ille, Sed inuenta *in J dispici nequeunt* 4.* erili E^1. herili E^3FZ sororem *ex* sorores *E* 5.* Imprudens *E* conpressę *B.* cōpressę *V.* compressae *Z.* compsse *E.* compresse *JF* a se ac *Opitz p. 264.* ac *libri* inclitis *Z* 6. oblitum *F* 7.* haec *B E V.* hic *JZ.* hic senex *F* quęrebat *BZ.* querebat *ceteri* 8.* Set E^3 *ex* Se emittat *V*.

PERSONAE

EPIDICVS SERVOS
THESPRIO SERVOS
STRATIPPOCLES ADVLESCENS
CHAERIBVLVS ADVLESCENS
PERIPHANES SENEX
APOECIDES SENEX
SERVOS
FIDICINA
MILES
PHILIPPA MVLIER
ACROPOLISTIS FIDICINA
DANISTA
TELESTIS VIRGO
POETA (GREX)

[A]

ACTVS I

EPIDICVS. THESPRIO
SERVI II

EPIDICVS

ulescens.

THESPRIO

Quís properantem mé reprehendit pállio?

EPIDICVS

s.

THESPRIO

Fáteor: nam odio's nímium familiáriter.

EPIDICVS

Réspice uero, Thésprio.

THESPRIO

Oh,
Épidicumne ego cónspicor?

EPIDICVS

Sátis recte oculis úteris. 5

I sc. 1 THESPRIO EPIDICUS *A.* EPIDICVS THESPRIO
O (*vel* II) *BEVJFZ, nisi quod* TESPRIO, *ut constanter,*
e personarum notis vide praefationem 1.* *Ita A, nisi quod*
m. adules///cens (s‿c *m. 2*) *B.* adulesces *V.* adolescens
r. alia m.) E. adolescens *JFZ* me reprehendit *Guyetus*
prehendit *iam Gulielmius*). me prehendit *BEVJZ* 2. *Ita A,*
ODIOES odio es *etiam reliqui, nisi quod* hodio es *J*
ter (a‿r *e corr. m.*², *ut vid.*) *B* 3. 4. *Ita A: uno v. com-*
BEVJ dhesprio *B. om. V* 4. epidicum ne *BEVJFZ*
Ita A: uno v. comprehendunt BEVJ 5.* SATISRECTEOCU-
A. Certe oculis uteris *BEVJFZ*

THESPRIO

Sálue.

EPIDICVS

Di dent quaé uelis.

Veníre saluom gaúdeo.

THESPRIO

Quid céterum?

EPIDICVS

Quod eo ádsolet:

Cená tibi dabitur.

THESPRIO

Spóndeo —

EPIDICVS

Quid?

THESPRIO

Me áccepturum, sí dabis.

EPIDICVS

Quid tú agis? ut ualés?

THESPRIO

Exemplum adést.

EPIDICVS

Intellego. eúge:

Córpulentiór uidere atque hábitior.

---

10. *Donatus in Ter. Eun. II 2, 11:* Quae habitudo est corporis]

6.* *Ita A* dident *B.* dii dent *EJ* quę *BJ.* que *EF* 7.* ———RESALUUMGAUDE(o♯)QUIDCE(te)RUMQUODEOADSOL(e?)T *A* Venire *in ras. praeter* V *B* saluon *FE*[1] (saluom *E*[*]) EP. Quod eo *BVJ.* esse quod eo *E (pers. add. m. 3).* EP. Esse quod *Z.* EP. Quod esse *F* assolet *libri praeter A* 8.* *Ita A, nisi quod* ACCEPTURUMSIDABIS dabitur tibi *JF* spondeo *BE*[2]*FZ cum A.* splendeo *E*[1]*VJ* quid (q *ex* e *corr.*) *E* *Inter* th esp *et* Me *24 litt. spat. V* sidabis *J* 9.* *Ita A* (QUID, TU, EXEMPLUM *initia constituens), nisi quod* ADESSEINTELLEGO♯EUGAE Quid magis *F* ut uales *iam Camerarius (ut A).* ut uelis *BEVJFZ* adest. EP. Intellego. euge *Gruterus atque (nisi quod* habes *pro* adest *scribit) Palmerius.* adesse intellego (intelligo *JZ*). EP. Euge *BEVJFZ* 10.* *Ita A, nisi quod* ABILIOR Opulentior *libri Donati* habere (*vel* — ri) *iidem* habitior *Donatus (Festus, Placidus): et sic Scutarius, Lipsius.* agilior *BEVJFZ*

THESPRIO

Huic grátia. 10

EPIDICVS

Quám quidem te iám diu 11[a]
Pérdidisse opórtuit. 11[b]

THESPRIO

Mínus iam furtificús sum quam antehac.

EPIDICVS

Quíd ita?

THESPRIO

Rapio própalam.

EPIDICVS

Di ímmortales te ínfelicent — út tu es gradibus grándibus.
Nam út apud portum té conspexi, cúrriculo occepí sequi:
Víx adipiscendí potestas módo fuit.

THESPRIO

Scurrá's.

EPIDICVS

Scio 15

Te ésse equidem hominem mílitarem.

Plautus in Epidico: 'Opulentior habere atque habitior' *(de libris Donati cf. Sabbadini Stud. It. II 96). Festus Pauli p. 102, 1:* habitior inguior. *Placidus Corp. gl. V p. 25, 22 = 72, 22 = 107, 36:* habitior plenioris habitus. *Huc rettulit Koch Mus. Rhen. vol. XXVI (a. 1870) p. 550* 12. *Cf. Ammian. Marc. XV 13, 3:* abiecte gnauus et, ut ait comicus, arte despecta furtorum rapiens propalam. *Cf. appendix.*

---

huic grā (*in ipso v. fine rubr.* EPIDICVS) *B.* hac gratia *JFZ.* huic (hac *m. 3*) gratia esse *E* 11[a].* 11[b].* *Ita A: contrahunt ceteri* EPI. *praem.* E^3 12.* *Ita A, nisi quod* FURTIFICUS *et* RAPIO furtificus (r *m. 2 ex* i *et* fi *m. 3 ex* si) *E* ante hac *BEV* quid ita? *Γ.* quid ita *Z. Inter* ita? *et* thes. *9 litt. sp. V* 13.* *Ita A, nisi quod* INFELICENT *et* UTTUES (*vix* —IS) *A* Dii *EJFZ* immortales im mortales *V*) *libri cum A* te infelicent *cum A Dousa.* infelicent *BEVJFZ, nisi quod ante* inf. *fortasse spatiolum in E* ut tu es *B* (*scr. m. 2 et* es *ex* is *corr.*). ut tu es (*vel* tues) *EVJFZ* 14.* *Ita A, nisi quod* OCCEPI aput *J.* ap̄ *E* curculio BE^1VZ (*corr.* E^3) 15.* *Ita A, nisi quod* SCURRAES ad ipisscendi *V* Scurra es *libri (cum A), nisi quod* ////Scurra es *(eras.* Sur *vel* Ser*) et* [illegible] *ras. B.* Scurraes *V* 16.* *Ita A* quidem *libri praeter A*

THESPRIO

Audácter quamuis dícito.

EPIDICVS

Quíd ais? perpetuén ualuisti?

THESPRIO

Várie.

EPIDICVS

Qui uarié ualent,
Capreáginum hominum nón placet mihi néque pantherinúm genus.

THESPRIO

Quid tíbi uis dicam nísi quod ést?

EPIDICVS

Vt illí res, respondé probe.
Quid erílis noster fílius?

THESPRIO

Valet púgilice atque athlétice. 20

EPIDICVS

Voluptábilem mihi núntium tuo aduéntu adportas, Thésprio. Sed ubíst is?

---

qđuis *J*. quđ uis E^3. quod uis *F*. quid uis *Z* ditito *B* 17.* *Ita A, nisi quod* QUIDAGIS *et* UARI(e#) EPI. E^3 *ex* thes Quid ais? *J, atque ita iam Acidalius.* Quid agis *ceteri cum A* perpetuon *FZ* ualuistin *F* 18.* *Ita A, nisi quod* CAPRIAGINUM Capre (Capere *V*) aginum B^1E^1V. Capreaginum *J (cf. Skutsch de nom. lat. suff. etc p. 28)*. Caprigenum B^2FZ. Capriginum E^3 hominem E^1VJ *(corr.* E^3*)* nonplacet *B* phantherinum (h *exp. m. 3*) *E*. panterinum *F* 19.* QUIDTIBIUISDICAMNISIQUODEST#UTIL-LAERESOBSTENIA— *et in novo v.* —P(roba)E *A (sed incertissima lectione)* TH. *ex* EP. E^3 EP. Vt illi res, responde probe *Gz exempli causa.* EP. Vt illi respon *(sequitur spat. circ. 7 litterarum)* probe B^1E^1VJ. EP. (Tepri E^3) Vt illa (ille *F*) respondeas probe E^3FZ (respondit E^2 *correxerat*). EP. Vt illi respondi THES Probe *correxit* B^2 20. *Ita A* EP. *praemitt. libri* herilis *JFZ* nr̃ E^1. nr̃ E^3 filius ualet? THESP. *BEVJFZ* pugilicę *V*. pugelice E^1 *(corr.* E^3*)* athletice (e *post* h *expuncta*) *E* 21.* *Ita A, nisi quod* ATPORTAS EP. *om. J* Voluptabile *J* michi *J* nuncium *JZ* adportas, Thesprio] adtulisti *BEVF*. attulisti *JZ* 22.* *Ita A, nisi quod* ADUENIT *et* ERGOESTNISI Set *E* ubi est is B^2FZ. ubi estis B^1EVJ

THESPRIO

Aduenít simul.

EPIDICVS

Vbi is érgost? nisi si in uídulo
Aút si in mellina áttulisti.

THESPRIO

Deí te perdant.

EPIDICVS

Té uolo —
Percóntari, operam da: ópera reddetúr tibi.

THESPRIO

Ius dícis.

EPIDICVS

Me decét.

THESPRIO

Iam tu autem nóbis praeturám geris? 25

EPIDICVS

Quem díces digniórem esse hominem hoc hódie Athenis álterum?

THESPRIO

At únum a praeturá tua, Epídice, abest.

àduenit *cum A Dousa.* adueni *BE³JFZ.* aduenis *E¹V* simul//ubi *B.* simul ubi *E¹V (pers. add. E³)* ergo est nisi *F cum A.* ō g̃ est n̄ *J.* ergost nisi *E³Z.* egost. EP. Nisi *BE¹.* ego est EP. nisi *V* si inuidulo *BE¹VJZ.* si innidulo *E³.* simmidulo *F* 23.* *Ita A, nisi quod* INMELLINA si *sup. scr. E²* imellina *B* adtulisti *F* Di *B.* Dii *EJFZ* 24.* *Ita A, nisi quod versum a margine sinistro reductum habet et* PERCUNCTARI ‖ Percontari operam (perctari *B.* p̄ contari *J,* percunctari *F*) *libri praeter A* operam *E¹V (corr. E³)* reddetur *cum A etiam E³F.* redditur *E¹JZ.* //reditur *B.* reditur *V* 25. 26. *Quattuor versiculis discribit A* IUS, DICIS, IAM, DICTIS *initia constituens. In BEVJ verba* Ius — decet *versui 24 adhaerent, a* Dices *novus v. incipit* 25. *Ita A* //Ius (*erasa* p) *B* Medec & (Medec& *B²*) *B* aut *ex* antē *E³* preturam *EJFZ* 26.* *Ita A, nisi quod* DICTIS *et* (at)HEN(is)ALTERUM *om.* hominem hoc hoc *add. Gz. om. libri* digniorem alterum esse hominem hodie Athenis alterum *F* 27.* ATUNUMAPRAETURA *A medio versu. Cetera usque ad v. 52ᵇ in A desunt: quem tamen in duabus paginis plus quam Palatinos habuisse vix probabile, cum nihil desideretur et discriptio incerta sit propter versus 9 et 24 sqq.*

EPIDICVS

Quidnám?

THESPRIO

Scies:

Lictóres duo, duo úlmei fascés uirgarum.

EPIDICVS

Vaé tibi.

Séd quid ais?

THESPRIO

Quid est quód rogas?

EPIDICVS

Vbi árma sunt Stratíppocli?

THESPRIO

Pól illa ad hostis tránsfugerunt.

EPIDICVS

Ármane?

THESPRIO

Atque quidém cito. 30

EPIDICVS

Sérione dícis tu? 31ᵃ

THESPRIO

Sério inquam, hostés habent. 31ᵇ

EPIDICVS

Édepol facinus ínprobum.

Thesprionis nota in E versui 26 *adhaeret* apraetura *B*. aptura *J*. a praetura (*vel* pret.) E^3FZ. ad praetura E^1V epudice *V* ab est *B* Quid (qid̃ *V*) nam *BEVJFZ* 28.* Licto res *B*. Littores *F* ulmei *quosdam coniecisse dicit Hermann Elem. p. 161.* uiminei *libri (nisi quod* inminei *V*, iuminei *ut vid.* E^1: ui- E^3) fasces (s *post* a *s. scr.*) *J* Ve *EVF*. Vt *J* 29.* Set *E*. S; *J* ///ais *B*. ais *reliqui* est quod *add. Skutsch. om. libri* strathippocli *BV*. strathiphocli (*altera* h E^3 *ex* r) *EJFZ* 30.* adhostis *B*. adhostes *J*. ad hostes *FZ* trans fugerunt *B* arma ne *J* At *F* 31ᵃ. 31ᵇ.* *contrahunt libri* Serio ne *BF* dic^{s}/// /// *J* 32.* Aedepol *Z* facinus *B*, *sed* cin *in ras* B^2 improbum *EVJFZ*

THESPRIO

At iam ante álii fecerúnt idem.
Érit illi illa rés honori.

EPIDICVS

Quí?

THESPRIO

Quia ante aliís fuit.
Múlciber, credo, árma fecit quaé habuit Stratíppocles:
Tráuolauerúnt ad hostis.

EPIDICVS

Túm ille prognatús Theti 35
Síne perdat: alia ápportabunt éi Nerei fíliae.
Id módo uidendumst, út materies súppetat scutáriis,
Si in síngulis stipéndiis is ad hóstis exuuiás dabit.

THESPRIO

Supérsede istis rébus iam.

EPIDICVS

Tu ipse úbi lubet finém face.

---

35. 36. *Priscianus VI p. 252, 7:* *Θέτις Θέτιδος*, Thetis Thetidis, quamuis ablatiuum eius 'ab hac Theti' Plautus protulit in Epidico: 'Tum — filiae' 39. *Nonius p. 40, 5:* Supersedere manere, perseuerare, quasi in uoluntate et consilio sedere . . . Plautus Epidico: 'Supersede . . . face'

33.* Qui *pro* Quia *V* ante *JF, Ritschelius Op. phil. II p. 546.* antea *BEVZ* alios *F* 34.* quę *J.* que *EF* stratiphocles *JFZ* 35.* Transuolauerunt *EFZ.* Tra uolauerunt *J* adhostis *B.* adhostes *J.* ad hostes *FZ* *Pers. om. F* tethi *Z* 36.* adportabunt *cod. H Prisciani* ei nerei *EVJF*, *Priscianus.* ei naerei (*ex* narei) *B.* nerei *Z* filię *BVJ.* filie *EF* 37.* Idmodo *J* uidendum est *libri, nisi quod* uiuendum est *J* at scutariis B^2 *in margine.* scutariis *FZ.* scrutariis *in contextu B.* scrutariis at scrutariis *V.* scrutariis at scrutariis *(priorem* r *m 3 expunxit) E.* scrutariis *et s. scr.* t scrutariis *J* 38.* EP. *praem. F* Si in *om. F* stipendiis, *sed tert.* i *s. scr. J* 39.* TH. *add.* B^2 Sup sed istis B^1V: sed^c *corr.* B^2. Super set istis E^1. superside istis E^3, *pars. codd. Non.* Sup se deistis *J* Tum *JF* ubi B^2. ibi B^1 lubet finem (finē B^2. fine B^1) face *BJFZ.* iubet finem face *V.* lubet finem face (l *m. 3 ex* i, t f *e corr.,* face *ex* facere *et ante* face *m. 1 ut vid.* fine *del.*) *E*

THESPRIO

Desíste percontárier.

EPIDICVS

Loquere: ípse ubist Stratíppocles? 40

THESPRIO

Est caúsa qua causá simul mecum íre ueritust.

EPIDICVS

Quídnam id est?

THESPRIO

Patrém uidere sé neuolt etiámnunc.

EPIDICVS

Quaproptér?

THESPRIO

Scies:
Quia fórma lepida et líberali cáptiuam adulescéntulam
Dé praeda mercátust.

EPIDICVS

Quid ego ex te aúdio?

THESPRIO

Hoc quod fábulor.

EPIDICVS

Cúr eam emit?

40.* percontrarier *J.* percunctarier (nc *e corr. atque ex parte in ras. B*) *B E V F Z* ipse ubi est *B V J F.* ubi ipse est *Z atque E (ubi tamen* ubi *m. 3 addidit)* stratiphocles *J F Z.* stratipocles *E.* stratippodes *V*
41. Est causa — ueritust *Epidico tribuit F, unde personae usque ad finem scaenae commutantur* Est causa simul *J* (qua causa *add. m. 2*) ueritus est *V J* Quid nam *B J* 42.* Patrem uidere se neuolt *Bothe, Hermann El. p. 161.* Patrem (Paterem *J*) uidere senem non (sene ñ *V*) uult (uolt *E J F Z*) *B E V J F Z* etiã nunc *B* quampropter *Z* *Pers. add. E³: om. E¹* Scies *B.* Tu scies (*vel* tusc.) *E V J F Z (ubi* Tu *delevit Pylades)* 43. THE. *ante* Quia *del. E³* adolescentulam *B E V J Z*
44. Depraeda *B.* Deꝑda *J.* De preda *V F.* Da praeda (De *m. 3*) *E* mercatus est *V J* exte *B E V J* 45—60. *Haec sunt initia in B E V J:* Cur eam, Animos habet, Ipse mandauit, Emeretur sibi, Inalto uentus est, Male pdidit me, Quid istanc, Istuc te rogo, Tot quadraginta, Apud thebas, Singulas nummis, Vna cum eo, Ego interii, Epidice, Num quid ita, Mittebat sed, Seruũ homine, Trepidas 45. Quor *F* emet *E¹ V J (corr. E³)*

THESPRIO

Ánimi causa.

EPIDICVS

Quót illic homo animós habet? 45

Nam cérto prius quam hinc ád legionem abiít domo,

Ipse mándauit mihi áb lenone ut fídicina

ıam amábat emeretúr sibi: id ei ímpetratum réddidi.

THESPRIO

cúmque in alto uéntust, Epidice, éxim uelum uórtitur.

EPIDICVS

ıé misero mihí: male perdidít me.

THESPRIO

Quidnam istúc? quid est? 50

EPIDICVS

ıíd? istanc quam emit quánti eam emit?

THESPRIO

Vílei.

EPIDICVS

Haud istuc té rogo.

THESPRIO

Quíd igitur?

EPIDICVS

Quót minis? 52ª

---

qđ *V* annos *F* 46.* ad legionem *EVJFZ.* adlegationē *B* *d* at *exp. m. 2)* 47.* michi *EJ* ab lenone E^3VF. ablenone *BJ* *si quod* ablectione *J ante ras.).* ab lenonem E^1. ad lenonem *Z* cina *ex* fidicinā *ras. BE.* fidicinam *Z* 48.* quamamabat *B* i *E* imperatum *E (et in marg.* at impetratum *m. 3)* 49.* Vtıque *FZ* inalto *BJ* uentus est *libri* exim VE^1. exin *ex* m *B.* eximo (*vel* ex imo) E^3FZ. exuno *J* uelum *ex* uelim E^2 *in* *ura* uoratitur E^1V *(corr.* E^3*).* uertitur *J* 50.* Ve *libri* Quidn istuc? quid est *Camerarius.* Quid istuc quidnam (quid nam *BJ*) *libri (in ras.* E^2*)* 51. 52. *Verba* Quid — Quot minis *add.* E^2 51. Quid istanc *in ras. E* istam *F* qua *V* quanti *s. scr.* B^2 ei *B: s. scr.* p uili B^2. uilei *E.* uili VJE^3FZ istac *J* 52ª.* Quidi ur *ex* reddigitur E^3. Quid igitur *JFZ.* Reddigitur B^1E^1V. Reddiur B^2 qđ *V.* quot *ex* qui *vel* quid *corr.* E^3

THESPRIO

Tót, quadragintá minis. 52ᵇ
Íd adeo argentum áb danista apud Thébas sumpsit fénore
Ín dies minásquè argenti síngulas nummís.

EPIDICVS

Papae.

THESPRIO

Ét is danista aduénit una cúm eo qui argentúm petit. 55

EPICICVS

Dei ímmortales, út ego interii básilice.

THESPRIO

Quid iam? aút quid est, Épidice?

EPIDICVS

Male pérdidit me.

THESPRIO

Quís?

EPIDICVS

Ille qui arma pérdidit.

THESPRIO

Nam quíd ita?

EPIDICVS

Quia cottídie ipse ad me áb legione epístulas

52ᵇ.* *Ab hoc v. accedit A, ubi* —AMINIS *est versu a fine reducto* Tot quadraginta *BEVJFZ* 53.* IDADEO(ar)GEN *et in fine* RE *A* EP. Id adeo *Z* *Ante* Id *m. 3* e *vel* c *scr. et del. in E* EP. Ab danista *F.* TE. Ab danista *E*³*Z* *Ante* danista *ut vid.* a *del. E* Aput *J* thebas EP. *E*³*Z.* thebas TH. *F* sumpsit *B.* sumpsti *EVZ.* sumpsisti *JF* foenore *libri* 54.* IN— *ab initio A* TH. *praem. E*³*Z.* EP. *praem. F* indies *BJ* minas que *EV* nũ mis *V.* numis *F* TH. *F* Pape *BJE*³. Eape *E*¹*V* 55.* ETISDA— *a principio A* 56.* DEIIMMORT— *et* —DEST *in fine A* Di *BVJ.* Dii *EFZ* immortalis *ex* immortales *E.* inmortalis *V* basilice *FZ atque ante corr. J.* balisce *B.* basilisce *EVJ corr.* Qui///iam aut est *J* 57.* EPIDIC— *a principio (non reducto) A* Male *add. Brix praef. Curc. p. XVII. om. libri* arma perdidit *Pylades.* perdidit arma *libri (nisi quod* perdidit me arma *V)* 58.* NAMQU— *a principio et* —LAS *in fine A* Namquid *E*³*FZ cum A.* Num quid *BEV.* Numquid *J* cottidie *B.* cotidie *EVJF.* quottidie *Z* ad me *VEFZ.* adme *BJ* ab legione *E*³*FZ.* ablegione *BJ.* ad legione *E*¹*V* epistolas *BEVJZ*

Mittébat — sed taceam óptumumst.
Plus scíre satiust quám loqui seruom hóminem:
ea sapiéntiast. 60ᵃ 60ᵇ

THESPRIO

Néscio edepol quíd tu timidu's: trépidas, Epidice: íta * * * *
* * * * * * * * * * * * * uoltúm tuom 61ᵇ
Videór, uidere cómmeruisse hic me ábsente in te aliquíd mali.

EPIDICVS

Potin út molestus né sies?

THESPRIO

Abeo.

EPIDICVS

Ásta: abire hinc nón sinam.

THESPRIO

Quíd nunc me retinés?

EPIDICVS

Amatne istam quam émit de praedá?

59.* MI(tteb)A— *A a principio (remoto, ut vid.)* s, *B.* set *E* optumum est *BJFZ.* obtumum est *EV* 60ᵃ.* 60ᵇ.* PLUSSCI— *et in fine* AST *uno v. A* satius est *BEVFZ.* satis est *J* seruum *BEVJZ.* seruon *F* sapientia est *BEVJFZ* *Versuum* 61—76 *haec sunt initia in BEVJ:* Trepidas epidice, Hic me absente, Abeo ♯ Assta, Amat ne, Detegetur, Iuppiter te, Venire. adcheribolum, Eo uenturus, Prius se, Quod debetur, Mitte me, Pereunda est 61.* NESCIOEDE— *a principio A* Te nescio edepol *Z* quid *JFZ.* qđ *V.* qđ/// *pro* quid *B*². qui *E*¹ (quid *E*²) timidus es (timides *V.* timidus est *F*) trepidas *BVJF.* trepidas *EZ* *Lacunam indicavit Gz* tuum *libri* 62.* UIDE(o)RUIDER— *A* uidere *om. F* ab sente (s *ex* a) *E* inte *et supra scr.* ɔtrate *B.* inte *EVJ* 63. PO(t)EN— *A* Potui *J* ne sies *Camerarius.* nesis (*vel* ne sis) *BEVJFZ* assta *B.* asta *EJZ.* astat *V.* adsta *F* hinc *BF.* huic *EV.* hunc *J.* nunc *Z* 64.* QU(idn)UNCM— *A, quibus sub finem* Q *addit Studemundus: secuntur tres versus, quibus nihil dispici potuit: quorum quidem primi et initium et finis scriptura caruit, ut extrema verba v. 64 ibi extitisse videantur. De reliquis duobus versibus nihil adfirmari potest, nisi quod initia et exitus scriptura carere videntur* THES. *ex* EP. *E*³ merecines *V* Amat ne *BEVFZ.* Amat me *J* depda *BJ.* depreda *VF.* de praeda (d *in* de *m. 3 e corr.*) *E*

THESPRIO

Rogas?

Déperit eam —

EPIDICVS

Détegetur córium de tergó meo. 65

THESPRIO

Plúsque amat quam te úmquam amauit.

EPIDICVS

Iúppiter te pérduit.

THESPRIO

Mítte nunciám * * * * * * * * *

* * * * nam ílle me uetuít domum

Veníre: ad Chaeribúlum iussit húc in proxumúm.

Íbi manere iússit: eo uentúrust ipsus.

EPIDICVS

Quíd ita?

THESPRIO

Dicam:

Quía patrem prius cónuenire sé non uolt neque cónspicari 70

Quám id argentum quód debetur pró illa dinumeráuerit.

EPIDICVS

Eú edepol res túrbulentas.

---

65. *Nonius p. 278, 20:* degere est detrahere. Plautus in Epidico: 'Degitur . . . meo'

65.* DEPER— *et* —GOMEO *A* eam *add. Gz. om. libri* deperiit *F* degetur E^3. degitur *FZ cum Nonio* detergo *BJ* 66.* PLUSQ·AM— *et* —P(erd)UIT *A* plusque *B.* plus te *EVJFZ* quam unquam *F* Iupiter *F.* Iuppiter, *sed prior* p *ex* u *corr., B* 67—72. *In A ultimus folii rectae pag. v. legi nequit: item duo primi paginae versae (initia et exitus prioris scriptura carent): deinde haec apparuerunt in proximis quinque v.:* U(en)IR— *(non reducto v.) et in fine* —ROXUMUM, IBIM— *et in fine* —DICA, QU— *et in fine* —NEQ·CONSPICARI, QU — *et in fine* —MERAUERIT, E— *et* —NCIAM 67ᵃ.* 67ᵇ.* *Ita Gz e vestigiis Ambrosiani* nunc iam *libri* 68.* adcheribolum *BJ.* ad cheribolum *EVFZ* in proxumum *F.* inproxumum *BJ.* in proximum *EVZ* 69.* *Post* ibimanere *Camerarius in B* se *adscripsit* uenturus est *libri* ipsus *ex* ipse *E.* ipsius *J.* ipse *Z* 70.* conuenire se *Pylades.* se conuenire *BEVJFZ (nisi quod* Priusse *iungit V)* neq conspicari/// *B* 71.* debet *F* 72.* eu aedepol (h *et* a *m. 2) B.* euedepol E^1V. tu edepol E^3JFZ res turbulentas (r *in ras.*) B^1. res turbulentast B^2. res turbulentus E^1V. re es turbulentus E^3FZ. re es turbulentius *J*

THESPRIO

Mítte me, ut eam núnciam.

EPIDICVS

Haécine ubi scibít senex,
Púppis pereundást probe.

THESPRIO

Quíd istuc ad me áttinet, 75
Quó tu intereás modo?

EPIDICVS

Quía perire sólus nolo, té cupio períre mecum,
Béneuolens cum béneuolente.

THESPRIO

Ábi in malam rem máxumam a me
Cúm istac condicióne.

EPIDICVS

I sane, síquidem festinás magis.

THESPRIO

Númquam hominem quemquám conueni, unde ábierim lubéntius.

EPIDICVS

Íllic hinc abiit: sólus nunc es. quo ín loco haec res sít uides, 81

---

nunc iam *BE*. nuntiam *F* 73—76. *Quattuor quos dedi v. in A quinque occupaverunt: sed nihil dispici potuit* 73.* Hęcine *BE*. Hecine *V*. Haeccine *JZ*. Hec *F* ubiscibit *J* 74.* pereunda est *libri*

75.* istac *J* adme *BJ* adtinet *F* 76.* ǫtu *V* 77—103. *Haec sunt in BEVJ initia*: Quia perire, Abi inmalam, I sane, Abierim libentius, Epidice, Impendent, Itaque inte, Ex impedito, Senem ut, Emit quam, Si sibi nunc, Nā ubi, At enim tu, Nequā, Qui lubido, Tuquidem ante hac, *(lacuna)* quid?, Adolescenti, Cum cheribulo, Placide 77.* QU— *et* —REMECUM *A* 78.* B(e)NEUO(le)NSCUMBEN— *et* L (malam) *A, in quo versus bipartitus fuit* inmalam *B* maxumam *BJF*. maximam *EVZ* a me *FZ*. ame *BEV* 79. CUMISTAC(co)N(di)C(io)N(e ‖ eisanesiqu)IDEMFE(st)INASMAGIS *A* conditione *EVJZ* Isane *J* siquid (si quid *FZ*) *libri praeter A* 80.* NUMQU— *A (ubi versus bipartitus fuit)* nunquam *BJF* libentius *B*. iubentius E^1V *(corr.* E^3*)* 81.* ILLICHINCA(bii)T(sol)USNUNCESQUO(inl)OCOHAECRESSITUIDES *A* illic hinc, *sed* hinc *ex* huic *corr. B*. illinc hinc E^1V*: corr.* E^3. Illic hic *F* solus es nunc *EVJZ*. Scelus es nunc *F*. *Cetera usque ad v.* 85 (nunc) *desiderantur in EVJFZ: cf. Anal. Pl. p. 74* inloco *B* hęc *B* fit B^1*: corr.* B^2

Épidice: nisi quíd tibi in tete aúxilist, absúmptus es.
Tántae in te inpendént ruinae: nísi suffulcis fírmiter,
Nón potes subsístere: itaque in te írruont montés mali.
Néque ego nunc quó modo 85
Me éxpeditum ex ímpedito fáciam consiliúm placet.
Égo miser pérpuli
Meís dolis senem, út censeret súam sese emere fíliam.
Ís suo fílio
Fídicinam emit quam ípse amat, quam ábiens mandauít mihi. 90ᵃ
Sí sibi nunc álteram 90ᵇ
Áb legione abdúxit animi caúsa, corium pérdidi.
Nam úbi senex sénserit
Síbi data esse uérba, uirgis dórsum despoliét meum.
Át enim tu praécaue.
Át enim — bat enim: níhil est istuc. pláne hoc corruptúmst caput.
Néquam homo's, Épidice. 96
Quí lubidost mále loqui? 97ᵃ
Quía tu te déseris. 97ᵇ
Quíd faciam? — Men tú rogas?

82.* EPIDICENISIQU(i)D— *A* intete auxilii ē *B* 83.* TANTAKINTEINP— *et* —R *in fine A* tantę *B*². tante *B*¹ inte *B* Impendent *B* ruinę *B*². ruine *B*¹ 84.* NONPO(te)SSUBSI— *A* inte irruunt *B*

85.* (ne)Q— *et in novo v.* QUOMODO *A* quomodo *B*. qm̊ *E*¹. q̊m̊ *JE*³ modo *om. Z* 86. MEEXPEDITUMEXIMPE— *A* Eximpedito *J* 87. Ego *(sic, non* ego *in medio v.) B* *Duobus versiculis discribit A, quorum in priore nihil, in altero* —PUL— *apparuit* 88. MEISDOL(ei)SSEN— *A* senem *ex* senex *E* 89.* *Duobus v. discribit A, sed nihil apparuit* Is *(non* is *B, in medio v.)* filio *om. E*¹*: add. in marg. E*³ 90ᵃ.* FIDICIN— *A* 90ᵇ.* 91.* *Coniungit ut vid. A, ubi* SI— *ab initio dispici potuit* 90ᵇ. Si sibi *B*. Sibi *EVJFZ* ablegione *B* adduxit *FZ*. abduxi *J* anima *EV* 92. *Monometros discribit A, sed nihil apparuit* nā/// *B* 93.* SIBIDATAESSEUE— *A* esse data *F* *Ante* dispoliet *del.* pdae *E*² *ut vid.* despoliet *BE*²*JFZ*. dispoliet *E*¹*V* 94.* ATENI(mtu) *et in novo v.* PRAECAUE *A* tunc *Z* 95.* *Ita A* At enim bat enim *om. libri praeter A* nichil *EJ* plane hoc *BEVFZ cum A (nisi quod in* plane p *ex* p̄cau *E).* plane *J* corruptumst *B*²*E*³*VZ (sequitur 6 litt. spat. in B).* corruptust *E*¹. corpuptūst *B*¹. corruptum est *F* 96. *Monometros discribit A, sed nihil legi potuit* Nequā/// /// /// *B*. neq. *J* homo es *libri* *Post* epidice *plus quam dimid. v. vac. V* 97.* *In A qui uno v. omnia comprehendit nihil nisi* —RI— *sub finem apparuit* lubido st *B*. libidost *EFZ*. lubido est *VJ* quia tu te *B*¹ (tu te te *B*² *ut vid.*). quia tute *EJFZ*. quia tute te *V* desideris *J* 98.* Q(uif)ACIAM *et in novo v.* (m)ENROGAS *A* fatiam *E* men

Túquidem antehac aliís solebas dáre consilia mútua.
Áliquid aliqua réperiundumst. séd ego cesso ire óbuiam 100
Ádulescenti, ut quíd negoti sít sciam: atque ipse íllic est.
Trístis est: cum Chaéribulo incédit aequalí suo.
Húc concedam, orátionem unde hórum placide pérsequar.

STRATIPPOCLES. CHAERIBVLVS. EPIDICVS
ADVLESCENTES II SERVOS

STRATIPPOCLES

Rém tibi sum elocútus omnem, Chaéribule, atque ádmodum
Meórum maerorum átque amorum súmmam edictauí tibi. 105

CHAERIBVLVS

Praéter aetatem ét uirtutem stúltus es, Stratíppocles.

---

tu rogas *libri praeter A, nisi quod* mentii *(4 litt. sp.)* rogas *V et* mentu- rogas *J* 99.* TUQ— *et* S(darec)ONSILIAMUTUA *A* Tuquidē *B*. Tu quidem *reliqui* ante hac *BE¹VJ*. antehac *E³FZ* 100. ALIQ— *et* GO(cessoire)OBUIAM *A* Aliquid aliqua *Geppert duce A*. quid? aliqua *BEV cum lac. in principio v.* Quid? aliqua *sine lac. JFZ* reperiundum est *JFZ*. repperi undū est *V*. reppiundum est *E*. reperi- periundū st *B* set *E* censo *E¹V*. ceso *E³* 101. ADULES— *et* TSCIAM- ATQ·IPSEILLECEST *in fine A* adolescenti (*vel* Ad.) *BEVJZ* negotii *BEVJFZ* Atq, (*non* atq,) *B* illic *libri praeter A* 102. —LISU— *A* Cum cheribulo *BEV atque, nisi quod* cheribolo *ante corr., E*. Cum cheribolo (Cumch. *J*) *JFZ* equali *EJF* 103. —QUAR *A* huc *ex* huic *E³* concedā *ex* concedo (*vel* -de) *B* eorum *F*

Act. I sc. 2 —EPIDICUS *A*. STRATIPPOCLES CHERIBOLVS ADO- LESCENTES *et secundo v.* EPIDICVS SERVVS DV *B*. STRATIP- POCLES CHERIBOLVS ADOLESCENTES EPIDICVS SERVVS DV *V*. STRATIPPOCLES CHERIBOLVS ADOLESCENTES SERVVS DV *E*. STRATIPHOCLES CHERVBVLVS ADOLESCENS EPIDICVS SERVVS *J* *(et, nisi quod* CHERIBOLVS *et sine* SERVVS, *FZ)* *Personae in B* STRA *et* CHERI *et* EPID *notis indicantur* 104—111. *Initia haec sunt in BEVJ:* Rem tibi, Merorum, Praeter, Quia captiuam, Vicio qui, Illoc facto, Iam istoc 104. —DMODUM *A* cheribole *EVJF*. chęribole *Z*. chribole *B* ad modum *Z* *Post* admodum *4—5 litt. ras. B* 105.* —DICTAUITIBI *A* meorum *BE³FZ*. eorum *E¹VJ* Merorum *B*. Merorum *EVJF*. Moerorum *Z* edictauit ibi *E¹V (corr. E²)*. edictau tibi *J* 106.* —OCLES *A* Praeter *(et post id voc. circ. 6 litt. eras.) B*. Pret̃ *V*. Praeter *ex* propter *corr. E²*. Preter *JF* ętatem *(sed.* ę *ex* e *m. 2 et* a *ex corr.) B*. etatem *EF* strati- phocles *JFZ. idem ex* stratipoces *E³*. stratippodes *V*

Ídne pudet te, quía captiuam génere prognatám bono
Ín praeda's mercátus? quis erit uítio qui id uortát tibi?

STRATIPPOCLES

Qui ínuident, omnés inimicos míhi illoc facto répperi:
Át pudicitiae éius numquam néc uim nec uitium áttuli. 110

CHAERIBVLVS

Iam ístoc probior méo quidem animo's, quóm in amore témperes.

STRATIPPOCLES

Níhil agit qui díffidentem uérbis solatúr suis:
Ís est amicus qui ín re dubia ré iuuat, ubi rést opus.

CHAERIBVLVS

Quíd tibi me uis fácere?

STRATIPPOCLES

Argenti dáre quadragintá minas,
Quód danistae détur unde ego íllud sumpsi fénore. 115

CHAERIBVLVS

Si hércle haberem, póllicerer.

107.* —GNATAMBONO *A* id ne pudet *BEZ.* idnepud&t *V* bono at probo *EV.* bono *et s. scr.* t probo *BJ* 108.* IMPRAEDAESMERCATUSQ(ui)SERITUIT(io)QUIIDUERTATTIBI *A* in praeda es *Z.* inpraeda es *BE.* inpreda es *V.* inpda es *J.* in preda es *F* Vicio *BJ* qui id *B.* quid E^1V. qui id non E^3JZ. qui non *F* 109—111.* *omittit A* 109.* inimicis *ex* inimicos *corr. ut vid.* E^3 repperi *E* 110. ac *Z* puditiţię *V.* pudicitie *EJF* eius *B.* & *V.* et *ante ras. E. om. JFZ* necuim *B* uicium *BJ* adtuli *F.* attuliţ *V* 111.* istac *J* meo quidem animo's *Bothe.* es meo (modo *Z*) quidem animo *libri* cum *libri praeter F* inamore *BJ* 112—120. *Initia haec sunt in BEVJ:* Nihil agit, Dubia, Argenti dare, Illud sumpsi, Nam quid, Auxilium, Differor, Furno mensos 112.* *Ita A* Nichil *EJ* consolatur *EZ* 113.* *Ita A, nisi quod* QUII(nre) *et* REEST isē *V.* Is (*non* is) est *B* inre *B* inte *J* reiuuat *B* (*et s. scr.* .i. ope). reuiuat *V.* te iuuat *ex* re iuuat E^3. te iuuat *Z* re est *BEFZ.* rē est *V.* te est *J (corr.* re *man. rec.)* *V.* 114—149 *desunt in A* 114. qid *V* minas, *sed* s *e corr., fort. ex* m, *B* 115.* qđ *ex* q E^3 daniste *EVF.* dastinae *J* detur *Pius.* datur *libri* *Post* sumpsi *2—3 litt. ras. B* foenore *J.* fenore *F.* fenore *ceteri* 116.* pollicerer *Mueller Pl. Pros. p. 257 adn. coll. v. 331. om. libri*

STRATIPPOCLES

Nám quid te igitur rétulit
Béneficum esse orátione, si ád rem auxilium emórtuomst?

CHAERIBVLVS

Quín edepol egomét clamore dífferor, difflágitor.

STRATIPPOCLES

Málim istius modí mihi amicos fúrno mersos quám foro.
Séd operam Epidicí nunc me emere prétio pretiosó uelim: 120
Quém quidem ego hominem írrigatum plágis pistorí dabo,
Nísi hodie prius cómparassit míhi quadragintá minas,
Quam árgenti fuero élocutus eí postremam sýllabam.

EPIDICVS

Sálua res est: béne promittit. spéro, seruabít fidem:
Síne meo sumptú paratae iám sunt scapulis sýmbolae. 125
Ággrediar hominem. áduenientem péregre erum Stratíppoclem
Ímpertit salúte seruos Épidicus.

STRATIPPOCLES

Vbi is ést?

STRATIPPOCES *in B scripsit rubricator: similiter E in lacuna habet* STRATIPOCLES. *lac. J Post* te *4—5 litterae erasae in B* rettulit *Z* 117. Beneficum *BE*^{3}. beneficium *E*^{1}*JFZ*. benefitiū *V* adrem *BJ* emortuum est *libri* 118.* Qui *J* edepol, *sed* p *e corr. et* e *ex* i *B* amore *JFZ* differor, difflagitor *Skutsch de nom. lat. comp. thes., Vsener Mus. Rh. t. LVI (a. 1901) p. 12.* Differor diffatigor *B et ante corr. J.* Differor difatigor *V.* Differor defatigor *EFZ* 119.* michi *E* mensos — hodie *(v. 122) add. E*^{2} mersos *FZ.* mensos *BEVJ Ad* quā foro *(ita B*^{1} *in contextu) pertinent in margine B*^{2} *adnotata haec:* ī quā tefore 120.* s, *BEJ* epidice *J* precio *BJF* precioso *BF* 121—130. *Haec initia sunt in BEVJ:* Quem quidem, Prius comparassit, Elocutus ei, Spero seruabit, Aggrediar hominem, Salua impertit, Saluum te, Bene ne, Quod ad me 121.* ego *om. F* 123. sillabam *BEVJ* 124. promittit *B.* promitte *EVJFZ* Spero, *sed* p *ex* pr *ut vid., B* fidem *Lambinus.* idem *BVJF.* id̄ *E.* id *Z* 125. parate *BEF.* paratę *J* iamsunt *B* simbolę *B.* simbole *EVJF* 126.* Adgrediar *ex* Aggrediar *E* herum *F, Bentley.* erum suum *BEVJZ, nisi quod* herum *JZ* stratiphoclem *E*^{3}*FZ.* stratippoclen *BV* (n *ex* m *B.* n̄ *V*). stratiphoclen *J.* stratipoclen *E*^{1} 127.* Impertit *Weise.* Salua impertit *BEVJ.* salua impartit *FZ* salutem *Z* seruus *libri*

EPIDICVS

Adest.

Sáluom huc aduenísse —

STRATIPPOCLES

Tam tibi ístuc credo quám mihi.

EPIDICVS

Bénene usque ualuísti?

STRATIPPOCLES

A morbo uálui, ab animo aegér fui.

EPIDICVS

Quód ad me attinuit, égo curaui. quód mandauistí mihi,
Ímpetratumst: émpta ancillast, quód tute ad me lítteras
Míssiculabas.

STRATIPPOCLES

Pérdidisti omnem óperam.

EPIDICVS

Nam qui pérdidi?

STRATIPPOCLES

Quía meo neque cárast cordi néque placet.

EPIDICVS

Quid rétulit
Míhi tantopere té mandare et míttere ad me epístulas?

---

ad est *B* 128.* Saluum *BEVZ.* saluon *F* huc *Seyffert praef. Curc. p. XVII.* te gaudeo (a *ex* e B^2) huc *libri* tibi *corr. ex* istuc *B* 129.* Benene (ne *poster. s. scr. E*) usque *EZ.* Bene neusq. *V.* Bene ne usque *BF.* Bene ne *J* ST. *s. scr. B* Amorbo *EVJ* abanimo *J.* ab āmo (imo *corr. m. 3*) *E* eger *BEVJ* 130.* adtinuit *VF* qđ *ex* q E^3 mandauisti *Bentley, Bothe.* mandasti *libri* 131—140. *Haec sunt in BEVJ initia:* Emptast ancilla, Perdidisti, Cordi neque, Et mittere, Impendet, Id quod, Desipiebam, Oportet fieri, Subdas succidaneum 131.* impetratum *(ex* imperatum E^2*)* est *libri* empta ancilla est *Camerarius.* Emptast ancilla *BEZ.* Empta est ancilla *VJF, nisi quod* Emta *J* adme *BJ* 132. missiculabus J^1 *(corr. m. recentior)* per didisti *J.* perdidisti *ex* perdisti *E* Nam quid *F* 133. qui ameo *V* cara est *libri* 134.* temandare *J* Et mittere *BVE²Z.* Emittere E^1JF adme *B* eptas *BVJ.* epistolas *EFZ*

STRATIPPOCLES

ım amabam olím: nunc iam alia cúra impendet péctori. 135

EPIDICVS

rcle miserumst íngratum esse hómini id quod faciás bene.
o quod bene fecí male feci, quía amor mutauít locum.

STRATIPPOCLES

sipiebam méntis, quom illa scrípta mittebám tibi.

EPIDICVS

n piaculárem oportet fíeri ob stultitiám tuam,
meum tergum túae stultitiae súbdas succidáneum? 140

STRATIPPOCLES

íd istic uerba fácimus? huic homini ópust quadragintá minis
eriter calidís, danistae quás resoluat, ét cito.

EPIDICVS

; modo: unde auférre me uis? á quo trapezitá peto?

---

138. *Nonius p. 499, 1:* Sic 'desipiebam mentis' pro 'mente desi-
ɔam'. Plautus Epidico: 'Desipiebam . . . mitterem' 139. 140.
lius N. A. IV 6, 4: Quod 'succidaneas' hostias senatus appellauit,
eri solet, quid uerbum id significet. In Plauti quoque comoedia
e Epidicus inscripta est super eodem ipso uerbo requiri audio in
uersibus: 'Men . . . succidaneum'

135.* nunc iam *J. post* nunc///iam *2—3 litterae erasae in B.* nunciam
'*FZ* Impendet (Impudet *V.* det *e corr. B*) *libri* 136.* miserum
BEVZ. mirum est *JF* gratum *F* homini *Palmerius, Scioppius.*
ıinem *libri* id] ad *ex* id *corr. E*³ idquod *J* 137.* benefeci *EV*
ea ma *del. E).* feci bene *B* male feci *BF.* malefeci *EV.* male-
JZ 138.* *Pers. om. V. add. E*³ quom *F.* cum *EVJ. idem B,*
m *e corr.* quum *Z* illa scribta *Nonius* (*vel* scripta). illas scriptas
i mitterem *Nonius* 139.* men piacularem *et in marg.* ī pecu-
ē *B.* men aī piacularem *E*¹*V* (aī *del E*²). mē piacularem *Z*
ıultitiam *BE.* obstulticiam *V.* ob stulticiam *JF* 140. tuae stulti-
Gellius, Bothius. stultitiae tuae *Z.* stultitię tuae *B.* stulticię
V. stultitię tuę *E.* stulticie (ci *s. scr.*) tuae *J.* stulticie tue *F*
·idananeum *EV* 141—150. *Haec sunt in BEVJ initia:* Opus est,
:ito, Vnde libet, Meam domum, Facile tu, Ego nostros, Vt ego me,
clum potius 141.* *Stratippocli dat Angelius, Chaeribulo libri*
s est *libri* 142.* callidis *F* danistę *E.* daniste *VJF* reso-
Pylades. resoluas *libri* 143.* dic *B, sed* c *ex* i *corr.* modo
lomo *E*³ auferre, *sed* r *post. ex* i *ut vid. B.* aufferre *Z*
o *J.* aquo *B* trapezeta (ta *ex* to) *J.* trapezita *ex* trapecita *E*

STRATIPPOCLES

Vnde lubet: nam ni ánte solem occásum elo * * * * *
Méam domum ne inbítas. tute in prístinum * * * * * 145

EPIDICVS

Fácile tu istuc síne periclo et cúra, corde líbero
Fábulare: nóui ego nostros: míhi dolet, quom ego uápulo.

STRATIPPOCLES

Quíd tu? nunc patiérin ut ego me ínterimam?

EPIDICVS

Ne féceris:
Égo istuc accedám periclum pótius atque audáciam.

STRATIPPOCLES

Núnc places: nunc égo te laudo.

EPIDICVS

Pátiar ego istuc quód lubet. 150

STRATIPPOCLES

Quíd illa fiet fídicina igitur?

144.* libet *BEVZ* nam *(sed* a *e corr.) B* ni/// *(fort.* si *er.) B* mante *pro* ni ante *V* solis *EJFZ* ἕλω *Z* *In libris lacunae nullum indicium, ut in fine* 145.* tu te *FZ* inpristinum *BZ.* inpistrinum *EVJ.* in pistrinum *F* *In libris lacunae nullum indicium, ut in fine* 146. periclo *ex* periculo E^2. periculo *Z* 147.* ioui. Ego nr̄ōs *V.* ioui (u *e corr.*) Ergo nostros E^1 (tergo nostro set E^2). ioui Ergo nr̄ō s; *J.* ioui Tergo nostro sed *FZ* cum *libri, nisi quod* quum *Z* 148.* Quid tu? nunc *Seyffert Stud. Pl. p. 18.* quid tu nunc? *vulgo cum B* nefeceris *J* 149.* *Post* istuc *delet* q̣ iubet *E* Periculum *EJFZ* audatiam *BEV* 150.* *Ab hoc v. accedit A* *Ita A, nisi quod* PATIARISTUTQUODLIBET nc̄ *(4 litt. sp.)* ego *V* quod iubet E^1V (quod lubet E^3) 151—160. *Haec sunt in BEVJ initia:* Quid de, Aliqua ope, Noui ego, Qui ubi, Continuo, Quam tu, Agimus, Luculente, Iam senatum, Indicatur 151.* *Ita A, nisi quod* REPPE(ri)BITUR ISSTROTINO *praem. E,* ISSTRTMO *V* Quid illa *Nonius, Acidalius (cum A).* Quid de illa *BEVJFZ, nisi quod* deilla *J*

EPIDICVS

Áliqua res reperíbitur:
Áliqua ope exsoluam, éxtricabor áliqua.

STRATIPPOCLES

Plenus cónsili's:
Nóui ego te.

EPIDICVS

Est Eubóicus miles lócuples, multo auró potens,
Qui úbi tibi istam emptam ésse scibit átque hanc adductam álteram,
Cóntinuo te orábit ultro, ut íllam tramittás sibi. 155
Séd ubi illast quam tu ádduxisti técum?

STRATIPPOCLES

Iam faxo híc erit.

CHAERIBVLVS

Quíd hic nunc agimus?

STRATIPPOCLES

Eámus intro huc ád te, ut hunc hodié diem
Lúculentum habeámus.

---

151. *Nonius p. 508, 7:* Reperibitur . . . Plautus in Epidico: 'Quid . . . reperibitur' 152. *Nonius p. 8, 11:* Tricae sunt impedimenta et inplicationes . . . Plautus . . . Epidico: 'Aliqua . . . aliquam'

---

res *Nonius cum A.* re *reliqui* (re *om. Z*) repperibitur *E.* repperibitur *V.* reperebitur *J* 152.* *Ita A, nisi quod* EXSOLUAREXTRICABOR *et* (co)NSILIIS exoluam *E V (s s. scr. V) J* aliquam *Nonius* plenus consili es *Pylades.* plenus consilii es *B E J F Z, nisi quod* es *in ras. B,* consilues *V,* consiliis *F (ut A)* 153.* *Ita A* est *om J Z* 154. *Ita A, nisi quod* QUIUBIISTAMEMPT(a)MESSESCIBI(tatqu.h)ANC ubi *et* istam *om. Z* /// ///emptam *B* hanc (h *ex corr.*) *B* 155. *Ita A, nisi quod* CONTINUO *et* TRAMITTAS tramittas *B²* *cum A.* trans mittas (ns *eras. in B*) *B E V J.* transmittas *F Z* 156. *Ita A, nisi quod* ILLAEST Set *E* illa est *libri cum A* ad duxisti *J* *Verba* Iam — erit *Chaeribulo tribuunt una cum sequentibus E J F* 157. *Ita A, nisi quod* AGIMUSEAMUSINT(ro)HUCAD *et* HOD(ie)DIĒ CHER Quid hic nunc *B²* *et ex parte* (CHER Quid hic) *in ras.* Quid hic nunc *E¹ V (pers. add. E³)* STR. *del. E³* huc *om. Z* adte *B J* uthunc *J* 158.* *Ita A* LUCULENTUM *A.* Luculente/// *B.* Luculente *E V J F Z*

EPIDICVS

Ite intro: égo de re argentária
Iám senatum cónuocabo in córde consiliárium,
Quoí potissumum índicatur béllum, unde argentum aúferam. 160
Épidice, uide quíd agas: ita res súbito haec obiectást tibi.
Nón enim nunc tibi dórmitandi néque cunctandi cópiast.
Ádeundumst: senem óppugnare cértumst consiliúm mihi.
Íbo atque adulescénti dicam, nóstro erili fílio,
Ne hínc foras exámbulet neue óbuiam ueniát seni. 165

---

dere *ex* dare *E* 159. *Ita A* incorde *BEJ* consiliarium *(ante* l *del.* d*) E* 160. *Ita A, nisi quod* QUI *et* POTISSIMUM cui *BEVJZ* potissimum *libri (praeter F) cum A* *Post* auferam *4 litt. spat. B* 161—165. *Haec sunt in BEVJ initia:* Quid agas ita, Dormitandum, Oppugnare certum, Diciam nostro 161.* *Ita A, nisi quod* OBIECTAS(tt)IBI hęc *EV.* hec *JF* obiectast *EZ cum A.* obiecta est *BVJF* 162.* *Ita A, nisi quod* CUNCTAN(di)COPIA— Dormitandum *libri praeter A: corr. iam Bentley* cunctandi copia est *Camerarius (de A non satis constat).* cunctandi (di *e corr. m. 2, ut vid.*) copia est (*4 litt. erasae ante* copia) tibi *B.* cunctandi copia est tibi *EVJFZ* 163.* *Ita A, nisi quod* ADEUNDUMSENEM *et* OPPUGNARE *et* CERTUMESTCONSILIUMMI(hi) Adeundum est *Z.* adeundum *J cum A.* igitur adeundum *F.* at eundem *(sed* u *ex* n *ut vid. m. 1 et* n *sup. scr. m. 2 ut vid.) B.* adeundẽ E^1V. adeund'ẽ E^3 certum est *libri* mihi *Camerarius.* MI— *A. 4 litt. spat. B. om. EVJFZ* 164.* *Ita A, nisi quod* IBOINTROATQ· *A* Ibo *(sic iam Camerarius)* atque *R. Mueller l. s. s.* ii abi intro atque *BEVJ, nisi quod* abi *ex* abe *ut vid. E.* i abi intro atque *F.* abi intro atque *Z* adolescenti *BEVJZ* Dicam *JF cum A.* Dicam *et in marg.* at ditiã *E.* at ditiã Dicam *V.* Diciam *BZ* herili (h *s. scr. E*) *BEVJFZ* 165.* *Ita A: pro quibus sic est in reliquis:* ne (nec *B*) hic foras ambulet neue (ue *s. scr. B*) usquam obuiam ueniat *(add.* E^2*)* seni, *nisi quod* sen. *V,* seni obuiam ueniat *Z*

ACTVS II

APOECIDES. PERIPHANES
SENES II

APOECIDES

Plérique homines, quós quom nihil refért pudet, 166[a]
Vbi pudendumst, íbi eos deserít pudor, 166[b]
Quom usúst ut púdeat. 167
Ís adeo tú's. quid est quód pudendúm siet,
Génere natám bono paúperem domúm
Ducére te uxórem, 170[a]
Praesértim eam qua ex tibi cómmemores hanc quaé domist
filiam prógnatam? 170[b]—172

Act. II sc. 1 APOEODES PERIPHANES *A*. APOECIDES PERIPHANES SENES II DV *EV*. APOECIDES PERIPHANES SENES DV *B*. *idem nisi quod* DVO *JF*. APOCIDES PERIPHANES SENES DVO *Z* 167—172. *Secutus sum Ambrosianum: in B haec sunt:*
Plerique homines quos cum nihil refert pudet ubi pudendum est
Ibi eos deserit pudor cum usus est ut pudeat. Is adeo tues qui
Des quod pudendum siet Genere natam bono pauperem domum
Ducere uxorem presertim eam qua ex tibi commemores
Hanc quae domi est familiam *(in ras.)* prognatum *e. q. s.: a quibus non discrepant nisi in pusillis rebus ceteri libri* 166[a].* *Ita A, nisi quod* CUM *Super* homines E^3 sunt *scripsit* quos *om. Z* cum *libri cum A, nisi quod* quom *F* nihil (nichil *E*) *libri cum A* 166[b].* *Ita A, nisi quod* EST pudendum est (pudendumst E^1) *libri cum A* 167.* *Ita A, nisi quod* PUDEAT cum (quom *F*) usus est *libri praeter A* 168.* *Ita A, nisi quod* I(sa)DEOTUES tu es *libri cum A* (tues *BJ*) qui Des *libri praeter A: corr. Lambinus* 169.* *Ita A, nisi quod* PAREM *et in marg.* PAUPEREM gnatam *ante corr. E* 170[a].* DUCER(et)E(UXO)REM *A* te *om. libri praeter A* 170[b].* 171.* 172.* *Ita A, nisi quod* DOMOST *et in novo v. reliqua* praesertim *EVJZ* qua *ex* quam *ras. E.* quam *V* que *JV.* que *EF* domi est *BEJVFZ* FILIAM *A, Aldina.* familiam *ceteri (in ras. B)*

PERIPHANES

Réuereor fílium.

APOECIDES

At pól ego te crédidi
uxórem quam tu éxtulistí pudore éxsequi:
Quóius quotiéns sepulcrúm uides, sácruficas 175
Ílico Orco hóstiis néque adeo iniúria,
Quiá licitumst eam tíbi uiuendo uíncere.

PERIPHANES

Oh,
Hércules égo fui, dum ílla mecúm fuit:
Neque séxta aerumna acérbior Hercúli quam illa mihi obiéctast.

APOECIDES

Pulcra édepol dos pecúniast.

PERIPHANES

Quaequidém pol non marítast. 180

---

177. *Servius Dan. in Aen. XI 160:* ueteres . . . 'uiuendo uincere' dicebant superuiuere . . . Plautus in Epidico: 'Quia tibi licuit eum uiuendo uincere' 180. *Porphyrio ad carm. saec. 20:* Maritam autem legem pro maritali Plautina uidetur auctoritate dixisse. Similiter enim ille locutus est, ubi ait senex: 'Pulchra . . . pecunia est' et alter respondet: 'Quae quidem non marita est' pro eo quod est: quae non maritalis est.

V. 173—180. *ita dispositos exhibet A: in BEVJ haec initia sunt:* At pol, Cuius, Neque adeo, Oh hercules, Acerbior, Edepol 173.* *Ita A* Reuereor *B, sed* reor *in ras. 9 litt. B*². Reuereor *ex* Reuertor *E* Ad *E*¹*V (corr. E*³*)* 174. *Ita A, nisi quod* QUAMTU expulisti *F* ex///sequi *(s e corr. m. 2 quae signo addito* ex *cum* sequi *coniunxit) B.* exequi *EVJFZ* 175.* *Ita A, nisi quod* CUIUS *et* SACRIFICAS Cuius *etiam BEVJZ* quociens *B* sepulchrum *libri praeter A* sacrificas *EZ* 176. *Ita A, nisi quod* HORCOOSTIIS ilico ilico *Z* horco *JZ.* orcho *ex* orco *E*³ hostiis *ex* hostias *E.* hostias *Z* 177.* *Ita A, nisi quod* QUIALICITUMESTEAM(t)IBIUI(ue)NDO quia licitum est *EVJFZ (nisi quod* est *in J pro* eã *m. rec. s. scr.)* quia tibi licuit eum *Servius* o *Z.* Ho *F* 178. *Ita A, nisi quod* (he)RCULES 179.* *Ita A* ęrumna *B.* erumpna *E.* erũ na *V.* erumna *JF* Acerbor *J* hericuli *J* obiecta est *VJF* 180.* *Ita A, nisi quod* PULCHRA *et sine pers. spat.* Pulchra *EVJFZ cum Porph.* pecunia est *JF cum Porph.* Quae (Quę *BJ.* Que *F*) quidem *libri* pol *om. Porphyrio* marita est *Porph., G. Valla (cf. A).* maritata st *B.* maritatast *(sed. sup.* a *post. add.* e*) E.* maritata est *VJFZ* (—taest *V.* —tast *Z*)

EPIDICVS. PERIPHANES. APOECIDES
SERVOS SENES II

EPIDICVS

St.

Tacéte: habete animúm bonum.

Liquido éxeo auspició foras, auí sinistra. 183. 184

Acútum cultrum habeó senis qui exénterem marsúppium. 185

Sed eccum ípsum ante aedis cónspicor: Apoécidae * * * * * * *

* * * * * * * * * * * * qualís uolo uetulós duo.

Iam ego mé conuortam in hirúdinem atque eorum éxsugebo sánguinem

Senáti qui columén cluent.

---

188. *Nonius p. 479, 19:* Exugebo. Plautus in Epidico: 'Iam ego . . . . sanguinem' *Idem p. 102, 31:* Exorbebo pro exhauriam (*ita Quicherat pro* exorbeam). Plautus Epidico: 'Iam . . . sanguinem' *Cf. Nov. ann. t. LXIX (a. 1854) p. 35; Caesar p. 6, 86, 143*

189. *Nonius p. 484, 14:* Senati uel senatuis pro senatus. Plautus Epidico: 'Senati . . . cluent'

Act. II sc. 2 EPIDICUS PERIPHANES APOETIDES *A.* EPIDICVS SERVVS. APOECIDES. PERIPHANES SENES DVO C *B: idem sed sine* C *exhibent E VJ.* EPIDICVS SERVVS APOECIDES ET PERIPHANES SENES *F.* APOCIDES. PERIPHANES. SENES DVO *Z*

Versuum 181—190 *haec sunt in BEVJ initia:* Statetacete, Acutum, *(lacuna)* qualis uolo, Iam ego me, Qui columen, Nam ego 181—184.* *Dedi ex A, nisi quod is* STTACETE *eodem v.,* FORASAUSPICIO, SINIXTRA

Statetacete (eta *in ras.* B^2 *ut vid.*) *B.* tat *(c. spat. init.)* certe (certe *in* tacete *corr. m. 3*) *E.* tat cete *cum sp. in. V.* atat tacete *J (ut vid.) cum FZ* lonum *V. idem ante corr. E (corr.* E^3*)* ex eo *B* auspicio foras *Reiz apud Hermannum.* foras auspicio (auspitio *EV.* auspicō *Z*) *libri cum A* aui] et ĩ *F* 185—213 *non servati sunt in A*

185.* cliltrum *V.* clilistrum E^1 *(corr.* E^3*)* senis *om. JF* ṭ extenterem *adscripsit in marg.* B^2 marsupium E^3VJFZ. marsupii E^1 186.* S, *B.* Set *E* Sedeccum (*5 l. spat.*) ipsū *V* eccum *ex* haeccum E^3 aedes *J.* edes *F* *Ita Gz.* conspicora poecidę (—de *E*) *EV.* conspicor apoecidę *JFZ* (apoecide *F.* apecidę *Z*). conspicor apeciden B^1 (apecide/// B^2) 187.* *Circ. 27 litt. spat. relinquit B: om. reliqui* quat *E* duoṣ *V.* duos *FZ* 188. cōuortã *V.* uortam *Non. p. 479* in hirudinem E^3. inhirudinem *B.* in hirundinem (*vel* inh.) E^1VJF. in hiridinem *Z.* in erundinem *Non. p. 479.* in irundines *et* in urundine *vel similiter Non. p. 102* horum *Non. p. 102* exsugebo *B.* exugelo E^1VJ. exugebo E^3FZ, *Non. p. 479.* exorbebo *Non. p. 102.* at exorbebo *in marg.* E^3 189.* columen *(sed* n *ex* m *ras.) B* cluenṭ *B (puncta m. 2 addidit).* duent *F*

PERIPHANES

* * * * * * * * * * * * *

APOECIDES

* * * * * * * * * * * * *

Cóntinuo ut marítus fiat.

PERIPHANES

Laúdo consiliúm tuom. 190

Nam égo illum audiui in amórem haerere ápud nescioquam fídicinam:

Íd ego excrucior.

EPIDICVS

Di hércle omnis me ádiuuant, augént, amant:

Ípsi hiquidem mihi dánt uiam, quo pácto ab se argentum aúferam.

Age núnciam orna te, Épidice, et pallíolum in collum cónice

Itaque ádsimulato, quási per urbem tótam hominem quaesíueris. 195

Áge, siquid agis. di ímmortales, útinam conueniám domi

---

194. *Gellius N. A. IV 17, 4:* Item apud Plautum in Epidico 'con' syllabam productam pronuntiant: 'Age . . . et pallium . . . conice'

Lacunam post h. v., cuius in libris nullum indicium, signavit R. Mueller l. s. s. p. 16, firmavit ex Ambrosiani titulo scaenae Studemund de Vid. Pl. p. 20: cf. Goetz Anal. Pl. p. 111 190. *Pers. spat. praem. B.* AP. *praem.* E^3. *om.* E^1VJZ. *omnia usque ad. v.* 196 *Epidico dant JF* maritus *(r ex corr. et cum ras.) V.* moritur *J* fiat t *ante corr. E* *Ante* Laudo *8 litt. spat. sine nota EV, om. J. Apoecidae notam praem.* B^2. PER. Laudo *Z* cosilium *F* tuum *libri* 191—201. *Haec sunt in BEVJ initia:* Nam ego, Id ego, Ipsi hi, Age nunc, Quasi per urbem, Coueniam, Per medicinas, Circumque, Epidice 191.* inmorem B^1E^1V: *unde* inamorem *supra scripto* a B^2. in morem *J.* iuniorem E^3FZ herere BE^3VJF. haere E^1 aput *J.* ap̃ *E* nescio quam *libri* 192.* PER. *praem.* B^2 excrucior *J (ubi lacuna sequitur) FZ.* excruor *cum lacuna* E^1V: *idem sine lac. B.* excrutior *corr.* E^3 EPIDIC' B^2. EPI E^3 Di *BEVZ.* Dii *JF* ōs me *J.* omnes me *EZ.* me omnes *F* augent et *F* 193.* Ipsi *corr. ex* Ipse *ut vid. ras. B* hii quidem *J.* quidem hi *Z* abse *BEJ* 194. nunc iam *BJ* ornate E^1VF *(corr.* E^3*)* epydice *B* pallium *F cum Gellio* incollum *BEJ* conice BE^1V, *Gellius.* coniice E^3FZ. c̄oce *J* 195. itaque BE^1VJ. atque E^2FZ adsimulato (d *ex* s) *E.* assimulato *JF* perurbem *BJ* quaesiueris *E.* quęsiueris *B.* quesiueris *VJF.* quęsieris *Z* 196. siquid *BE.* si quid *reliqui* dii *JF* inmortales *V.* imortales *ante corr. E* ut *F* Coueniam *B*

Périphanem, per ómnem urbem quem súm defessus quaérere:
Pér medicinas, pér tonstrinas, ín gymnasio atque ín foro,
Pér myropolia ét lanienas círcumque argentárias:
Rógitando sum raúcus factus, paéne in cursu cóncidi. 200

PERIPHANES

Épidice.

EPIDICVS

Epidicúm quis est qui réuocat?

PERIPHANES

Ego sum, Périphanes.

APOECIDES

Ét ego Apoecidés sum.

EPIDICVS

Et egoquidem sum Épidicus: sed, ere, óptuma
Vós uideo opportúnitate ambo áduenire.

PERIPHANES

Quíd reist?

EPIDICVS

Mánedum, sine respírem, quaeso.

PERIPHANES

Immo ádquiesce.

197.* periphanem *(sed* m *e corr.) B* per totam omnem *E ante corr.* (totam *del. m. 1*). peromnem *BJ* quę sū *V* quaerere *EZ.* quęrere *BJ.* querere *VF* 198.* medicinas (med *ex* me fid *m. 3) E* per *posterius om. EVJFZ* ingynasie *J* inforo *BEJ* 199. myropolia *ex* miropolia *E.* miropolia *J.* mytropolia *Z* Circum q (q *ex* q̄) *E* 200. raucus *corr. ex* taucus *J* pene *BEFZ.* penę *VJ* incursu *B. idem (sed* su *ex* si *m. 3) E.* incursū *V.* in *(s. scr.)* cursu *J* ocidi *V* 201. *Apoec. pers. praemittunt libri: del. Acidalius* epidictum *EV et ante corr. B* uocat *F* PERPH *notae hic et v.* 203—205 *rubricator I inseruit in B* pheriphanes (pher *in ras. m. 2) B* 202—210. *Haec sunt in BEVJ initia:* Et ego, Vos uideo, Mane sine, Recipiam, Alegione, *(lacuna)* ego ita, *reliqua ut supra* 202.* Apocides *Z* ego quidem *libri* sed here *JE³FZ.* sedere *E¹V* optume *F* 203.* opportunitate ambo aduenire *Bothe.* ambo aduenire opportunitate *libri, nisi quod* amabo *EVJFZ (quod corr. Saracenus) et* oportunitate *EVJ* rei est *BEVJF* 204.* Manedum *Brix Emend. Pl. ed. a. 1847 p. 15.* Mane *libri* quęso *J.* queso *F* Immo (m *post. e corr.) B.* Imitio *J* EP. *s. scr. E³*

EPIDICVS

Animó malest.

PERIPHANES

Récipe anhelitúm.

APOECIDES

Clementer, réquiesce.

EPIDICVS

Animum aduórtite:
Á legione omnés remissi súnt domum Thebís.

APOECIDES

Quis hoc 206
Dícit factum?

EPIDICVS

Ego íta factum esse díco.

PERIPHANES

Scin tu istúc?

EPIDICVS

Scio.

PERIPHANES

Quí tu scis?

EPIDICVS

Quia ego íre uidi mílites plenís uiis.
Árma referunt ét iumenta dúcunt.

PERIPHANES

Nimis factúm bene.

---

animo — requiesce *om. V* *Ante* animo *2—3 litt. eras. B* non *pro* animo *F* male est *BJF* 205* *sq.* PER. Recipe *Bentley (cf. Brix Nov. ann. t. CI a. 1870 p. 765).* Recipiam *libri* anhelitum *ex* hanelitum *E* AP. Clementer, *(ita distinxit Leo)* requiesce *editores cum Z* (Elementer). PER. Clementer *BEVJF* 206. Alegione *BJ.* Ab legione *F*

Exitus huius v. et insequentis initium sic habentur in B:

Quis hoc
APOECIDES Scit factum
(14 litt. spat.)
EPID . . . . . ego ita factum esse dico *e. q. s.*

Verba Quis hoc, *quae in ceteris libris desunt, add. Camerarius, qui primus in editione sic scripsit* 207.* Dicit factum *Reis, Wagner Nov. ann. t. LXXXIX (a. 1864) p. 632.* Scit factum *BE¹V.* Sic factum *E²JZ.* Sic factum est *F* *Post* factum EP. *lacunam quam B reliquit, eandem fere V habet, minorem E. om. JFZ* scinc tu *V* 208. *Post* Qui *1 litt. eras. B.* Quin *J* uidi ire *F* *Ante* ire *3—4 litt. eras., fort.* red, *B*

EPIDICVS

Túm captiuorúm quid ducunt sécum: pueros, uírgines, 210
Bínos, ternos, álius quinque. fít concursus pér uias:
Fílios suos quísque uisunt.

PERIPHANES

Hércle rem gestám bene.

EPIDICVS

Túm meretricum númerus tantus quántum in urbe omní fuit
Óbuiam ornatae óccurrebant súis quaeque amatóribus:
Éos captabant. íd adeo qui máxume animum aduórterim: 215
Pléraeque eae sub uéstimentis sécum habebant rétia.
Quom ád portam uenio, átque ego illam illi uídeo praestolárier
Ét cum ea tibícinae ibant quáttuor.

PERIPHANES

Quicum, Épidice?

EPIDICVS

Cúm illa quam tuos gnátus annos múltos deamat, déperit,
Vbi fidemque rémque seque téque properat pérdere: 220
Éa praestolabátur illum apud pórtam.

---

210. *Verba* Tum . . . secum *Periphani dant FZ: item Camerarius, quamvis iam Pylades correxisset* dicunt *J.* dicunt *V* 211—220. *Haec sunt in BEVJ initia:* Binos, Filios, Tum, Obuiam, Quã maxime, Habebant retia, *reliqua ut supra* 211.* quinque *Palat. sextus Parei, Camerarius.* quisque *libri* peruias *BJ* 212. *Ante* suos *1 litt. eras. B* quique uisunt *F.* quisquam uisit *Z* 213.* quantus *EFZ* inurbe *J* 214.* *Ab hoc v. accedit A* *Ita A, nisi quod* AMATORIBUS ornatę *B.* ornate *EVJF* occurrebat B^1, *sed* n *add. s. v.* B^2 quęq. *J.* quęque *ex* quisque E^2 215.* *Ita A, nisi quod* MAXIMEANIMADUORTERINT idadeo *J* Quã *ex* Qui B^2 maxime *libri cum A praeter JZ* 216.* *Ita A* plerę que B^2. plereque B^1EVF. plerique *J* haeę *J.* hae (*vel* he) *FZ* sub *(sed* s *e corr. et* a *ut vid. ante* sub *eras.)* uestimentis *B.* subuestimentis *J* recia *J* 217.* *Ita A, nisi quod* CUM cum *J* ADPORTAM *A.* ad portam *VFZ.* adportam *BJ.* ad portum *E* (*cf. v.* 14) illi B^1 *(c s. scr.* B^2*)* prestolarier *V* 218. *Ita A, nisi quod* TIB(icin)AE tibicinę *BJ*, *sed* ę *ex* es *corr. B.* tibicine *EVF* quattuor E^1. quatuor BE^2VF. quattor *J* 219. *Ita A, nisi quod* TUUS Quom *BEV* illam E^1 *(corr.* E^3*)* tuus *libri cum A* de amat *E.* deamabat *(exp. m. 2 ut vid.) B* 220. *Ita A, nisi quod* FIDEMQUAEREM-QUAE 221.* *Ita A, nisi quod* BENEFICÃ prestolabatur *VF* aput *EJ* portam (p *ex* f *corr. B*) *libri cum A*

PERIPHANES

Viden uenéficam.

EPIDICVS

Séd uestita, auráta, ornata ut lépide, ut concinne, út noue.

PERIPHANES

Quíd erat induta? án regillam indúculam? an mendículam?

EPIDICVS

Ínpluuiatam, ut ístaec faciunt uéstimentis nómina.

PERIPHANES

Vtin inpluuium indúta fuerit?

EPIDICVS

Quíd istuc tam mirábilest? 225

Quási non fundis éxornatae múltae incedant pér uias.

---

222. *Placidus V 11, 19 = V 57, 6:* Concinne composite 223. *Nonius p. 539, 9:* Regilla uestis, diminutiue a regia dicta, ⟨id est⟩ basilica *(add. L. Mueller):* 'An regillam .... mendiculam' 224. *Nonius p. 548, 21:* Inpluuiatus color, quasi fumato stillicidio inplutus, qui est Mutinensis quem nunc dicimus. Plautus in Epidico: 'Inpluuiata ... nomina'

---

ueneficiam *J* 221—241. *Initia versuum in BEVJ recte conservata sunt* 222. *Ita A* aurota E^1V. aurata *corr.* E^3. autata *J* ORNATA *A, Camerarius.* ornamenta *BEVJFZ, nisi quod* ornamenta aurata *F* cõcinne *V* 223.* *Ita A, nisi quod* INDUTA#AN *et* INDUC(*vel* T)ULAM anregillam *B* tuniculam indulam *Nonius intruso glossemate.* indutulam *F* Anmendiculam *J* 224.* *Ita A, nisi quod* INPLUUIATAUTISTAE Inpluuiatam *BEV.* Impluuiatam *JFZ.* inpluuiata *cum A* (*vel* inpluiata) *Nonius* istaec *BJ.* istęc *Z.* istec *EVF.* istae (*vel* -te) *Nonius cum A* faciunt *Nonius cum A, Pylades.* facimus (mus *m. 2 in ras. in B*) *BEVJFZ* 225.* *Ita A, nisi quod* UTINPLUUIUM *et* MIRABILEEST PER. *Bothe* (EP. *Pareus*). *om. libri* Vtin impluuium *Acidalius.* Vt ininpluuium *B.* Vt in inpluuium *EV.* Vt impluuium *JFZ* induta *ex* inducta *corr.* E^3 erit BE^1V. erat E^3JFZ: *corr. iam Bentley* EP. *Bothe.* PER. *BEVJFZ* tam *om. libri praeter A* mirabile est *libri cum A praeter Z* 226.* *Ita A, nisi quod* EUNDIS exornatę *BJ.* exornate *EF* multę *B.* multe *EF* peruias *BJF*

Át tributus quom ímperatus ést, negant pendí potis:
Íllis quibus tribútus maior pénditur pendí potest.
Quíd istae quae uesteí quot annis nómina inueniúnt noua?
Túnicam rallam, túnicam spissam, línteolum caesícium, 230
Índusiatam, pátagiatam, cáltulam aut crocótulam,
Súpparum aut subnímium, ricam, básilicum aut exóticum,

---

230. *Nonius p. 539, 15:* Ralla uestis dicta a raritate. Plautus in Epidico: 'Tunicam . . . spissam' *Cf. Isid. Orig. XIX 22, 23:* Ralla quae uulgo rasilis dicitur. *Ex Isidoro fluxisse Loewii glossam Prodr. p. 263 ipse intellexit ibidem p. XIII (cf. Thes. gl. sub* Rasus*) Adde Martial. II 85, 4:* rasam tu mihi mitte togam. — *Nonius p. 539, 31:* Caesicium linteolum dicitur purum et candidum, a caedendo . . . Plautus in Epidico: 'Linteolum caesicium' 231. *Varro de l. l. V 131:* Alterum quod intus, a quo intusium, id quod Plautus dicit: 'Intusiatam . . . ac crocotulam' *Nonius p. 539, 35:* Indusium est uestimentum quod corpori intra plurimas uestes adhaeret, quasi intusium. Plautus in Epidico: 'Indusiata . . . aut proputulam' *Idem p. 540, 4:* Patagium aureus clauus qui pretiosis uestibus inmitti solet. Plautus Epidico: 'Indusiata, patagiata' *Idem p. 548, 24:* Caltulam et crocotulam, utrumque a generibus florum translatum . . . Plautus in Epidico: 'Illusiatam . . . crocotulam'

232. *Nonius p. 540, 8:* Supparum est linteum femorale . . . Plautus in Epidico: 'Supparum . . . exoticum' *Idem p. 539, 17:* Rica est quod nos sudarium dicimus. Plautus in Epidico: 'Ricam . . . exoticum' *Idem p. 540, 17:* Exoticum dicitur peregrinum. Plautus in Epidico: 'Basilicum aut exoticum'

227.* *Ita A, nisi quod* CUM *et* IMPERATUSEST quom *F.* qum *B.* quin *V.* maior penditur *(utrumque del. m. 1)* qui *E.* cum *JZ cum A* POTIS *A.* potesse *BEVJFZ* 228.* *Ita A, nisi quod* TRIBUTIS pditur *E* 229.* *Ita A, nisi quod* QUODANNIS istę B^2. iste B^1EVF quae *B cum A.* quę *VJ.* que *EF* uesti *libri praeter A* quotannis *Z* inueniunt nomina *om.* noua *J* 230.* *Ita A, nisi quod* LINTEOLUM rallam E^3Z *cum A.* raliam *BJF, sed* li *ex* bi *corr. B.* ralia E^1V caesitium *B.* cęsitium *V.* cesitium *EJF* 231.* *Ita A* Indusiatam *libri Plauti, nisi quod* s *ex* t *E et* Inclusiatam *F.* intusiatam *Varro.* indusiata *Nonius p. 539; 540, sed* illusiatam *p. 548* patagiata *Nonius p. 539; 540* catulam E^1VJF *(corr.* E^3*), Nonius p. 539.* caltulum *cod. Varronis* ac *Varro* crocotulam *Nonius p. 548 cum Varrone et A, Saracenus.* croculam *FZ.* crotulam E^3. crutulam BE^1VJ. proputulam *Nonius p. 539* 232.* *Ita A, nisi quod* SUBNIMNIAM Sub parum *BE.* Subparum *V* subnimium *Nonius (cf. Brandis de aspir. p. 23, Onions 'Journ. of Phil.' XIV p. 75).* sub miniam *BEVJ.* subminiam *FZ.* SUBNIMNIAM *A* ricam *libri Plautini.* est ritam *(vel* ricam*) Nonius p. 540.* rica *idem p. 539* basiliscum *J.* basilicum *ex* basilicam E^2. uasilicam *Nonius p. 540* exoticum (c *add. s. v. m. 2) B*

Cúmatile aut plumátile, carinum aut cérinum, gerrae máxumae.
Cáni quoque etiam adémptumst nomen.

PERIPHANES

Quí?

EPIDICVS

Vocant Lacónicum.
Haéc uocabula aúctiones súbigunt ut faciánt uiros. 235

APOECIDES

Quín tu ut occepísti loquere?

EPIDICVS

Occépere aliae múlieres
Dúae sic post me fábulari intér sese: ego abscessí sciens
Paúlum ab illis: díssimulabam earum óperam sermoní dare:
Néc satis exaudíbam nec sermónis fallebár tamen,
Quaé loquerentur.

---

233. *Nonius p. 548, 10:* Cumatilis aut marinus aut caeruleus, a Graeco tractum quasi fluctuum similis . . . Plautus in Epidico: 'Cumatile aut plumatile' *Idem p. 540, 20:* Plumatile aut clauatum aut ex plumis factum. Plautus in Epidico: 'Cumatile aut plumatile' *Idem p. 548, 37:* Cerinum a cerae colore. Plautus in Epidico: 'Plumatile aut cumatile, cerinum aut gelinum'

233.* *Ita A, nisi quod* GERREMAXUME Cũ atile *V.* Cunatile *Z* plum. aut cum. *Non. p. 548, 37* garinum *BE¹VJ* (ger. *E³*). cerinum *FZ, Nonius* aut *om. F* cerinum *L. Mueller.* gerrinum *BJF cum A.* gerrinium *E.* gerinium *Z.* gelinum *Nonius* gerre *EVF cum A.* gerrę *BJ.* gerere *Z* maximę *BZ.* maxumę *J.* maxime *EV.* maxume *F* 234.* *Ita A, nisi quod* ADEPTUSŢ *et* EUBEANT Cã quoque *V.* Caniquoque *J* et iam *B* ademptũ st *EZ.* ademtũ st *B.* ademptum est *VF.* adeptum est *J* *Ante* nomen *2—3 litt., fort.* est *vel* st, *erasae in B* EP. Qui? PER. Vocant *BEVJFZ: corr. Bothe (cf. 225)* Laconicum *B cum A.* laconum *EVFZ.* iaconum *J* 235.* *Ita A* EP. *praem. libri praeter FZ* auetiones *B.* aut tiones *E.* aut ciones *V* subigunt (g *s. scr.*) *J.* subiungunt *F* faciam *F* uiri *libri praeter A* 236. *Ita A* AP. *praem. BEV.* PER. *JZ. om. F* occipere *B¹E¹V. corr. B²E³* alię *J.* alie *EF* 237.* *Ita A, nisi quod* QUAESIC *et* FABULARE Duae (Duę *JV.* Due *EF*) post me sic *libri praeter A* inter sese *(alt.* s *ex* r *V) libri cum A* abcessi *BV* solens *BEVFZ.* soleas *J* 238.* *Ita A* abillis *BJ* me harum *libri praeter A* sermoni operam dare *libri praeter A* 239.* *Ita A, nisi quod* EXAUDIEBAM exaudibam *BEV, Bentley.* exaudiebam *ceteri cum A* 240. *Ita A, nisi quod* SCIRĘ Quem *F.*

PERIPHANES

Íd lubidost scíre.

EPIDICVS

Ibi illarum áltera 240
Díxit illi quícum ipsa ibat —

PERIPHANES

Quíd?

EPIDICVS

Tace ergo, ut aúdias.
Póstquam illam sunt cónspicatae quám tuos gnatus déperit:
'Quám facile et quam fórtunate éuenit illi, óbsecro,
Múlieri quam líberare uólt amator.' "Quísnam is est?"
Ínquit altera ílli: ibi illa nóminat Stratíppoclem, 245
Périphanai fílium.

PERIPHANES

Perii hércle: quid ego ex te aúdio?

EPIDICVS

Hóc quod actumst. égomet postquam id íllas audiuí loqui,

Quęm *ex* Quem *J.* Que *E* lubido *(ex* libido E^2*)* est *libri praeter A* 241—250. *Haec initia sunt in BEJ:* Dixit, Postquam, Et quam, Quam uult, Stratippoden, Hoc quod, Vorsum ad, Me uis, Qui scis 241. *Ita A* illi qui cum *BJZ.* illiqui cum *E* ibat, *sed* a *ex* i *corr. B* Tacegut *B* 242.* *Ita A, nisi quod* TUUS conspicatę *BJ.* conspicate *EF* tuus *libri cum A* 243.* *Ita A* furtunate *J* 244.* *Ita A, nisi quod* UULT liberare Quam uult *et in marg.* ď *B, sed* liberare *add.* B^2 *post* mulieri *in fine versus.* liberę Quam uult *E (et in marg.* ať liberare *m. 3).* liberę *(post hoc vocabulum deficiunt reliqua omnia usque ad finem) V.* liberę Quam uol *J.* libere Quam uolt *F.* liberae. Quam uult *Z: corr. Pylades* quis nam *BJ.* Quisnam *ex* Quisquam E^2 245. *Ita A, nisi quod* INQUID *et* IBILLI *et* STRATHIPPOCLEM illi *om. F* ibi illa *Ritschl Op. II 250 ex A, ut putabat.* ibi *libri praeter A* Stratippoden *B.* Stratiphoclen *J.* Stratippoden E^1 *(corr.* E^3*).* Stratiphoclem *FZ* 246.* *Ita A, nisi quod* PERIFANI *et* PERIHERCLE Periphanai *Ritschl l. s. s.* Periphanae *Z.* periphanę B^2J. periphane B^1EF qd *ex* q E^3. quod *J* exte *J. om. F* 247.* *Ita A, nisi quod* ACTUMEST quod *B, sed* d *inseruit* B^2 actum est, *Bentley, Brix Em. Pl. a. 1854 p. 11 cum A.* actum *BEJFZ* ego met *J* post ibi (*pro* POSTQUAMID) *BEJFZ.* postibi B^2

Coépi rursum uórsum ad illas paúsillatim accédere,
Quási retruderét hominum me uís inuitum.

PERIPHANES

Intéllego.

EPIDICVS

Íbi illa interrogáuit illam: 'Quí scis? quis id dixít tibi?' 250
"Quín hodie adlataé tabellae súnt ad eam a Stratíppocle,
Éum argentum sumpsísse apud Thebas áb danista fénore:
Íd paratum et sése ob eam rem id férre."

PERIPHANES

Certo ego óccidi.

EPIDICVS

Haéc sic aiebát se audiuisse éx eapse atque epístula.

---

248. Pausillatim *gloss. Pl.: cf. Ritschelii Op. phil. t. II p. 250*

---

248. *Ita A, nisi quod* UERSUM cepi *EJF* rursum (um *ex* us *m. 1 ut vid.*) *E* adillas *J* pausillatim *gloss. Pl. cum A.* pauxillatim *BEJFZ* 249.* *Ita A* hominem E^1JFZ *(et in marg.* at hominum E^3*)* Me uis *ex* Meuis E^3 Intelligo *J* 250.* *Ita A, nisi quod* QUIID interrogaũ (ũ *in ras.*) *E* PER. Qui scis *F* quis id *BF.* quis is *J.* qui *(s. v. videtur* s *erasa esse)* id *E.* qui id *Z cum A* 251—260. *Haec sunt in BEJ initia:* A stratippocle, Foenore, Haec sic, Consilium (Nunc. c. *J*), Conducibilis, Aut iam ad est, Vobis consilium, Ergo ubi, Quid istuc 251.* *Ita A, nisi quod om.* SUNT *et exhibet* STRATHIPPOCLE EP. *praem. F* adlatae tabellae sunt ad eam *Bentley, Guyetus.* allatę (allatae *J.* allate *EF*) sunt tabellę (tabellae *J.* tabelle B^1EF. tabellę B^2) ad eam (adeam *BJ*) *BEJFZ* Astratippocle *B (sed* c *ex* l *ut vid. corr.).* Astratippocle *E.* Astratiphocle *J.* A stratiphocle *FZ* 252.* *Ab hoc v. usque ad 449 deficit A* sũp sisse *ex* sum sisse *B* aput *J* abdanista *BEJ* Foenore *BEJZ.* fęnore *F* 253.* idparatum *J* obeam *J* rem *om. F* Certo (*vel potius* Certe) ego occidi *Kampmann de Ab praep. p. 29, Brix Emend. Pl. (ed. a. 1847) p. 18.* Cedo ego occidi (*sed sup.* Cedo *scriptum est* · i · dic) *B.* Cede ego occidi *JF.* ego occidi *EZ* 254.* *Ita Gz duce Kampmanno de Ab praeposit. p. 29: qui versus talis est in B:* Haec sic aiebat sic audiui sese (audiuisse se B^2) abse atque (ab *post* atque *eras.*) epistola: *idem E, nisi quod* sic *prius delevit* E^3, agebat sic, se ab se atque epta (at epl'a; *m. 3*), *et J, nisi quod* audisse se abse atque epta: *nec discedunt FZ, nisi quod prius* sic *om. Z,* audiuisse se ab (abs *Z*) se *FZ,* epistolã *F exhibent*

PERIPHANES

Quíd ego nunc faciám? consilium a te éxpetesso, Apoécides.

APOECIDES

Réperiamus áliquid calidi cónducibilis cónsili. 256
Nam ílle quidem aut iam hic áderit, credo hercle, aút iam adest.

EPIDICVS

Si aequóm siet
Mé plus sapere quám uos, dederim uóbis consiliúm catum,
Quód laudetis, út ego opinor, úterque —

PERIPHANES

Ergo ubi id est, Épidice?

EPIDICVS

Átque ad eam rem cónducibile.

APOECIDES

Quíd istuc dubitas dícere? 260

EPIDICVS

Vós priores ésse oportet, nós posterius dícere,
Quí plus sapitis.

PERIPHANES

Éia uero: age díc.

EPIDICVS

At deridébitis.

255.* nunc faciam *Seyffert praef. Curc. p. XVIII.* faciam nunc *libri* ate *BJ.* abs te *F* ex petesso *B.* expetesso *(prima* e *ex* a *m. 1 et altera* s *ex* r *m. 3) E* apoetides *B (sed potest* c *fuisse pro* t*).* apocides *Z* 256. AP. *om. FZ* Riperiamus *B.* Reppiamus *E* calidi *Dousa.* callidi *libri* *In marg. inter.* NT *add. m. rec. in B* consilii *libri* 257. hic (h *ex* n) *E* ad erit *BJ* ad est *B* aequum *J.* ęquum *BZ.* equum *EF* 258.* dederim (i *ex* e *corr.*) *E* *Ante* catum *2—3 litt. spat. B* callidum *F* 259.* ludetis *F* opinior *J* idem epidice *J* 260. adeam *B* adeadẽ rẽ *J* 261—270. *Haec sunt in BEJ initia:* Qui plus, Non edepol, Si non, Nec metitur, Tuae sapientię, Illam, Curetur, Fieri 261.* 262.* Quid *JF.* Qd̃ E^1. Quod *Z.* Qid̃ E^3 *Apoecidi dant verba* Eia . . . dic *FZ atque editorum plerique: corr. Bothe cum reliquis libris* Eia *ex* Euge *ut vid.B.* Eya *F* ŭ *B* agedic *J* deridebitis (bi *s. scr.*) *E*

APOECIDES

Nón edepol faciémus.

EPIDICVS

Immo sí placebit, útitor
Cónsilium, si nón placebit, réperitote réctius.
Míhi istic nec seritúr nec metitur, nísi ea quae tu uís uolo. 265

PERIPHANES

Grútiam habeo. fác participes nós tuae sapiéntiae.

EPIDICVS

* * * * * * * * * * * * * * * *
Cóntinuo arbitrétur uxor túo gnato atque ut fídicinam
Íllam quam is uolt líberare, quaé illum corrumpít tibi,
Vlciscare atque íta curetur, úsque ad mortem ut séruiat.

APOECIDES

Fíeri oportet.

PERIPHANES

Fácere cupio quíduis, dum id fiát modo.

EPIDICVS

Em, 270
Núnc occasiót faciundi, prius quam in urbem aduénerit,
Sícut cras hic áderit: hodie nón uenit.

PERIPHANES

Qui scís?

263.* 264.* Sinon *J* reppitote *E*. reperitore *J* 265. ne seritur *JF* metitur (e s. r.) *E* quę *BJ*. que *EF* 266—270. *Verba* tuae sapientiae — Em *om. EJFZ* 266.* sapientię *B* 267.* *Lacunam sign. G2* 268.* uult *B* 270. quid uis *B* Em *Brix Rheinl. in Oppt. p. 30.* Hem *B* 271—280. *Haec sunt in BEJ initia:* Nunc occasio st. Sicut. Quia. Quin. Quasi. Quasique, Vt enim, Libertatem. Vt aliquo. Immo dicete 271.* EPI. *praem. E²Z* occasio st *B* occasio est *JF* *Ante* faciundi *1—2 litt. spat. B* prinsquam *EJFZ* inurbem *B* aduenerit *cod. Palat. VI Parv. Acidalius* adueniit *BEJFZ* 272.* heras Heras *s. r. m. 3 E* non uenit *Acidalius. Reisig N. ph. Rundsch. a. 1888 p. 116.* non uenerit *libri, sed quod nisi pro non F*

EPIDICVS

Scio,
Quía mihi alius díxit qui illinc uénit mane hic ádfore.

PERIPHANES

Quín tu eloquere, quíd faciemus?

EPIDICVS

Síc faciundum cénseo,
Quási tu cupias líberare fídicinam animi grátia, 275
Quásique ames uehemènter tu illam.

PERIPHANES

Quam ád rem istuc refért?

EPIDICVS

Rogas?
Vt enim praestinés argento, príus quam ueniat fílius,
Átque ut eam te in líbertatem dícas emere.

PERIPHANES

Intéllego.

EPIDICVS

Vbi erit empta, ut áliquo ex urbe ámoueas, nisi quíd tuast
Sécus sententia.

PERIPHANES

Ímmo docte.

EPIDICVS

Quíd tu autem ais, Apoécides? 280

273.* EP. *praem. Z* michi *E* illic E^1J *(corr.* E^2*)* mane (a *ex* e *corr.*) *E* hic *Seyffert, Leo.* hunc *B* (*sed in marg.* at hic). hic hunc *EJFZ* affore *JF* 274.* PER. *om. Z* Quintu *J* quid tu (tu *del. m. 3*) *E* *Verba* Sic fac. censeo *Apoecidi tribuunt BEJ* faciendum *E.* faciundo *J* 275. EP. *praefigunt* E^3J*: Apoecidi continuant* BE^1*, Epidico FZ* 276. Quasi que *EZ* istoc *J* EP. Rogas *om. E.* rogas *om. JFZ* 277. EP. *praem. J* ut ei *F.* ut eam *Pal. VI Parei* prestines *B.* prestines *JF* argento *(s. v.* uz *m. 3) E.* argentum *F* priusquam *JZ.* iam priusquam *F* eueniat *F* 278. At *F* Intelligo *EJZ* 279.* aliqua *F.* ex *ante* aliquo *ras. del. E* amoueas (as *in* ris *corr. ut vid. m. 3*) *E* tuast *Weise* (*e v.* 280). tua *libri* 280.* secus sententia est *libri, nisi quod ante* secus *erasum est in B* sententia tu autem ais, Apoecides *Mueller* '*Pl. Pros.*' *p. 306.* tuautem apoecides *B.* tu aut ema poecides *E.* tu autem apoecides *JFZ*

APOECIDES

Quíd ego iam? nisi té commentum nímis astute intéllego.

EPIDICVS

Iam ígitur amota éi fuerit ómnis consultátio
Núptiarum, né grauetur quód uelis.

PERIPHANES

Viué sapis,
Ét placet.

EPIDICVS

Tum tu ígitur calide quídquid acturú's age.

PERIPHANES

Rem hércle loquere.

EPIDICVS

Et répperi haec te qui ábscedat suspício. 285

PERIPHANES

Síne me scire.

EPIDICVS

Scíbis: audi.

APOECIDES

Sápit hic pleno péctore.

EPIDICVS

Ópus est homine, quí illo argentum déferat pro fídicina:
Nám te nolo néque opus factost.

281—290. *Haec sunt in BEJ initia:* Iam nisi, Amota ei, Viue sapis *etc.* 281.* Quid *JFZ.* Qui *BE* intelligo *JZ* 282.* fuerit *Lindemann Nov. ann. t. XIX (a. 1837) p. 163, Loman Spec. crit. p. 42 (cf. 225).* erit *BEJF* (erit ei) *Z* consultio *F* 283.* negrauetur *B* PER. *Acidalius.* AP. *libri* Viue *B.* Vi (t ut *s. v. m. 3*) *E.* Visapis *J.* Vi sapis *Z.* Vt sapis *F* 284.* EP. *add. Camerarius. om. libri* iugit̃ *J* calide *B, Palmerius.* callide *EJFZ* quidquid *B.* quicquid *ceteri* acturus *libri* 285.* reppi *ex* reppe E^3 haec te *BEJZ.* hec a te *F* suspicio *JFZ.* suspitio *BE* 286.* me *om. Z* 287.* defecat *E* ꝓfidicina *J* 288.* Nam te nolo neque opus factost *Vssing.* Nā telonon (*m. 2 ex* N////telo ////non) eque opus factost *B.* Namtelo nō ep *(del. m. 1)* eq̃ (t te illo *in marg. m. 3*) opus factost *E.* Nam telo (*s. scr.* t illo) non eque opus factus est *J.* Nam telo non aeque opus factost *Z.* Nam te illo non eque opus facto est *F*

PERIPHANES

Quíd iam?

EPIDICVS

Ne te cénseat
ausa fácere, —

PERIPHANES

Docte.

EPIDICVS

Quó illum ab illa próhibeas:
ı ob eam suspícionem difficultas éuenat. 290

PERIPHANES

hominem inueniémus ad eam rem útilem?

EPIDICVS

Hic erit óptumus:
ıoterit cauére recte, iúra qui et legés tenet.

PERIPHANES

ce, habeo grátiam.

EPIDICVS

Sed ego ístuc faciam sédulo:
lum conueniam éamque adducam huc ád te, quoiiast fídicina,
ı argentum ego cum hóc feram.

PERIPHANES

Quanti émi potest minimo?

Nec BE^1 (Ne E^3) 289. Filii *libri* (filia E^1: *corr.* E^3) abilla *B*. *J* probibeas *E* 290. illam *JF* euenat *Bothe.* eueniat *libri* 300. *Haec sunt in BEJ initia:* 291—297 *ut supra; dein* Atque id, enim, Magnus miles 291.* adeam *J* EP. *in textu* (*add. m. 3 rg.* t apeades) Hic *E.* AP. Hic *JFZ* erit optimus *BEZ.* certe is est *F* 292. tenet. PER. *E* 293.* PE. *om.* B^1E. *add.* B^2 *Guyetus.* habeas *libri* Set *E* faciam *ex* facio *B* 294.* eamque tque *BEFZ. om. J* adducam, *sed poster.* d *ex* u facta, *B.* cam *J.* abducam *F* adte *J* quoiiast *B.* quo iiast *E.* st *J.* quoia est *F.* quoiast *Z* fidicina epid illane *E.* fidi-ıpōe illa ne *J.* fidicina. AP. illane (illamne *F*) *FZ: cf. v.* 295 95.* EPI. *praemitt.* E^3JFZ minimo *BEJF.* maxime *Z*

EPIDICVS

Íllane? 295

Ád quadragintá fortasse eam pósse emi minimó minis:
Vérum si plus déderis, referam: níhil in ea re cáptiost.
Átque id non decem óccupatum tíbi erit argentúm dies.

PERIPHANES

Quídum?

EPIDICVS

Quia enim múlierem alius íllam adulescens déperit
Aúro opulentus, mágnus, miles Rhódius, raptor hóstium, 300
Glóriosus: híc emet illam dé te et dabit aurúm lubens.
Fáce modo: est lucrum híc tibi amplum.

PERIPHANES

Déos quidem oro.

EPIDICVS

Ímpetras.

APOECIDES

Quín tu is intro atque huíc argentum prómis? ego uisam ád forum:
Épidice, eo uení.

EPIDICVS

Ne abitas, prius quam ego ad te uénero.

---

298. *Nonius p. 355, 25:* Occupare est rursus detinere. Plautus Epidico: 'Atque . . . dies'

EP. Illane B^2: *om. hoc loco EJFZ (cf. ad v.* 294) 296.* EPI. *praem.* E^3JFZ potest *F* minimo *libri omnes* minis *Bentley, Gronov.* minas *libri* 297.* siplus *J* nichil *E.* nihil *om. J* inea *BJ* captio st *BE.* captio est *JF* 298. decem *F, Pal. VI Parei, Pylades.* decet *BEJZ cum Nonio* erit tibi *F* dies *et s. v.* t dues *J* 299.* Quid *(exp. m. 2)* dum *B.* Quid dum *F* alius illam *Bothe.* illam alius *libri* adolescens *EJ.* adolesens *B* 300. opulentus *ex* opolentus *B* rodius *E* 301—305. *Haec sunt in BEJ initia:* Et dabit, Deos quidem, Argentum promis, Ne abitas, Sequere tu 301.* emit *ex* emet E^2 *ut vid.* dete *BJ.* dare *F* lubens *Gruterus.* iubeas *libri* 302.* Face *Palmerius, Acidalius.* Tace *libri* amplum *ex* ambium *ut vid. B (fort.* B^2*)* Impetras *Palmerius, Acidalius.* Impetra *libri* 303. tu is (*m. 2 ex* tuis) *B* hic BE^1 (u *s. scr.* E^3). huc *Z* pronus *J* Ego *B* adforam *J* 304. epidice (di *ex* ce *corr.*) *E* *Ante* ueni *del. 1 litt. E* non *F* abitas *ex* habitas E^3. abeas *FZ* priusquam *JF* adte *BJ*

APOECIDES

Vsque opperiar.

PERIPHANES

Séquere tu intro.

EPIDICVS

I, númera: nil ego té
moror. 305

EPIDICVS

SERVOS

Nullum ésse opinor égo agrum in agro Áttico
Aequé feracem quám hic est noster Périphanes.
Quin éx occluso atque óbsignato armário
Decútio argenti tántum quantum míhi lubet.
Quod pól ego metuo sí senex rescíuerit 310
Ne ulmós parasitos fáciat, quae usque attóndeant.
Sed me úna turbat rés ratioque, Apoécidi
Quam osténdam fidicinam áliquam conductíciam.
Atque íd quoque habeo: máne me iussít senex
Condúcere aliquam fídicinam sibi húc domum, 315

305.* operiar *JF* PERIPHANES *integris litteris B. pers. om. F* i numera *B* (*sed* num *in ras. B*² *pro* mun). i numera (ra *s. v. m. 3*) *E.* inumera *J* nihil *BFZ.* nichil *EJ*

Act. II sc. 3 EPIDICVS SERVVS *BE. idem, sed cum eis quae praecedunt iungens, J.* EPIDICVS *FZ* 306—310. *Haec initia sunt in BEJ:* Nullum, Quam hic, Atque armario, Quod pol ego

306.* oppinor *B* ego *om. Z* inagro *BJ* athico *Z*

307. aequę *J.* eque *EZ* periphanes (p *post e corr.*) *E* 308. atquę *J* armario *Pylades.* Atque armario *libri* 309. argenti *EJZ.* argentum (*lineola add. m. 1, ut sit* argenti) *B.* argentum *F* lubet *ex* iubet *E*³ 310. s/////tsenex *ex* si senex *J* rescierit *Camerarii m. ex* resciuerit *corr. in B* 311—319. *Haec sunt in BEJ initia:* Faciat, Apoecidi, Atque id, Fidicinam sibi, Ea conducetur, Aduersus senem 311. Faciat quę *B.* Faciat que (*s.* at *add.* at *m. 3*) *E.* Faciat atque *FZ.* Pati atque *J* attondeant *B* (*sed* ant *add. m. 2 in ras.*). attondeant *ex* attonedat *E.* attondeat *JFZ, nisi quod* adt. *F*

312. S, *B.* set *E* res turbat *JF* racioque *J.* ratio q, *B*

313.* conductitiam *J.* conductiuam *F* 314. q̊q; *ex* qq *E*³ hao *ex* heo *E* 315.* hunc *J*

⟨Vt⟩, dúm rem dinam fáceret, cantarét sibi.
Ea cónducetur átque ei praemonstrábitur,
Quo pácto fiat súbdola aduersús senem.
Ibo íntro: argentum accípiam ab damnosó sene.

316.* Vt *addidit Abraham p. 224 duce Buechelero Mus. Rh. t. XXXV (a. 1880) p. 629. om. libri* dinam B^1 (diuinam *corr.* B^2). diuinam *EJFZ* facret *E* cantare *F* 318.* 319. ab dampnoso *BE*. abdampnoso *J*

ACTVS III

STRATIPPOCLES. CHAERIBVLVS
ADVLESCENTES II

STRATIPPOCLES

Expectando éxedor míser atque exénteror, 320
Quó modo mi Épidici blánda dicta éuenant.
Nímis diu máceror: sítne quid nécne sit
Scíre cupió.

CHAERIBVLVS

Per illám tibi cópiam
Cópiam paráre aliam licét: sciui equidem in príncipio ilicó,
nullam tibi ésse in illo cópiam.

STRATIPPOCLES

Interii hércle ego. 325

Act. III sc. 1 STRATIPPOCLES CHERIBOLVS ADOLESCENTES *BE.* STRATIPHOCLES CHERIBOLVS ADOLESCENTES DVO *J. Idem F, nisi quod* EPIDICVS *addit.* STRATOPHOCLES CHERIBOLVS *Z* 320—330. *Haec sunt in BEJ initia:* Expectando, Epidici, Siọ nequit, *reliqua ut supra* 320.* *Stratippoclis pers. praem. B²* Ex pectando *B* 321. quomodo *BEJF* mihi *libri* euenant *Bothe.* eueniant *libri* 322.* Siọ (o *ex* c *corr. et del. m. 2: post* o *1—2 litt. spat.*) nequit nec nescit *B.* Sit (t *corr. in* c *m. 3*) nequid nec nescit (c *ante* i *del. m. 3*) *E.* Sic nequit nec ne scit *J.* Sic nequit nec nescit *F* sciret *J* 323.* 324.* *Versum cum sequenti systematis vinculo conecti puto* Copiam parare *EJFZ.* Copiam tibi (*e v.* 323) parare (*sed* ra *ex* re) *B* Sciui (*non* sciui) *B* ęquidem *J* inprintipio *B.* inprincipio *J* 325.* *Ante* in *del.* c *E* inillo *J*

CHAERIBVLVS

Ábsurde facis qui ángas te animi: si hércle ego illum semel préndero,
Númquam irridére nos íllum inultúm sinam seruom hóminem. 327. 328

STRATIPPOCLES

Quíd illum facere uís, qui, tibi quoi díuitiae domi máxumae sunt,
Ís nummum núllum habes néc sodalí tuo in te cópiast? 330

CHAERIBVLVS

Si hercle hábeam, polliceár lubens: uerum áliquid aliqua aliquó modo
Alicúnde ab aliqui aliquást tibi spes fóre mecum fortúnam.

STRATIPPOCLES

Vaé tibi, muricíde homo.

CHAERIBVLVS

Qui tíbi lubet mihi mále loqui?

---

333. *Festus Pauli p. 125, 10:* Murricidum ignauum, stultum. Plautus: 'Murricide homo' ignaue, iners: *quae in glossaria manaverunt: cf. Loewe Prodr. p. 282 sq.*

326.* *Chaeribuli notam praem.* B^2 facias *F* STRAT. Si *libri: pers. del. Bothe* p̄hendero *BJ.* prehendero *EFZ* 327.* 328.* Numquam ego (ego *del. m. 1 et m. 3 puncta subscr.*) *E* inultum *FZ.* inultimum BE^1J (at inultum *in marg.* E^3) seruum *BEJFZ* 329.* STRAT. *Bothe. om. BEJF.* CHAER. *praem. Z* facere E^3 *in marg. et J s. v.* fere E^1J. ferre *BFZ* qui tibi quoi *B (sed* quoi *ex* qui B^2*).* qui tibi cui *EJF.* qui tibi qui si *Z* diuitie *E.* diuicię *(sed* c *ex* i *corr.) B* maxumę *BJ.* maxime *E.* maxume *F.* maximę *Z* 330.* Is nūmū *(ex* nūmi *corr.) B.* Nūmum (*vel* Nummum) his *EJFZ* has *J Post* sodali *apex vel litterula erasa in B* inte *BJ* copiast *EZ.* copia st *B.* copia est *JF* 331—340. *Initia in BEJ non discrepant ab eis quae supra exstant* 331.* CHAER. *notam praem.* B^2EJF, *Stratippoclis Z* ///habeam (p *eras.*) *B* policear *F* luberis *ex* iuberis E^3 modo est *F* 332.* Allicunde (A B^2 *in ras.*) *B.* aliquunde *F* aliquibus E^3FZ aliquast tibi spes *Mueller 'Pl. Pros.' p. 334.* aliqua tibi spes est *libri* furtunam *J* 333.* STRAT. *praem.* B^2EJF, *om. Z* Ve tibi *EJFZ.* Vetibi *B* muricide homo *EJFZ.* muri///cidę *(sed in 7 litt. spat. m. 2)* homo *B.* murricide homo *Festus Pauli* lubet *ex* iubet E^3

STRATIPPOCLES

Quippe tú mi aliquid aliquó modo alicúnde ab aliquibús blatis,
Quód nusquamst: néque ego id inmítto in aurés meas, 335
Nec míhi plus adiuménti das quam ille quí numquam etiam nátust.

EPIDICVS. STRATIPPOCLES. CHAERIBVLVS
SERVOS ADVLESCENTES II

EPIDICVS

Fecísti iam officiúm tuom: me méum nunc facere opórtet.
Per hanc cúram quieto tíbi licet esse: hóc quidem iam périit.
Níquid tibi hinc in spém referas: óppido hoc pollínctumst.
Créde modo mihi: síc ego ago: síc egerunt nóstri. 340
Pro di ímmortales, mi húnc diem dedístis luculéntum,
Vt fácilem atque impetrábilem. sed ego hínc migrare césso,

334.* STRAT. *praem.* B^2 mihi *libri* aliquunde *F* blatis *JZ.* blactis E^2F. latis B^1E^1. *in marg.* t latras B^2 335.* *Creticos admisi praeeunte Weisio* Quod (o *ex* i *m. 3*) *E* nusquamst *EZ.* nusquam ///st *B* (e *erasa*). nusquam est *JF* inmitto *(ita B.* immitto *EFZ.* immi///to *J, ubi* t *eras.)* in aures (inaures *BJ*) meas *libri* 336.* michi *E* adiumenti das *Pylades.* adiumenti ades *B.* adiumenta ades *E.* adiumenta des *JFZ* et iam *E* natust *BEZ.* natus est *J.* nactus est *F*

Act. III sc. 2 EPIDICVS SERVVS STRATIPPOCLES CHERIBOLVS (CHER̄ *E*) ADOLESCENS (ADOŁ *B*) *BE.* EPIDICVS SERVVS *(om. Z)* STRATIPHOCLES CHERIBOLVS ADOLESCENTES *JZ. om. F, superioribus continuans* 337.* *Personarum nomina ab hoc v. add.* B^2, *nisi ubi contrarium testor* officium iam *Z* tuum *EJFZ.* tutuum *B* *Post* me *una littera erasa in B* 338.* *Post* tibi *circ. 5 litt. eras. B* hic *F* periit *F, Pylades.* perit B^1EJZ. per it B^2 339.* Niquid *J. idem B, sed* d *e corr.* Ni quid (q *ex* t) *E.* Ni qui *F.* Nisi quid *Z* huic *Z* *Post* in *2—3 litt. erasae B* inspem *J* opido *J* pollinctumst *Gz Act. Soc. ph. L. t. VI p. 288.* pollitum est *B.* politum est *EJFZ* 340—350. *Haec sunt in BEJ initia:* Crede, Mihi hunc, Sed ego, Hunc auspicio, Ante ędis, Accipe hoc, Et plus: *reliqua ut supra* 340.* Crede *ex* Credo E^3 si ego *F* aegerunt *J.* egere *Z* 341.* ꝑdii *J.* pro dii *F* immortales *(sed* l *ex* i *corr.) B* Mihi *BFZ.* Michi *EJ* dedisti loculentum *B* 342. Sed migrare hinc cesso *JF, nisi quod* censeo *F*

Vt ímportem in colóniam hunc meo auspício commeátum?
Mihi césso quom sto. séd quid hoc? ante aédis duos sodáles
Erum et Chaéribulum cónspicor. quid hic ágitis? accipe
hóc sis. 345

STRATIPPOCLES

Quantum híc inest?

EPIDICVS

Quantúm sat est et plús satis: supérfit:
Decém minis plus áttuli, quam tú danistae débes.
Dum tíbi ego placeam atque óbsequar, meum térgum flocci fácio.

STRATIPPOCLES

Nam quíd ita?

EPIDICVS

Quia ego túom patrem faciám parenticídam.

STRATIPPOCLES

Quid istúc est uerbi?

EPIDICVS

Níl moror uetera ét uolgata uérba 350
'Perátum ductitáre': ego follítum ductitábo.
Nam léno omne argentum ábstulit pro fídicina: ego resólui.
[Manibus his dinumeraui, pater suam natam quam esse credit.]

343.* inportem *E* incoloniam hunc *B* (hunc *lineola del.* B^2). incoloniam hunc *EJ* meo auspicio *duce Pylade Gz.* Hunc auspicio (auspitio *E*) *BEJFZ* 344. michi *E* concesso (con *del. m. 3*) *E* quom sto *F.* cum sto *E.* cumsto *BJ.* quum sto *Z* set *E* ędis *B.* aedes *J.* edes *EFZ* duos *BEFZ.* duo *J* sodales (a *ex* o *corr.*) *B.* sodales (e *ex* i *corr.*) *E* 345. herum *EJFZ* cheribulum *BE.* cheribolum *JZ* hoc agitis *F* 346. *Ab hoc inde v. pers. add.* E^3 superfit *Camerarius.* supersit *libri* 347. adtuli *F* quatu *J* danistę *B.* daniste *EF* 348. tergam *J* floccifatio *E* 349.* ego *add. in B man. recentior quam* B^2 tuum *libri* 350. Nil *F.* Nihil *BZ.* Nichil *EJ* uulgata *libri* 351—360. *Haec sunt in BEJ initia:* Peratum ductare, Argentum abstulit, Dinumeraui, Nunc iterum, Ita suasi, Euge, Dedit mihi, Quasi quae, Ipse in 351.* Peratum *B.* Paratum *EJFZ* ductitare *Gz.* ductare at (At *B*) *libri* 352. ꝑfidicina *BJ* 353.* *Versum damnavit Ritschelius Proleg. p. CLVI: cf. v.* 367 *sq.* dinumeraui (ui *ex* uit *corr.*) *E* credit *pro* credidit *lineola subducta corr.* B^2 *(ita Loewe, Studemund, Lindskog 'de corr. sec. m.' p. XVIII) cum Pylade.* credidit B^1EJFZ

Nunc íterum ut fallatúr pater tibique aúxilium apparétur
Inuéni: nam ita suasí seni atque hanc hábui oratiónem, 355
Vt, quóm redisses, né tibi eius cópia esset.

STRATIPPOCLES

Eúge.

EPIDICVS

Ea iám domist pro fília.

STRATIPPOCLES

Iam téneo.

EPIDICVS

Nunc cautórem
Dedít mihi ad hanc rem Apoécidem — is ápud forum manét me —
Quasi qui á me caueat.

STRATIPPOCLES

Haúd male.

EPIDICVS

Iam ípse cautor cáptust.
Ipse ín meo collo túos pater crumínam collocáuit: 360
Is adórnat adueniéns domi extemplo út maritus fías.

STRATIPPOCLES

Vnó persuadebít modo: si illám quae adductast mécum
Mihi adémpsit Orcus.

---

354. tibi q, *B* auxsilium *ex* consilium *E* 355.* inueni. nam *R. Mueller l. s. s. p. 6 ducibus Saraceno et Pio.* inueniam *libri* 356.* cum *libri, nisi quod* quum *Z* ne *(sed* n *ex corr.) B.* ue *E.* ut *J* 357.* *Pers. om. JFZ. spat. E* ea *ras. ex* eam *corr. J* domist *EFZ.* domi st *B.* domi (mi *ex* mũ *ras.*) est *J* pro filia *Acidalius, Brix Em. Pl. ed. a. 1847 p. 17.* pro illa B^2 *in ras.* pelia *EJZ.* prelia *F* Strat. *om. EJFZ* Iam teneo *Brix l. s. s.* teneo *libri* cautorem *Angelius.* auctorem *BJ.* actorem *EFZ* 358.* mihi *libri* adhancrem *B* 359.* Quasi qui a me caueat *Buecheler Nov. ann. t. XCIX (a. 1869) p. 536.* Quasi quae (quę *J.* q̃ *E.* qui *F*) amaret caueat *libri* STRAT. *et* EP. *notas om. EJFZ* iam ipse *ex parte in ras.* B^2 captus est *libri* 360. inmeo *BEJ* tuus *libri* crumenam *F* 361—370. *Haec initia sunt in BEJ:* Domi extemplo, Quę adducta, Astutiam institui, Siquid ad eum, Minas se, Meis manibus, Ibi leno, Argentum acceperit
361. adueniens *Camerarius.* ueniens *libri* ubi *pro* ut *F* 362. STR. *om. F* Quę *BJ.* Que *EF* adducta est *libri* 363.* adempsit *ex* dempsit (a *s. scr.*) B^2 ortus *J.* orchus *pro* orcus E^3. orchus *F*

EPIDICVS

Núnc ego astútiam hanc instítui:
Deuéniam ad lenoném domum egomet sólus, eum docébo,
Siqui ád eum adueniant, út sibi essé datum argentum dícat 365
Pro fídicina, argentí minas se habére quinquagínta.
Quippe égo qui nudiustértius meis mánibus denumeráui
Pro illá tua amica quám pater suam fíliam esse rétur.
Ibi léno sceleratúm caput suom imprúdens alligábit,
Quasi pró illa argentum accéperit, quae técum adducta núnc est. 370

STRATIPPOCLES

Vorsútior es quám rota figuláris.

EPIDICVS

Iam ego parábo
Aliquám dolosam fídicinam, nummó conducta quaé sit,
Quae se émptam simulet, quaé senes duo dócte ludificétur.
Eam dúcet simul Apoécides ad túom patrem.

---

371. *Serv. Dan. in Aen. II 62:* Plautus: 'Versutior . . . figularis' *Cf. Isid. Orig. X 277* (uersutior est).

---

astutiam hanc *Pylades.* hanc Astutiam *libri* institui *ex* instituam *E* 364.* adlenonem *B.* adlonenem (?) *J.* ad le nonem *E* ego met *EJ* solus *ex* solū *E* eum *Pylades.* eum ego *libri* (cum ego *Z*) 365.* Siqui *Camerarius.* Siquid BE^1. Si quid *J.* siquidem *FZ.* Siquod E^3 adeum *J* adueniant *Camerarius.* adueniam *B (sed* du *ex al. litteris ut vid. correctum et ante* ad *3—4 litt. erasae).* ádueniam *EJF.* ueniam *Z* *Ante* esse *8 litt. erasae in B* dicat *om. hoc loco F* (*v.* 366) 366.* profidicina *BE.* pro fidicina dicat *F* 367.* nudius tertius *BE.* nudius tercius *J* denumeraui *BE.* dinumeraui *JFZ* 368. *Post* pater *3—4 litt. erasae in B* 369. suum *libri* caput suum sceleratum *Z* alligabit E^3, *Saracenus, Pius.* alligauit BE^1JFZ 370. qua si, *sed* a *ex* i *corr., B* ꝑilla *BJ* accepit (ꝑ *ex* p̄ *corr.*) *E* quę *BJ.* que *EF* nunc est adducta *E ante corr. et Z* 371—381. *Haec initia sunt in BEJ:* Es quā rota, Nummo conducta, Docte ludificetur, Eam permeditatam, Longum loquor, Bene ambulato, Me equidem, Atque aliquanto, Virtute atque 371. CHAER. *praem. JFZ, atque ita editores plurimi* uersutior *Servius Dan.* est *codd. Isidori* quā B^2. qua B^1 Iam *B.* ha *E.* ah *JF. om. Z* 372. numo *F* quęsit *B.* quė sit *F.* ep̄. quę sit *J* 373. que *E.* quę *J* que senes *E.* quę senes *J* docte *B, Pylades.* docta *EJFZ* 374.* ad tuum B^2E^3FZ. adtuum *J.* ad suum B^1E^1

STRATIPPOCLES

Vt paráte.

EPIDICVS

Eam pérmeditatam, meís dolis astútiisque onústam 375
Mittám. sed nimis longúm loquor: diu me éstis demoráti.
Haec scítis iam ut futúra sint. abeó.

STRATIPPOCLES

Bene ambuláto.

CHAERIBVLVS

Nimis dóctus illest ád male faciéndum.

STRATIPPOCLES

Mequidem cérto
Seruáuit consiliís suis.

CHAERIBVLVS

Abeámus intro hinc ád me.

STRATIPPOCLES

Atque áliquanto lubéntius quam abs té sum egressus íntus:
Virtúte atque auspicio Épidici cum praéda in castra rédeo. 381

STRĀ ut B^2 *in ras.* ut *sine pers. nota* $EJFZ$ parate (ra *ex* te *corr.*) E 375.* EP. *om.* $EJFZ$ premeditatam F astutiisque *(sed* ast- *ex* st- B^2*)* B. astutusque E honustam EJ 376. mittam. Sed (*non* sed) B. mitram *ex* nutram *(in marg.* at mittam *m. 3)* set E. mitrã. sed J minis J loquar J *(sed* o *supra adscripsit m. recentior)* 377. hęc J. hec F habeo (abeo E^3) E. Abeo B STRAT. *om.* J ambulabo Z 378.* nimisdoctus J illest *Camerarius.* ille *libri* admale faciendum BE. admaleficiendum J. ad malefaciundum F Me quidem FZ. Meę quidem E. Me equidem B^2. Me aequidem J. Met quidem B^1 379.* CHAER. *om.* E^1JF *(add.* E^3*)* abeamus (*sed* abe *m. 2 add. et* be *in ras. fueratne* eamus?) B *Ante* intro *una litt. erasa in* B hinc (h *ex* n *corr.*) E adme J 380.* STRAT. *om.* JF Atque *add.* E^2 lubentius (l *ex* i *m. 3*) E abste BEJ 381. auspitio E cump̄da J. cum preda EF incastra BEJ

PERIPHANES. APOECIDES. FIDICINA. SERVOS
SENES II

PERIPHANES

Non óris causa módo homines aequóm fuit
Sibi habére speculum, ubi ós contemplarént suom,
Sed quí perspicere póssent [cor sapiéntiae,
Igitúr perspicere ut póssint] cordis cópiam: 385
Vbi id ínspexissent, cógitarent póstea,
Vitam út uixissent ólim in adulescéntia.
Fuit cónducibile hocquidém mea senténtia.
Vel égo, qui dudum fíli causa coéperam
Egomét me excruciare ánimi, quasi quid fílius 390
Meus déliquisset méd erga, aut non plúruma
Malefácta mea essent sólida in adulescéntia.

Act. III sc. 2 PERIPHANES APOECIDES SENES ·II MVRIER FIDICINA *B*. PERIPHANES APOECIDES *(utrumque in ras.)* SENES ·II· MVLIER FIDICINA *E*. PERIPHANES APOECIDES SENES ·II· FIDICINA *J*. PERIPHANES APOECIDES FIDICINA *F*. PERIPHANES APOCIDES SENES DVO *Z* 382—390. *Haec sunt initia in BEJ:* Non oris, Contemplarēt, Igitur perspicere, Cogitarent postea, Vel quasi, Ego me 382. onoris *cum spat. init. E*. Honoris *JFZ* mo *et sup. vers.* do *B* hominis *BE¹J*. homines *E³FZ* aequum *BFZ*. ęquum *J*. equum *E* 383. os Contemplarent *E³JZ*. os Contemplaret *BE¹ (in B m. Camerarii* ē *corr.)*. contemplarent os *F* suum *libri* 384.* 385.* Sed qui *Camerarius*. si (ed *B²* *ex* i) id qui *BZ*. sibi id qui *EJ*. sibi idque *F* perspicere *ex* spicere *corr. J* possent *ex* possem *ut vid. corr. B* sapientię *B*. sapientie *E* *Quae uncis inclusi, damnavit Geppert* utpossint *B* 387. uitā *ex* uita *corr. E²* uicissent *E¹: corr. E³* in adolescentia *Z*. inadolescentia *BEJ* (-a *ex* -ā *ras. E*) 388.* *Huc transposuit Brix Nov. ann. t. CI (a. 1870) p. 761: in libris est post* 393 hoc quidem *libri* 389.* Vel ego qui dudum *Guyetus*. Vel quasi egomet (ego met *J*) qui dum (quidum *BE*) *libri* filii *J* ceperam *EJF* 390.* Egomet me *Mueller 'Pl. Pros.' p. 31. 487*. Ego me *libri* ex cruciare *B*. excrutiare *E* 391—400. *Haec sunt in BEJ initia:* Melius deliquisset, Male facta, Profecto, Sed meus, Quid sit, Quō homini, Abduci heus, Atque audin 391.* Meus *E³JFZ*. Melius *BE¹* mederga *BEZ*. me derga *J*. me erga *F* aut non *Ritschelius Nov. Exc. p. 27*. aut quasi (qua si *B*) non *libri* plurima *Pius*. plurumum *ex* plurimum *B²*. plurimum *EJFZ* 392.* Male facta *BJ* inadulescentia *B*. inadolescentia *E*. in adolescentia *FZ*. inolescentia *J*

Profécto delirámus interdúm senes.
Sed méus sodalis ít cum praeda Apoécides.
Veníre saluom mércatorem gaúdeo. 395
Quid fít?

APOECIDES

Di deaeque te ádiuuant.

PERIPHANES

Omén placet.

APOECIDES

Quin ómini omnis súppetunt res prósperae.
Sed tu hánc iube, si sápis, intro abduci.

PERIPHANES

Heús foras
Exíte huc aliquis: dúce istam intro múlierem.
Atque aúdin?

SERVOS

Quid uis?

PERIPHANES

Cáue siris cum fília 400

---

393. *Hunc v. excipit in libris v.* 388 deliramus (ra *add. m. 2*) *E* 394.* sodali s it (s it *ex* sit *m. 3*) *E* p̄da *BJ.* preda *F* apoetides (t *ex* c) *B.* apocides *J (corr. m. rec.) Z* 395. saluum *libri* mercato rem *B* 396. fit E^3Z. sit BE^1JF AP. *om.* E^1F. *add.* E^3 dii *J* deae que *B.* de aeque *J.* deeque *EF* te *s. v.* E^2 adiuuant. PER. Omen placet *Gulielmius.* adiuuant res ꝓpere PERĪ omen placet (ꝓperę B^2. *pers. add.* B^2) *B.* res propere om̄s *(s add. m. 3, sed postea er. est)* placet *E.* aduant. res ꝓpere omen placet *J.* adiuuant res prospere tum placent *F.* adiuuant res prosperę omen placet *Z: cf. v.* 397 397.* AP. *add. Gruter. om. libri* Quin omini *Gruter.* Qui (o *sup.* i) nomini (homini *m. 2*) *B.* Cum nomini E^1. Cum homini E^3J. quom homini *F.* quom omini *Z* omnes *J* *Post* omnis *eras.* res *ut vid. in B* suppetunt res prospere E^3. suppetunt res ꝓpere BE^1. res ꝓpere suppetunt *J.* res prospere suppetunt *F* 398.* *Ante* S, *1—2 litt. spat. B* set *E* iube, si sapis, *Seyffert.* iubes (lubens *B*) *libri* Ab duci *J.* adduci *F* PER. *om.* BE^1 *(add.* E^3*)* heus *(ita m. 2 pro* huis*) B.* eus *J* 399. duae *J* mulierem concludi uolo *EJFZ.* mulierem *cum decem litt. rasura B: cf. v.* 402 400.* audiri *F* SERV. Quid uis *Angelius.* EPĪD quid? uis (? *add. m. 2*) *B.* AP. Quid uis *EJFZ* PERĪ *add.* B^2 *in 12 litt. spatio* cauesiris cum E^1. caue siriseū B^2. caue si ris eū B^1 *(in marg. exteriore* siriscū nom̄ ꝓp̄ū B^2*).* cauesis cum E^3JFZ

Mea cópulari hanc néque conspicere: iám tenes?
In aédiculam istanc sórsum concludí uolo:
Diuórtunt mores uírgini longe ác lupae.

APOECIDES

Docte ét sapienter dícis. numquam nímis potest
Pudicítiam quisquam súae seruare fíliae. 405
Edepól ne istam témperi gnató tuo
Sumus praémercati.

PERIPHANES

Quíd iam?

APOECIDES

Quia dixít mihi
Iam dúdum se alius túom uidisse hic fílium.
Hanc édepol rem apparábat.

PERIPHANES

Plane hercle hóc quidemst.

APOECIDES

Ne tú habes seruom gráphicum et quantiuís preti: 410
Non cárust auro cóntra. ut ille fídicinam

597. *Cf. Brix ad Mil. gl. 1405, Abraham Stud. Pl. p. 185* (De nullis. PH. Quor filiam), *Seyffert 'Berl. phil. W.' 1891 p. 111, Niemeyer 'Pl. Stud.' p. 13.*

599. Quid si seruolo aliter *Hasper l. s. s. p. 27.* Quid? seic seruo uisumst? aliter non *Langen 'Pl. Stud.' p. 295.* Quid si inrisit? PER. Aliter uisumst. PH. Non *Leo.* Quid, si seruo aliter uisum esset,

non pote nouisse *Mueller 'Pl. Pros.' p. 758.* Quid, ipse si seruo aliter uisumst, non poteras nosse *Geppert.*

600. Qui ego *Vssing. Cf. Langen 'Pl. Stud.' p. 144.*

601. habe *iam Bentley, Guyetus, Brix Nov. ann. t. CI (a. 1870) p. 767. Cf. Baier p. 92.*

602. heic *Acidalius.* — eam *delet Mueller 'Pl. Pros.' p. 389.*

603. quidem *cum F Ritschelius Proleg. p. 78 (aliter ad Trin. v. 352): de tota re cf. Skutsch Herm. t. XXXII (a. 1897) p. 95* (aliquem).

606. *Ambrosiani scripturam tutatur Vahlen Hermae t. XVII (a. 1882) p. 598. At cf. Baier de Pl. fab. rec. dupl. p. 48; 69; 166. Cf. Plac. glossam sub* exitiabilis *allatam.* exitialis illi ego faciam ut hic fiat dies *Geppert.*

607. quod a me *olim edidi.* qui de — haud petit *Weise.*

608. quae ex praeda emptast *olim edidi.* quae empta ex praeda est *Camerarius. Idem in A legi dicit Geppert, non recte.* quae mihi emptast *vel* quaest mihi empta *Abraham p. 201 sq.* quaest mea pr. *Iacob.* quae est de pr. *Lindemann l. s. s.*

609. caperat *olim edidi.* caperrat *tutatur iam Roeper in Eumen. part. I p. 15. Cf. Caesar p. 10, 143; Reblin p. 39; Festus Pauli p. 48, 8, gloss. in thes. gl. sub* caperrata *allata.*

611. Ita] Tam *vel* Tamen *Luchs Hermae t. VI (a. 1872) p. 275. Cf. Braune de ITA etc. p. 7.*

612. ibi aderat *iam Bothe, Gz*[1].

614. *Cf. Baier p. 65, 87.*

617. *Balbachium male impugnavit Duebner Nov. ann. t. IV (a. 1832) p. 318.* sescuncias *Scaliger.*

618. Quidni? ego *Vssing.*

619. ne illi *Gulielmius, Fleckeisen Philol. t. II (a. 1847) p. 75, quibus olim obsecutus sum.*

620. *Cf. Studemund Hermae t. I (a. 1865) p. 284. Adde Arch. I p. 391; Baierum p. 20 sq. 155; Leidolphium p. 212.*

621. quam ego emi ex pr. *olim edidi cum Muellero 'Pl. Pros.' p. 389.* emi ego de pr. *idem Mueller ibid. Cf. Abraham Stud. Pl. p. 201; Baier p. 146; ad v.* 608.

622—623. Estne, ita ut tibi dixi — adsp. et cont., Epidice — Vsque . . . summum festiuissuma? *Vssing.* — Haec east *Back l. s. s. p. 351.*

623. ungulo *olim edidi: cf. Arch. IV p. 179.*

624. Est *olim edidi.* — *V. Schoell 'N. Heidelb. Jahrb.' II p. 48.*

626. Zeuxisque *Pylades deleto* atque *et* Apelles *servato.* Apelles ac Zeuxis *Bothe.* — pigmentis pingent *Gz*[1]. pingent duo pigmentis *Mueller 'Pl. Pros.' p. 178. Cf. Klotz 'Metr.' p. 210.*

627. otiose adbitis: pedibus plumbeis *Gz*[1], plumbeis *cum Brixio Nov. ann. t. CI (a 1870) p. 767.* sicin iussi ad me ires *Leo.* sei iussem ad me ire *Mueller 'Pl. Pros.' p. 207* pulmoneis *cum Camerario probans.* sic te iussi ad me ire pedibus? palmipes *Vssing.* scio si iussem ad me ire, pedibus plumbeis *Rauterberg l. s. s. p. 11.* si Iouis iussu ad me iret pedibus, plumipes *Palmer Hermath. IX p. 447. Emendatio incerta.*

629. *De* illius *cf. Brandt de varia . . . gen. forma et mensura*

p. 22. — gratia et *cum aliis Holtze Synt. t. II p. 371.* — *Cf. Ritschl Op. II p. 691.*

630. *De* 'id' *olim dubitavi, ut dubitat Seyffert.* es remoratus *Camerarius.* id remoratumst *Mueller 'Pl. Pros.' p. 207. Intellege 'id quod uoluit remoratus es' Leo coll. Rud. 440 et Langeno 'Beitr.' p. 179. 180.*

631. Age, age, absolue, argentum numero numera *Schoell in ed. minore. Cf. Langen 'Beitr.' p. 94.*

632. huc inde: capit. ST. An tu neuis *Vssing.*

634. oculis utor? aciem optineo *Vssing.*

636. natam abs Thebis *Bothe.* nata's — sata *Koenig p. 7, Goerbig p. 30.*

638. nouisti *duarum syllabarum. Cf. Luchs comm. prosod. I p. 22 et Ahlberg l. s. s. p. 65.*

640. in digitulum *olim edidi.* in digitum *glossema esse iudicat Brix Nov. ann. t. CI (a. 1870) p. 768* tun is es *verbis in hoc v. collocatis. Cf. Birt Mus. Rh. t. LIV (a. 1899) p. 66.* in dig. T. Memini, sed, mi homo *exspectat Skutsch.* — *De re cf. Schuster l. s. s. p. 16.*

641 *sq. Cf. Schoell 'N. Heidelb. Jahrb.' II p. 48.*

641. te mercatust tuus *Geppert, Leo.*

642. *Cf. Anal. Pl. p. 106.* — Hem meus frater ille ut fiat — *temptat Leo.*

643. uiuit *Leo.* — ualet *pro* tace *Seyffert Curc. p. XVIII, quod Vssing probat.* — *Ceterum hunc v. post* 645 *ponit Ribbeck praef.*[1] *p. XXV.*

648. mecum *desiderat Francken Mnemos. VII (a. 1879) p. 200.*

649. Sanane *Schrader de part. NE etc. p. 19.*

650. ego modo sum huic frater factus dúm ego eo intro atque exeo *Gz*[1] (sum *cum Reizio*). ego modo amator sum huic *etc. Leo.* egon huic modo frater factus sum, dum eo *Elste de 'DVM' p. 10.* ego modo sum frater factus huic, dum *Bothe. Cf. Mueller 'Pl. Pros.' p. 713.* — dum ego eo intro (*et* egon modo) *Brix Emend. Pl. a. 1854 p. 4. Cf. Anal. Pl. p. 77.* dum domum intro eo atque exeo *Birt Mus. Rh. t. LIV (a. 1899) p. 66; 'der Hiat' p. 61.*

652. repperisti et perdidisti *Bothe.* ut *pro* et *improbabile.*

653. fidicina est *cum F Bothe.* fidicina empta *Hasper l. s. s. p. 28. Graviorem labem v. traxisse putat Leo. Cf. Langen 'Pl. Stud.' p. 141; Schoell 'N. Heidelb. Jahrb.' II p. 49.*

655. i intro *Mueller 'Pl. Pros.' p. 46.* — atque huic calefieri aquam iube *Fleckeisen Nov. ann. t. LXI (a. 1851) p. 27: sed cf. Luchs Studemundi Stud. I p. 27.* — *Adde quae temptavit Mueller l. s. s.*

658. *Cf. Baier l. s. s. p. 46.*

660 *sqq. Cf. Dziatzko in censura l. s. s., Francken Mnemos. VII (a. 1879) p. 201, Schredinger p. 43.*

660. abi domum. auxilio mihi *olim edidi* abi *cum Acidalio* (abei domum. ausculta mihi). *Cf. Mueller 'Pl. Pros.' p. 605, Vssing, Abraham Stud. Pl. p. 225.* exi istac per hortum domum: adfer *Appuhn p. 75.*

661. facto *tut. Fleckeisen Nov. ann. t. CIII p. 460.*

664. *Cf. Ritschl Op. II p. 335.*

666. ludibrio nos *Koehler p. 25; Ribbeck praef.*[1] *p. XXV.*

667. me miserum *idem Bothe, Kellerhoff p. 77, Luchs Comm. pros. I p. 19.*

668. Tace, sine modo me *olim edidi: quod in A* (seis: sine modo me?) *non quadrare monet Studemund.* Tace modo: sine me *Geppert, Mueller 'Pl. Pros.' p. 742.* Tace sis, sine med *Ribbeck praef.*[1] *p. XXV.* Tace seis, sine modo [me] *Schoell in ed. min. (cf. A).* — tibi nunc *olim edidi.* Tibi ego iam dico *vel* Ego iam tibi dico *inter alia Mueller 'Pl. Pros.' p. 742.* Dico tibi iam ut tu scias *Abraham 'Wochenschr. f. kl. Ph.' II p. 492. Cf. Luchs Studemundi Stud. t. I p. 28, Anal. Pl. p. 101.*

669. te tibi *olim edidi cum Mahlero p. 32.* — comitemst melius *Schoell.*

671. Quot illic hocedie *Geppert, Ritschl Nov. exc. p. 94.* — med *Bothe, Ritschl l. s. s. Cf. Schoell 'N. Heidelb. Jahrb.' II p. 49.* homo *iam Mueller 'Pl. Pros.' p. 743.*

671—674 *eicit Guyetus.*

674. omne amburit. prope sist, aestu *olim edidi: cf. Anal. Pl. p. 76.* si prope abstes *Gruter ex Langianis duce Scioppio* abstes *scribente.* prope *iam Weise omisit. Cf. W. W(agner) l. s. s. p. 337.*

675. *Vexaverunt versum sanum plerique docti: cf. R. Mueller l. s. s. p. 23 et C. F. W. Mueller 'Pl. Pros.' p. 271; Francken Mnemos. VII (a. 1879) p. 200; Schredinger p. 49.*

677. Quidquid égo malfeci *Seyffert praef. Curc. p. XVIII.*

679. Dummodo sine me quaeras, quaeras *olim edidi* (tu *pro* modo *Anal. Pl. p. 96*). mea causa quaeras *Guyetus. Cf. Leo 'Pl. F.' p. 323 et contra eum Skutsch Sat. Viadr. p. 40.* uel *del. Gimm de adiect. p. 25.* domo *pro* ab domo *Abraham l. s. s. p. 198. Cf. Hasper p. 28.*

681. a tuis *Becker Studemundi Stud. t. I p. 167, Gz*[1], *fortasse vere* (abs tuis *Studemund*). ab oculis *pro* num oc. *iam Geppert.*

682. nec mihi gratu's neque odiosus neque timorem mi exhibes *temptat Leo.*

683. uincire uis, en *Dousa.* em *iam Ribbeck 'Beitr.' p. 32.*

685. hic mihi *Kaempf p. 28 cum Gepperto. Cf. Baier p. 86.*

687. precatorem. AP. Facile exoras *Camerarius.* deprecantem *e. q. s. Iacob. Cf. Schoell 'N. Heidelb. Jahrb.' II p. 49.*

695. Nimis erunt obnoxiossae *Gz*[1]. Nihil moror. EP. obnoxiose *Leo.* Nil uerod obnoxiosso *Ritschl Nov. exc. p. 86.* Nil uero obnoxiosum *Geppert.* Nihil uero es obnoxiosus (*vel* mi obn.) *Dziatzko in censura l. s. s. p. 238.* Nihil uolunt obnoxiae esse *Vssing.* Nil sunt uero obnoxiossae *vel* Nil uereor obnoxiosse *Hasper l. s. s. p. 28.* Nihilo uero obnoxior sum *Mueller 'Pl. Pros.' p. 605.* Nihil uero asto obnoxiosse *Schoell coll. Stichi v.* 497. *Cf. Langen 'Beitr.' p. 114.*

699. *De* pingnus *cf. Loewe Anal. Pl. p. 203.* — ni ea sit *Gz*[1]: *cf. Bennett 'Transactions' etc. 1900 p. 399. De* uel *cf. Kohlmann de VEL p. 49.*

700. Quamne *Rauterberg p. 13.*

701. Enim istic captiost *Vssing. Cf. Richter Studemundi Stud. I 500 et Langen 'Beitr.' p. 263; Mueller 'Nachtr.' p. 128.*

703. tibi ego *Ritschelius Proleg. p. 327.*

704. Quid istic opere tanto oratis *Geppert 'Pl. St.' II 146.*

705. istam ob rem te *Gz*[1]. is te abore *tutatur Schoell in ed. min. coll. Men. 1011 (cf. idem 'N. Heidelb. Jahrb.' II p. 49).* is te eam ob

rem *Leo.* is te fateor *Vssing.* te istam ob rem *Pylades.* istis te adeo *Guyetus, Enger de pros. p. 8.* istis adeo te *Camerarius.*

709. neque benigno *tutantur Bothe, Skutsch.* neque maligno *Scaliger, Gz*[1]. neque te indigno *Lambinus.* neque ego indigno *Geppert.* neque eo indigno *W. W(agner) in cens. l. s. s. p. 337.* neque bono, gnato tuo *Vssing.* neque ere ignoto *Asmus de apposit . . . colloc. p. 52.*

710. quae haec malum ferociast *Lambinus.*

713. Quid est negoti *Studemund 'Die Fragm. d. Pl. Vid.' p. 71.*

714. PER. Ei non pol temerest *olim edidi duce Muellero 'Pl. Pros.' p. 357.* illuc non *in adn. Leo. Cf. Skutsch 'Forschungen' I p. 106.*

716. huic *pro* haec *Vssing.* heic *Iacob.* — hocedie *Geppert.* hodied *Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 90.* — opera est *Pylades. Cf. Mueller 'Nachtr.' p. 119.*

717. *Cf. Leo 'Pl. F.' p. 290.*

V. 719—720 *post v.* 714 *ponit Bothe probavitque R. Mueller de Pl. Ep. p. 14: sed cf. Ladewig Diar. antiqu. stud. a. 1841 p. 1087 et Reinhardt Studemundi Stud. t. I p. 107; Schredinger p. 61.*

721. *Extrema nondum sanata sunt.* mi euenisse *olim edidi cum Brixio Nov. ann. t. CI (a. 1870) p. 768.* nam meruisse *Weise.* me meruisse *Geppert: cf. H. Weber Philol. t. LVII (a. 1890) p. 247.* me? meruisse *vel* commeruisse *Bothe.* sic meruisse *Vssing.* quem meruisse *Hasper p. 28.* rem tulisse *W. W(agner) in censura l. s. s. p. 337.* mi orandum esse *Leo.* mi inuenisse intellego *Bach Studemundi Stud. II p. 271.* ita me iuuisse *Schoell. Cf. Birt 'der Hiat' p. 358.*

722. lubeat *Bothe.* deceat?

724—731 *ex duplici recensione repetii olim p. XXV. Cf. Francken Mnemos. VII (a. 1879) p. 203, Schredinger p. 44.*

726. *Aut* Quid postea? *scribendum aut interrogationis signum delendum putat Vssing.*

727. *De* pappare *cf. thes. gloss. sub* papilla. — *Cf. Schoell 'N. Heidelb. Jahrb.' II p. 49.*

728. *Totum v. parallelum esse v.* 724 *iudicat Mueller 'Pl. Pros.' p. 634.*

729. si qui *olim edidi cum Bothio: cf. Kienitz p. 560.* si quid culpa imprudens *idem. Cf. Lindskog de enunt. condic. p. 14.*

731. cogor *Bothe, Vssing.*

733. *Cf. Anal. Pl. p. 149; Baier p. 142.*

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT

INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS

AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI III FASCICVLVS V

MENAECHMOS CONTINENS

LIPSIAE

IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI

MDCCCLXXXIX

T. MACCI PLAVTI

MENAECHMI

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO ALTERA A FRIDERICO SCHOELL RECOGNITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI III FASCICVLVS V

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIX

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI

'Menaechmi quo gravius cum aliorum inveteratorum vitiorum tum lacunarum multitudine laborat, eo magis dolendum est et paucas tantum eius fabulae membranas Ambrosianas superesse et eas maximam partem tam male habitas ut Plautinae scripturae investigandae operam omnem eludant. Quarum pristinam compagem, quantum indagari potuit, hanc habetote.'

427 a.	428 a	Mil. glor.	L
*	*		
*	*		
379.	380		
381	382	= Mil. 1423—36. 37 et Men. inscr.	
A.	a		
B.	b		
427 b.	428 b	= 57 — 75. 76 — 91*)	
423.	424	= 92—110. 111—125**)	LI
C.	c		
439.	440	= 159—176. 177—193	
409.	410	= 193***)—212. 213—227	
415.	416	= 228—246. 247—265	
441.	442	= 266—283. 284—302	
D.	d		
429.	430	= 341—357. 358—373	

*) Nihil adnotaverat Ritschelius, nisi v. 90 finiri hoc folium (cf. etiam praef. Mil. p. VI): unde aberravit Geppertus Stud. Pl. II p. 64. Loewius vero haec adscripsit '*427 B. 428 B (nicht von Mai's Hand), die mit 427 A und 428 A an dem oberen Theile noch etwas zusammenhängen, sind das miserabelste Blatt, das mir bisher vorgekommen. Ausser einigen Laciniae an der inneren Seite ist vom Texte nichts erhalten. Aber auch von den Rändern fehlt der ganze äussere, die äussere Hälfte des unteren und ein kleines Stückchen des oberen Randes. Das beiliegende Pergamentstreifchen kann ich nicht sicher unterbringen* [cf. ad v. 76]. *Zuletzt ganz deutlich die Quatern.-Nota* L.'

**) Recte hoc folium definivit Geppertus (nihil legens in cohaerente folio), cum Ritschelius f. 423. 424, 429. 430, 455. 456, 457. 458 sedem pristinam definiri posse negaverit 'ut in quibus nihil veteris scripturae superstes sit.'

***) Cf. adn. et append. ad v. 193 (a v. 195 vel potius 194 paginam incipere notaverat Ritschelius).

E. e
F. f
391. 392 = 446—462. 463—482
411. 412 = 483—501. 502—521
413. 414 = 522—541. 542—560*) } LII
401. 402 = 561—576. 577—594
G. g
H. h

I. i
K. k
L. l
M. m } LIII
N. n
O. o
P. p
Q. q

R. r
S. s
T. t
455. 456 = ? — 1017**). 1018—1036
457. 458 = 1036—1050. 1051—1065***) } LIIII
U. u
X. x
211. 212 = 1132—1151. 1152—Trin. inscr.

Praeter paginas 423, 424. 429, 430 et 455—458 nihil pellucebat Ritschelio in paginis 427b et 211, propemodum nihil praeter initia quaedam vel exitus versuum in p. 42[illegible] 440. 411. 412. 413. 414. 401, item in superiore parte paginarum 409. 410. 415. 416. 391. 392: non multum in p. 4[illegible]

*) Non recte inter versus 540 et 541 paginarum interstit[illegible] notaverat Ritschelius. Cf. p. IX.

**) Nonus huius paginae versus cum v. 1007 fuerit, ipsum initium eo minus cum aliqua probabilitate definiri potest, quia praecedentia utrum dimetris an tetrametris *A* exhibuerit nescitur. V. [illegible] —1022 complectebant sex versus (bipartito, ut vid., ultimo).

***) Huius quoque folii sedem in universum recte iam Geppertus definivit, etsi neque ipsum initium neque finem indicare potuit. Praecedens vero folium, etsi cum hoc cohaerere suspicatus est, tamen fortasse aliorsum pertinere opinabatur non amplius rem explanans.

441. 442. 212: haud paulum in inferiore parte p. 391. 392: aliquanto plus in inferiore p. 409. 410. 415. 416: plurimum in p. 402, quae omnium integerrima mansit.

Non minoribus difficultatibus laborabat Loewius ubi partem harum paginarum potiorem accurata lectione retractabat: quin immo ex eo tempore quo Ritschelius legerat nova accessisse detrimenta et per se consentaneum erat et nonnullis locis demonstrari poterat. Nihilo minus qua fuit sollertia non mediocriter auxit provexitque lectionem. Illius autem fide nituntur quaecunque de paginis 427 b, 428 b. 439, 440. 409, 410. 415, 416. 441, 442. 391, 392. 401, 402 testati sumus (v. 57—91. 159—302. 446—482. 561—594), nisi quod extremam paginam cum Loewii descriptio aliquamdiu latuerit ipse quoque pertractavi. Itaque mihi addendae erant paginae 423, 424. 429, 430. 411, 412. 413, 414. 455, 456. 457, 458. 211, 212 (v. 92—125. 341—373. 483—560. 1017—1065. 1132—1162), in quibus partim prima legendi experimenta feci a. MDCCCLXXXV, alia aut supplevi aut correxi a. MDCCCLXXXVIII. Quodsi multo pleniora et accuratiora testimonia de *A* iam exhiberi poterant quam in proecdosi, non miraberis vel sic multa desiderari. Velut de spatiis eorum versuum, quorum non nisi singulae litterae legi poterant, nequaquam constanter iudicari poterat modo propter membranarum miseram condicionem, modo propter ipsorum versuum rationem, variam scripturam recipientium, modo propter metiendi molestiam, cui tempus non sufficeret.

Ritschelius vero haec adiungebat:

'Paginae 212 haec species est post undecim versus primos exitum fabulae complexos:

12
13
14 . . . . . TA
15
16 . . . . . MENAECHMI — — — — TRINUMMU ·
17
18 FELICITER
19

De quibus reliquiis dixi Parerg. Pl. I p. 297*). — In paginae 382 versu 7 apparuit MENAECHM, in versu 15 FELICITER. Ipsius igitur fabulae initium fiebat in membrana *Aa*: nec tamen, quantum assequi coniectura licet, in pagina *A*, in qua videri didascaliam scriptam fuisse l. s. s. dixi, sed in *a* demum. Nam cum pagina 428*b* terminetur fabulae versu 90 [i. 91], ad sex autem paginarum spatium complendum versus requirantur CXIV, apparet unam paginam superfieri. Nisi quidem etiam ampliorem in Ambrosiano codice fuisse prologum fabulae statueris, qui vel nunc ieiunis additamentis potius quam ulla sententiarum lacuna laborat. Illis autem nonaginta versibus ubi unum addideris a scenae primae inscriptione, unum vel duos ab inscriptione prologi, habebis XCII vel XCIII: ut (modo talem in *A* fuisse, qualis est in Palatinis, prologum credideris) ad plenam quinque paginarum mensuram duo vel tres versus hodie desint. Quibus commodiorem quam post v. 78 locum vix excogitabis.'

'Vnum autem versum, non duos, primae scenae inscriptioni tribui**), quod in Menaechmis quidem hanc ipsam rationem constantem fuisse in Ambrosiano codice fidem faciunt exempla earum scenarum omnium, quarum in illo initia supersunt***): quae sunt e tralaticia scenarum descriptione I, 4. II, 1. II, 2. IV, 2†), et ut calculis recte subductis efficitur III, 2 (quode vid. annot. v. 466) atque III, 3: nam de I, 3 et IV, 1 non licet quicquam definire††). Quodsi

*) Mihi in versu 14 apparuit T- ———— UTI, quo accedit fragmentum huc pertinens et illam continens litteram quam Ritschelius hic A notavit, cum in Parergis diceret '*ein* A *oder halbes* M'. Mihi punctum cum initio M litterae inesse visum est. Versu autem 16 non modo MENAECKMI plene apparuit, sed etiam (minus certum) INCIPIT ante TRINUM et in medio fortasse EXP.

**) At ipsum initium fabulae revera duobus versibus inscriptioni relictis distinctum esse Loewius vidit itemque inter v. 78 et 79 nihil intercessisse in *A*, cum in fine prologi potius unus accedat versus. Itaque nihil sic deest ad plenam quinque paginarum mensuram.

***) Excipitur I 2, ubi versu nullo vacuo inscriptionem inter v. 18 et 19 (109. 110) inculcatam esse litteris minoribus iam Geppertus vidit in ipsa sane lectione paululum a me discrepans.

†) Accedunt iam praeter I 3 et IV 1 (vide infra) V 8 et V 9.

††) De III 2 ipsa lectione confirmavit Loewius, item de I 3, ubi

scenae I, 3 inscriptionem item uno fuisse versu conclusam credideris, non repugnat certe reliqua condicio paginae 440. In qua quanquam videri possunt quindecim tantum versus scripti esse, qui sunt scenae I, 2 quattuor extremi cum proximae undecim primis, e quibus unus 192 per duorum spatium dispestus apparuit: tamen, etiamsi reliquorum quattuordecim nullus bipertitus fuerit, nihil impedit quominus post v. 182 non unus, sed duo intercidisse putentur. — — —*). De scena autem IV, 1 quod dixi nihil definiri posse, id caussam hanc habet quod vel sine ulla inscriptione a v. 541 ad 560 hodie numerantur viginti versus**): ut, si unum inscriptioni tribueris, duobus caruisse Ambrosiani paginam 414 appareat quos servarint Palatini. Quanquam hoc quidem soli casui tribuendum est, nec cogitandum de interpolatione, cuius suspicio in illorum versuum nullum cadit.'

'Nomen fabulae cum acrostichidis scriptor per decem litteras enarravit quae sunt MENAECHMEI, antiquitatem quam alibi affectat servavit***): atque notabilis est in hac

---

praeterea nihil deesse post v. 182, contra novum accedere versum post v. 179 intellexit.

*) Cf. append. ad v. 182 sqq.

**) Et a v. demum 542 incipere paginam vidi et unum versum vacare inscriptioni et pro versibus 545—550 quinque tantum exstare, ut summa cum probabilitate de versibus 547 sq. (*Non .... dato, Num .... dicito*) propter externam similitudinem contractis cogites, cum eandem ob causam in praecedente pagina v. 537 videatur omissus esse.

***) Mirum nuper iudicium tulit L. Muellerus cum in Indice Noniano scriberet p. 382 sq.: ''Menechmis scribi oportuit, per 'e', non sicut factum, per 'ae'. sane acrostichis fabulae exhibet illud 'Menaechmei', cum codices Plauti multum varient. itaque Ritschelius inscripsit 'Menaechmos'. at apud Nonium L, H, G nusquam diphthongum (cf. comm. in 1, 8); quem ne in Bambergensi quidem libro aut in Helveticis inveniri memini. 24, 18 L_1 'Menechimis'; cf et comm. in 338, 14. 15. sed recte a Ritschelio Opusc. II, 521 [500. 502. 506] improbatur tetrasyllabum. nam cum '-imus' antiquissimo tempore non efficeret nominum finalem, cur epenthesis fieret in talibus? ortum vero 'Menechimis' ex eo quod subinde in libris scriptis vel impressis invenitur 'Menechinis'. 'Menecmus' ut 'Clutemestra' Plauti quidem aetate seu 'Menecmum' seu potius 'Menegmum' vulgo pronuntiatum existimo''. At ex Nonii libris quales habemus in 'e' vel 'ę' exhibendo ne de Nonii quidem scriptura, nedum de Plauti, satis certum iudicium ferri potest. Qua in re multo gravius est argumenti acrostichi testimonium.

potissimum fabula pristinae EI pro I scripturae non in *A* tantum sed in *Ba* quoque frequentia: nam rasuras et radendo ortas lacunas in Menaechmis quoque multas *B* habet, in quarum partem idem cadit quod praef. Bacch. p. IX [p. VII ed. alt.] narravi.'

Ceterum codicem *B* denuo excussit Hinckius, *CD* codices Heidelbergensem*) et Vrsinianum (in quo legendo operam suam Ritschelio praestiterat Henricus Brunnius) ipse iterum versavi: de *FZ* Lipsiensi codice et principe editione deque Pyladis Pii aliorum codicibus Ritschelii adnotationes intactas reliqui**). De *R* et *S* editorum notis non est quod moneam, neque (*) signum lectorem delegare ad appendicem. Ex Ritschelii praefatione (quam scripsit Bonnae m. Sept. a. MDCCCL) haec quoque repetam:

'In perpolienda fabula cum ad actum quintum pervenissem, emendationes accepi Fleckeiseni, a quo petieram ut, si quid (ut solet) haberet quo meam operam sublevaret, id mecum amice communicaret. Quibus ita usus sum ut in labore pro virili parte peragendo pergerem et absoluta demum fabula illius sive correcturas sive coniecturas aut Plautinis verbis adhiberem aut in annotatione commemorarem. Quo factum est ut in hac toties legatur *R*, *item Fleckeisenus*:

Huic vero accedit Ambrosiani auctoritas, qui et MENAEC——KMI singulis paginis inscriptum habet (nisi quod bis erravit librarius p. 428B MENEC, p. 430 MENES, ut vid., exhibens) et saepius in ipso contextu veram formam, nusquam alteram, perhibet. Ceteri codices Plautini cum et ipsi per se in eiusmodi quaestione minoris momenti sint, item 'ae' firmant saepius. Neque recte 'Menechimis' scripturam Muellerus ex 'Menechinis' derivavit. Illa enim saepius etiam in antiquioribus codicibus invenitur (velut 'Menaechimis' Keilius apud Varronem de r. r. II ad antiquiorem refert archetypum), hanc Itali invexerunt ex 'Meneghino' Mediolanensis similitudine (cf. Burckhardtius, '*Cultur der Renaissance*' II[4] p. 40 adn.). Ceterum 'Menechinus' forma cum constans sit in recensione Itala, fortasse nostro iure concludimus ab illa non alienum esse aliquem hominem doctum Mediolano oriundum vel Mediolani degentem. Cf. Voigtius, '*Wiederbel. d. cl. Alt.*' II[2] p. 390 sq.

*) Ex *C* interdum *a* ex *o* correctum adnotaverat Ritschelius, ubi de forma litterae *a* agitur saepius usurpata, non de correctura.

**) Singulas editiones commentationesque iam a Ritschelio adhibitas etsi non perpetuo contuli, tamen ubi res monebat inspexi nonnulla addens vel corrigens.

nec enim mirum saepe nos in easdem prorsus corrigendi vias incidisse. Qui si in paucis quibusdam rebus, e metrico potissimum genere, ita discrepabamus ac fortasse discrepamus ut ab illius partibus stare nullo modo possem: (quo illud pertinet quod monosyllaba *me nam* cum similibus omnibus hiatum non in arsi tantum bisyllaba, verum etiam in thesi eaque monosyllaba pati sibi persuasit:) tam late patentis dissensionis caussas intellexi futurae disceptationi reservandas esse. — Vnum est autem quiddam in hoc metrico genere, quod cum ad Menaechmos praeter alias fabulas spectet, hoc loco commemorandum duxi. Nam cum in universum tanta sit fabularum Plautinarum omnium et in sermone et in numerorum tractatione aequabilitas, ut singularum discrepantias indagaturum verendum sit ne plerumque spes eludat, tamen aut fallimur aut a plerisque fabulis haec ipsa hoc distat, quod multo maiore in eo hiatu admittendo libertate usa est, quo trochaici septenarii binae partes dirimuntur. Quodsi eas fabulas, de quibus ex proposito a nobis apparatu certo iudicari potest, cum hac diligenter contenderis, in nulla vel omnino tot quot in Menaechmis illius hiatus exempla reperies vel tot ita comparata ut nullam ab eis condicionibus, quas prolegomenis Trinummi explicavimus, excusationem habeant. Ac primum quidem eos hinc versus segregamus, quorum in legitima caesura hiatus coniunctus est cum mutatione personarum, quales habes v. 152. 379. 384. 422. 650. 651. 868. 937. 1075. 1077. 1094:

Té morare, míhi quom obloquere :: Óculum ecfodito — ⏑ —.
Vbi tute hunc hominém nouisti :: Íbidem ubi hic me iám diu.
Nímis miror quid hoc ést negoti :: Óboluit marsúppium.
Núnc quando uis ĕamus intro :: Étiam parasitúm manes.
Quís hic homost :: Menaéchmus quidam :: Édepol factum néquiter.
Quís is Menaechmust :: Tú istic inquam :: Égone :: Tu :: Quis árguit.
Míhin' equis iunctís minare :: Écce Apollo dénuo.
Quíd ego dixi :: Insánu's inquam :: Égone :: Tu istic quí mihi.
Te hódie mecum exíre ex naui :: Énimuero aequom póstulas.

Húnc ego esse aió Menaechmum :: At ego me :: Quae haec fábulast.
Húnc meum fratrem ésse :: Spero :: Ét ego idem speró fore.

In quibus tanto offensionis minus hiatus habet, quanto ei certior in aliis versuum locis quibuslibet defensio ab eadem personarum mutatione parata est, ut v. 380 *Ín Epidamno* :: *Ín Epidamno*, 547 *Non hábeo* :: *Át tu*, 623 *Quó redeám* :: *Equidem ád*, 898 *hóminem* :: *Ópseruemus*, 954 *médice* :: *Ímmo*, fortasse etiam 299 *nouisti mé* :: *Vbi ego*, non tamen, si quid video, v. 147 *essé mé* :: *Vbi éssuri* —. Minimo intervallo ab horum ratione ea exempla distant, quae a fine sententiae atque enuntiationis aut ab aliqua saltem structurae conclusione, quanquam non coniuncta cum personarum mutatione, item veniam prorsus legitimam habent, ut v. 219. 431. 696. 847. 851. 940:

Spórtulam cape átque argentum. éccos tris nummós habes.
Ĕamus intro :: Iám sequar te: húnc uolo etiam cónloqui.
Nímis iracunde hércle tandem. heús tu, tibi dicó: mane.
Ni óccupo aliquod míhi consilium, hí domum me ad se aúferent.
Ne híc te obtundat :: Fúgio. amabo, ádserua istunc, mí pater.
Égomet haec te uídi facere: égomet haece te árguo.

Quorum altero non magis opus est *tód* forma, quam *te* inserto in paenultimo. Et firmant hoc quoque genus certissima ex aliis versuum locis quibuslibet exempla, ut v. 1125 *sálue: égo sum Sósicles*, v. 1158: *Vaénibunt seruí supellex aédes fundi. ómnia Vaénibunt* —, alia. Verum his omnibus, quorum simillimis nec Pseudulus nec Stichus nec ceterae adhuc emendatae carent, prorsus praetermissis talium in Menaechmis multitudo restat, quae sententiae atque adeo constructionis continuitate non mediocriter offendant. E quorum numero quaedam sane et facile et probabiliter removeas. Sic destitutum est ratione, poetam credere in medio septenario *me te* pronomina ante vocalem dedita opera servasse, ubi commodissimis ascitis *med ted* formis in promptu esset vitare hiatum. Quemadmodum igitur versum 942 ipsi codices fidem faciunt a Plauto talem profectum esse:

Et ob eam rem in cárcerem ted ésse conpactúm scio,

ita v. 1044 dubitari nequit quin ex *a me habeat* rectius *a med abeat* quam *a me abeat* fiat:

Íd si attulerit, dícam ut a med ábeat liber quó uolet.

Inaudita foret pronuntiatio *úna ópera*, quae voces tam necessario inter se vinculo continentur ut nusquam non coalescant in *unópera*: quo confidentius addito, quale ad ipsam sententiam requiritur, pronomine sic versum 796 formavimus:

Póstulas uirós? dare illi una ópera pensum póstules.

Alibi vitii suspicio aliunde vel movetur vel augetur, velut cum accentus quaedam molestia accedit. Quo nomine cum vix tolerabilis v. 681 esset qualis in codicibus exstat: *Tíbi dedi equidem illam, ád phrygionem út ferrés, pauló prius*, praeterea autem non *tibi* potius quam *dedi* notionem intendi sententia iubere videretur, cum Bothio transpositis verbis simul hiatum sustulimus:

Dédi equidem illanc, ád frugionem ut férres, tibi pauló prius.

Similis ratio versus 930 fuit, ubi cum hiatu coniuncta accentus non insolentia at insuavitas

Óbdormisco, sí resolui árgentúm quoi débeo

in caussa fuit cur *ego* addito numerorum elegantiae consulendum putaremus. Item mutilum in libris versum 1087 ne sic redintegrandum putes: *Íllic homost aut súcophanta aút geminus fratér tuus*, satis indicio esse accentus in ultima syllaba *geminus* vocis poterit. — Contra haec omnia vix quicquam auxilii, quo ad removendum hiatum cum aliqua et facilitate et probabilitate utare, praesto est his quos infra scripsimus versibus 399. 778. 841. 870. 913. 1112. 1113:

Égo quidem neque úmquam uxorem hábui neque habeó: neque huc —.
Néscio quid uos uélitati éstis inter uós duo.
Vaé capiti tuo :: Écce Apollo éx oraclo mi ímperat.
Sét quis hic est qui mé capillo hínc de curru déripit.
Nón potest haec rés ellebori únguine optinérier.

Cúm patre ut abií Tarentum ád mercatum: póstea
Ínter homines mé deerrare á patre atque inde áuehi.

Nam nec quattuor syllabarum esse *deerrare* potuit, nec tertio versu poetam ullo modo credibile est *Apollo mi ex oraculo imperat* dedisse. Haec igitur cum dubitationem non habeant in quantavis orationis perpetuitate, hinc proficiscendum erit ad ea quoque exempla tutanda quae, absque illo esset, sat lenibus corrigendi artificiis hiandi offensione omni liberarentur. Ergo non sollicitandos duxi v. 407. 435. 611. 667. 923. 950. 1072. 1091:

Nám nescio quem, múlier, alium hóminem, non me quaéritas.
Hábeo praedam: tántum incepi óperis. i et quantúm potest —.
Cérte familiárium aliquoi írata's :: Nugás agis.
Nam éx hac familiá me plane éxcidisse intéllego.
Díc mihi hoc: solént tibi umquam óculi duri fíeri.
Hélleborum potábis faxo áliquos uigintí dies.
Húnc censebam té esse: huic etiam éxhibui negótium.
Mémorat. meliust nós adire átque hunc percontárier.

Quorum primo licebat *alium tu hominem*, altero *incepi hic operis*, tertio *aliquoi tu irata's*, quarto *plane iam excidisse*, quinto *umquamne oculi*, sexto *faxo potabis*, septimo *téd esse: huíc etiam*, octavo *adíre atque húnce*. — Haec igitur cum ita sint, haud scio an non praeter similitudinem veri quispiam hanc ipsam hiatus frequentiam inde repetat, quod Menaechmorum fabula ex antiquissimis esse Plautinis, quae quidem aetatem tulerunt, existimatur. Eodemque fortasse illud pertinet, quod sero animadverti aut mihi visus sum animadvertere plus licentiae in hac quam in aliis fabulis sumpsisse sibi poetam in producenda eademque acuenda ultima syllaba *mihi tibi sibi* pronominum. Quorum cum hanc mensuram ⏑⏑ esse olim dixi, dixi quod usitatum est et consuetudine receptum, nimius ut videtur in eo quod pristinae mensurae iambicae iam Plautina aetate vel Plautina in poesi evanuesse usum omnem credidi: nam a principio longam, non brevom vocalem fuisse evidentissimis ut puto argumentis demonstrari contra Theodorum Bergkium potest. Verum de

hoc alibi explicatius dicendi locus erit.' [Cf. Opusc. II p. 632 sqq.].

Quas hoc loco Ritschelius adumbravit sententias, eas notum est cum alios impugnasse tum Spengelium (T. M. P. p. 55 sqq. et 178 sqq.), qui neque in admittenda *mihī tibī sibī* mensura neque in hiatu septenario trochaico concedendo Menaechmos differre a ceteris fabulis ostendit, siquidem ipsam librorum memoriam sequeremur. Ac de pronominum illorum prosodia prorsus legitima hodie lis iam non est: de hiatu vero in diaeresi rem nondum confectam esse ex adnotationibus ad singulos versus modo enumeratos aliosque apparet. Quem hiatum etsi pauci prorsus excludunt, plerique liberalissime defendunt, tamen nequaquam continuo relinquendum esse, ubi exstare videatur, ipsa librorum memoria saepius edocti sumus. Neque in locis modo enumeratis desunt, qui aut propter lectionem omnino dubiam afferri non debuerint (velut v. 407. 841. 913, al.) aut aliis rationibus evanescant.

Quod vero sententiis illis ductus Ritschelius modo posuerat Menaechmorum fabulam ex antiquissimis esse Plautinis — de quo longe aliter postea iudicabat Nov. exc. Pl. I p. 126 —, id non defuerunt qui denuo contenderent, velut Stiefelius ('Bl. f. b. Gymn.' XV p. 312 sq.) eumque secutus Reinhardstoettnerus in libro amplissima doctrina insigni ('Plautus. Spätere Barbeitungen plautin. Lustsp.' ed. Lipsiae a. 1886 p. 490).

Sed praeter locum conclamatum de Hierone regnante*) ex Windischmanni Visseringiique opinione in hanc sententiam adhibitum, cum ad Plauti exemplar potius eiusque aetatem trahendum esse iam plerique consentiant, nihil attulit Stiefelius nisi eiusmodi rationes, quales dudum explosit Rit-

*) Mire Reinhardstoettnerus scripsit Stiefelium interpolatos habere v. 407 sqq.: quam ille sententiam disertis verbis reiecit. Sed non minus mire ipse Stiefelius errores historicos Erotio maxime imputari vult ('*vergessen wir nicht, wem die Worte in den Mund gelegt sind: ein m Mädchen, das jene Namen öfters von seinem Geliebten gehört und nur teilweise richtig im Gedächtnis behalten hat*'): ubi prorsus neglexit Menaechmum Syracusanum addere 'haud falsa, mulier, praedicas' ipsaque verborum illorum 'veritate' commoveri.

schelius (Parerg. p. 200 adn., 268), vitia inveniri in ἤθεσιν describendis argumentoque explicando et rariores esse sententias communes: quae nihil valere ostendunt argumenta gravissima et ex ipsis quae accuratius novimus fabularum temporibus petenda et ex graecorum exemplarium quae poeta expressit varietate*).

Non minus inconsiderate Stiefelius l. s. p. 310 sqq., laudatus sane a Lorenzio, impugnavit Ladewigii coniecturam et acutam et satis probabilem, qua hanc fabulam ex Posidippo conversam esse sumpsit, sive Ὅμοιοι eius quam novimus exemplar fuerit**) sive aliqua Δίδυμοι vel Μέναιχμοι fabula inter duo et viginti eius comoedias referenda, quarum inscriptionem iam non tenemus. Nam vim testimonii ex Athenaeo petiti cum infringere studeat, in eodem quo Teuffelius 'Stud. u. Char.' p. 265 errore versatus summam rei plane pervertit. Scilicet δοῦλος μάγειρος cum invalescente demum luxuria usu venerit apud Graecos et posterius etiam apud Romanos — id quod testimoniis apte fulciri potest —, ille antiquioribus tribuit temporibus***): quibus servi atque vi-

*) Omnino falsam de Plauti indole ac de arte scaenica aetatis Plautinae opinionem prodit, qui monologorum facetias tanquam summae caveae concessisse poetam scribat ('*eine Concession des Dichters an die Gründlinge seiner Zeit*'): neque rectius de aliis rebus iudicat (velut p. 316, ubi notat '*ein gewisses selbstbewusstes Auftreten des vom Schicksal früh auf die eigenen Beine gestellten Menaechmus I gegenüber des hasenfüssigen Verhaltens* [sic] *seines erklärlicherweise verhätschelten Bruders*'). Multo melius de imitatoribus Plauti ex Italia oriundis disputavit Stiefelius. Quem iam longe superavit Reinhardstoettneri diligentia, cui utinam cura et elegantia in digerenda mole par esset. Ceterum cum nuper Mediolani degerem a grege Taurinensi, quem ducit Gemellius, lepide actam vidi fabulam '*I due gemei*', in qua argumentum Διδύμων ita mutatum est, ut alter vir sit honestissimus, alter nebulo ac fur — utrumque idem histrio nomine Vaser mira egit dexteritate —: atque inter alia pallae causa ita rediit, ut nequam ille vestem surrupuerit, quam a scrutario redemptam aliquis dono dat gemino: unde confusio augetur.

**) Cf. Ribbeckius 'Gesch. d. R. D.' p. 125. Quae una sententia servata est ex hac fabula etsi in Menaechmis non redit, tamen facile potuit proferri aut a parasito (III 1) aut a sene (V 2 in.) aut a Menaechmo I (V 5 in.).

***) '*So möchte der δοῦλος μάγειρος ganz wohl jener Zeit entsprechen, wo der Luxus noch innerhalb gewisser Schranken blieb... sollte Erotion zweier Personen halber immer einen Koch miethen? Nein, diese*

lissima adeo mancipia coquebant nec tamen coqui audiebant*), utpote qui non tam ex arte quam ex usu cottidiano culinam administrarent. Iam accedit, quod illud de Hierone regnante Posidippo convenit, non convenit plerisque aliis, quos comicis Latinis auctores fuisse praecipuos sciamus.

Iam ipsa ratio qua argumentum lepidissimum**) Plautus ex graeco exemplari non sine solita libertate traduxit cum saeculorum gentiumque plausu ac perpetua imitatione probata fuerit, hac ipsa aetate haud paucos vituperatores invenit, nimis saepe serio considerantes, quae facile conceduntur aut scaenicis rationibus***) aut ioculari licen-

---

ist ökonomischer [scilicet ut amatoris pecuniae parcat!] *und setzt einen Sklaven über die Küche*'. Quin immo hoc ipsi Plauto tribuit immutanti: at cf. adn. sq.

*) Itaque Cuamus in Truculento quamvis 'in culina clueat' v. 615. 627 sq. — nimirum bellator veru exarmatus! — SERVVS est, non COQVVS: id quod propter Lorenzium moneo ('phil. Anz.' VII p. 306 sq.) aliosque, qui et hoc exemplum perperam contra Ladewigium attulerunt et sine idoneo argumento coquos in Curculione et in Milite glorioso servos domesticos esse contenderunt. Paulo aliter res habet in Aulularia, ubi v. 309 coqui se servos esse significant. At iidem aperte conducticii sunt de foro (v. 280 sq.): unde patet coqui cuiusdam ministros illos esse, qualem ipse Posidippus alias exhibuit dicentem *κατ' ἀγορὰν ἐργάζομαι Ἐπρίατο γάρ τις ὁμότεχνός με γνώριμος*. Quode recte exposuit Vssingius ad Aulul. p. 300 sq. (cf. Ribbeckius 'Alazon' p. 25). Adde I. Muellerum 'griech. Privatalt.' p. 443 d. et Marquardtum 'Privatleben d. Römer' p. 146.

**) Quod nuper Zielinskius noster Quaest. com. ed. Petrop. a. 1887 p. 71 sqq. fabulae argumentum ad paramythium quoddam revocare studuit, argutius quam verius disputasse videtur. Quae enim necessario aut resecanda aut immutanda fuisse poetae comico statuit, in eis ipsis propria vis ac natura paramythii consistit. Quibus demptis quae restant, rectius ex ipso vitae usu ipsiusque artis comicae inventionibus atque exaggerationibus derivantur.

***) Velut Langenus Stud. Pl. p. 149 vituperat, quod Menaechmus II cum nondum in tabernam deverterit, veste communi, non viatoria incedat: quam quidni in ipsa navi mutare potuit, antequam in urbem iret, servis illam tradens? Idem notat v. 230 sqq. spectatorum gratia Messenionem sciscitari, quod probe sciat: qua libertate quis non utitur poeta scaenicus? Dein negat p. 150 pallam 'hodie' reconcinnari potuisse (v. 466 sq.): quod qui promittit aperte mentitur. Dein p. 153 patrem adscitum, quamvis moleste progrediatur, celerrime adesse dicit: quod cum omnino minus curent poetae, quid impedit quominus in proxima vicinia illum habitare sumamus? E contrario p. 155

tiae*): nam propius haec fabula ad tricarum genus (*Schwank*) accedit quam ad iustam comoediam (*Lustspiel*). Qua in re nemo gravius peccavit quam Sonnenburgius quaecunque displicere posse videantur ad dittographiam revocans nonnullis sane locis apertissimam: ac plerumque ille ita agit, ut tanquam circino potius quam stilo adumbrandam esse comoediam postulet. Itaque quaedam acute recteque observata nube errorum circumdedit. Quos cum plerosque Ribbeckius Langenusque optime perstrinxerint, alios paucis in appendice nos tetigerimus, nolim hoc loco plura subiungere.

Inter eos qui post Ritschelium hanc fabulam tractarunt iniuria prorsus neglecta iacuit Kayseri censura Annal. Heidelberg. XLVII, a. 1854, p. 414 sqq., qua nonnulla saltem bene monuit. Longe maiora partim commentando partim emendando praeter Langenum Ribbeckiumque quos modo commemoravi praestiterunt Brixius, C. F. W. Muellerus, Spengelius, Vssingius, Vahlenus, alii. Quamquam pleraque minus recte cum alii administrarunt tum Vahlenus, etsi per plus quam viginti annos huic maxime fabulae continuam operam navavit. De cuius editione obiter compilata**) cum 'phil.

Messenionem sero advorsum venire dicit pro negotio imperato: 'at quidni tabernam illam longius abesse sumamus? Praeterea 'ante solem occasum' illum venire erus iusserat, cum ipsa fabula sub meridiem incipiat. Denique miratur (p. 158) quod Menaechmus I familiam Syracusanam, ex qua se ortum esse probe sciat, plane non curavit: at bene illi est Epidamni, qui omnino diem carpat homo levior lasciviorque. Talia cum responderi possint, rectius omnino non quaerimus, quae vix offendunt, si non tam singula curiosius expendimus, quam lepide vivideque fabulam peragimus.

*) Huc pertinet quod uterque frater quae per apertum errorem accipiat in usum convertere vult improbissime (Langenus p. 151) quodque Matrona 'idem quod semper facit' male virum habens, vel cum fecisse videatur quae iusserat (Sonnenburgius p. 20, Langenus p. 152).

**) Ceterum tandem aliquando publice pronuntiandum est, etsi leges non impediant — quod sane dolendum —, parum honestam esse eorum rationem, qui collationes multo labore magnoque impendio comparatas nulla venia neque ab editoribus neque a redemptoribus impetrata perpetuo exscribant, etiamsi in potiore quam dicunt lectione se contineant. Ribbeckius sane, cui nos ipsi laeti lubentes copias commisimus quique eodem quo nos redemptore usus est, noluit tamen aliter adhibere quam quivis, qui honeste modesteque uteretur paratis in communem usum. Sed aliter sentiunt Ribbeckii, aliter — alii.

Rundsch.' II, a. 1882, p. 719 sqq. nequaquam iusto acerbius retulissem, ultra modum iratus ille in me desaeviit per observationes Hermae XVII p. 610 sqq. insertas. Quas quo animo conscripserit uno exemplo notabo, quo quia Brixium cum Ritschelio in v. 155 Gellium secutum esse dixi, ubi Wagnerum dicere debui — scilicet confusis in schedis meis *Br.* et *Wr.* notis —, Vahlenus scripsit (p. 617): 'de Brixio hoc ille homo diligens mentitus est'. At in eadem statim pagina ipse 'mentitus est' vir diligentissimus Gellium 'propter *umbilicum* versum afferre', quem propter *dimidiatus* affert. Et quotiens in editione*) aliasque 'mentitus est'. Velut ad v. 645, ubi Ritschelius adnotabat 'mihi *quidam apud Lambinum*', compilator Ritschelii habet 'mihi *Lambinus*': itaque Lambinum fingit commentum esse, in quo refutando, frustra sane, dimidiam fere paginam ille consumpsit. Etiam propius ad mendacii speciem illud accedit, quod v. 824 — ubi apud Ritschelium testimonium de *B* casu interciderat, quem defectum disertis verbis tetigit Muellerus 'Nachtr.' p. 129 a Vahleno ipso adhibitus — sine ullo fundamento *tu* tribuit codici, quem *tu te* habere ex nota *B* iuxta *D* facile omissa vel conicere potuit coniector paulo felicior coniecitque Muellerus. Neque vero per solam aut neglegentiam aut confidentiam Vahlenus 'mentitur.' Quomodo enim appellabis quod p. 622 se a me scribit 'in summa re mirifice alucinatum increpari', cuius similem locutionem per totam censuram frustra quaesiveris, cum Vahlenus si in talibus se continuisset**), modeste sobrie humane scripsisse videri pos-

*) Sat multa menda invenies, si accurate Vahleni apparatum non modo cum nostro, sed etiam cum proecdosi contuleris. Non is sum qui eiusmodi peccata ultra modum efferam, quippe cum expertus sciam vel omni cura adhibita interdum vix evitari. Sed indignum est eum, qui nullo negotio alterius diligentia abutatur ne correcta quidem interim corrigens novaque vitia inferens, sic invehi in eum, qui — quomodocunque de ceteris iudices — saltem in fundamentis rei criticae parandis aliis viam muniat molestiamque minuat. Itaque quamvis diu tacuerim, hac occasione data non potui non punire Vahleni superbiam.

**) Ceterum risum non mihi tantum movit, quod ille tales maxime locutiones decerpsit, quales olim in ipsum coniecit L. Muellerus. Quem si imitari voluit, utinam potius in arte metrica severius exercenda imitatus esset.

set. Atque statim ab initio p. 610 scribit sibi 'iniuriosa convicia repellenda' esse. Iam si ex censura illa unum verbum proferre potuerit, quod convicii atque adeo iniuriosi convicii nomine recte appelletur, me iniuriam fecisse illi publice fatebor. Quodsi non poterit, ipse fatebitur se 'mentitum esse' atque iniuriam mihi fecisse.

Quod vero per hanc editionem permultos — nequaquam omnes — notavi Vahleni errores, non ideo feci, ut par pari referrem — quod me noluisse ipse tenor adnotationum mearum demonstrabit —, sed ideo, quia hac aetate 'laxae observantiae', quam facete Ritschelius dixit, vindex exstitit, quem iam nonnulli pro duce atque antesignano habere videantur. Hunc vero 'ordinem' improbandum esse novis exemplis demonstrare possumus in hac editione, ubi haud raro novis Ambrosiani testimoniis veram viam munire licuit. Vt pauca hoc quoque loco delibem: quod v. 299 Pylades *tu* sermoni aptissimum adiecit propter hiatum, tanquam commentum prorsus inutile ne commemoratione quidem dignum habuit Vahlenus, item quod v. 495 propter proceleusmaticum*) Ritschelius *mihi qui* traiecit: — utrumque *A* confirmat. Contra v. 589 *me* in *CD* iteratum reduxit Vahlenus, qui non facile patitur quidquam perire, quod librarius aliquis scripserit: iam *A* cum *B* consentiens afuisse ab archetypo demonstrat recteque omissum esse a plerisque editoribus. Puram putam habes 'laxitatem' in eis, quae Vahlenus de incisione anapaesti disputat Hermae XVII p. 604. Proficiscitur a v. 556, ubi cum eo ipso loco de quo agitur a libris dissentiat Nonius, quicunque via ac ratione progrediatur, diffidet potius. Immo cum Nonii scriptura exquisitior sit, librorum qua abutitur Vahlenus aperto nitatur errore (cf. adn. et append.), in contrariam partem hoc exemplum valet. Cui Vahlenus alterum adiungit 'item librorum testimoniis firmatum' *Tu magnus amator* v. 268. De testimoniis cum dicat videtur *BCD* scripturam pro diversis venditare, quod nobis 'criti-

*) Aut ridet aut contemnit Vahlenus eos, qui velut in anapaesto v. 204 vel v. 300 haereant: iam *A* docet iustam fuisse offensionem, etsi altero loco remedium simplicissimum nemodum invenerat.

castellis' unum est. Iam a Loewio discet *A* hanc scripturam non firmare. Id scire non potuit: sed non magis sciverunt Ritschelii Fleckeisenique, neque tamen hoc exemplo ad vitium commendandum abusi sunt, id quod proprium est Vahleno. Denique tertium addit exemplum*) 'item librorum testimoniis firmatum' scilicet 'senarium' v. 601 *Quam hodie úxori ábstuli átque huic détuli Erótio.* Hoc loco *A* non exstat, *B* autem *hodie* non habet: itaque egregie firmata est scriptura! Iam vero ipsa vox *hodie* minus quadrat. Nam haec verba quae olim Vahlenus ipse aliique damnabant etsi omitti non posse Langenus praeclare demonstravit, tamen mira sunt, si sic simpliciter rem enarrat Menaechmus saepius iam narratam; contra optime quadrant, si solita iactatione furtum 'lepidum' effert: unde exempli gratia *Quam commode* reposui tam hac ratiocinatione ductus quam metrica condicione. Nam 'senarius' ille adplicatur dimetris quibuscum arctissime cohaeret sententia ipsaque structura, sequuntur autem mutatis personis anapaesti. Quare senarius per se ne probabilis quidem est, nedum certus. Atque aliter discribendum esse hunc versum cum ex testimonio demonstrari nequeat, feliciter accidit, quod in simili causa erroris convincere possumus Vahlenum. V. 367 sq. pro longo in *B* dimetros omnes post Hermannum discripserunt: unus Vahlenus post Bothium malum effecit octonarium (cf. etiam l. s. s. p. 612 adn.): quem iam ipse *A* redarguit, quo duce totum illud canticum multifariam reformare licuit. Quo minus dubitabimus etiam sine testimonio non modo 'senarium' illum removere, sed etiam alios versus (velut 773 sq.), de quibus perperam Vahlenus iudicavit. Quid enim? num putabis saniore illum atque acutiore iudicio usum esse, ubi *A* aut non exstat aut opem non fert, sed eisdem tamen rationibus impugnari potest, quas hic illic ipsa memoria librorum confirmare possumus quasque ex universa memoria recte perpen-

*) Quasi ipse irrideat rationi suae — si rationem dicere fas est qua contrarium potius efficitur — addit singula huius dactyli exempla sparsa per omnes comoedias inveniri! Ceterum ex eiusmodi exemplis discant etiam alii, maxime metrici, quanta opus sit cautione in librorum Plautinorum 'auctoritate' laudanda.

sitata haurimus*)? Nam id summum est in hac disputatione mea — quam facile augere potui aliis exemplis —, quod non singula Vahleni commenta damnantur eis quae attuli — id quod non minus aliis accidit, cum singula etiam illius probari possint ac probanda sint, siqua diligentius, ut solet, observaverit subtiliusque —, sed ipsa eius ratio damnatur superstitiosa. Liberiorem vero rationem eandemque severiorem lubricam esse ac per multos demum labores et contentiones sensim sensimque propius ad veritatem perduci posse haud ignoramus. Neque tamen est quod Vahlenus rideat 'usquequaque per arva critica testas fractarum coniecturarum sparsas iacere': nam prae his testis videre non videtur montes silvasque explicationum artificiosarum, vindiciarum inutilium, defensionum inanium. Quarum ingentem tumulum ipse exstruit, sub quo olim sepelietur, ut nos si dis placet sub testis illis. At infracta manebit vis rationis, quam pro virili parte propugnamus, et profligabitur nesciendi non ars, sed inertia.

Probe scio propter haec similiaque quae unius veritatis causa scribo Vahlenum eiusve satellites vehementius etiam in me invecturos esse, ac fortasse invenient non tantum quae solito more modoque vituperent maligne, sed etiam quae suo iure castigent. Quo ex genere unum iam proferendum est idque gravissimum, quod nuper in RVDENTE edenda commissum est**). Vbi in contextu — non in apparatu — integri interciderunt versus duo, v. 499:

*) Quo etiam illud pertinet, quod Vahlenus perpaucis locis exceptis — ubi interdum erravit etiam — lacunas non agnoscit in eis partibus, quibus *A* non exstat. Miro igitur casu vel potius insigni fortunae beneficio integriorem habet recensionem Palatinam ab Ambrosiana destitutam, nedum utrique similem defectum tribuat.

**) Ceterum hoc nullus notavit censorum sat levia ex parte vanaque proferentium. Cum iam ipse et animadvertissem et cum socio communicassem, humane per litteras monuit Redslobius simul v. 751 *clauis* pro *clauos* expressum esse indicans. Alia melius complectentur in Addendorum et Corrigendorum fasciculo post absolutam editionem parando. In hac fabula praeter menda quaedam levicula — velut *40* pro *4* in marg. p. 36, accentus quosdam detritos, *s* interdum pro *f* expressam — corrigas ad v. 57 'Epidamnenſiſ *Z*', ad v. 195 (testim.) '[suc]cingulum', ad v. 380 'Epidanno *bis F*', v. 515 del. comma,

Deosque ínmortalis quaéso, dum uiuás, uti

et v. 874:

LA. Quid id ést? CH. Vt id quod quaérant inueniánt sibi.

Quod quomodo accidere potuerit et me et socio invito, qui solitam et in illa editione et in hac paranda operam mihi praestitit, explicare nil attinet, cum excusari nullo modo possit. Alia nolim hoc loco persequi, quae non modo excusari, verum etiam vindicari posse contra censorum quorundam opprobria putem: sed omnem potius curam aliis fabulis mox edendis impendam.

Scripsi Heidelbergae m. Iun. a. MDCCCLXXXIX.

F. S.

---

ad v. 604 corr. *Philol. II* pro *Exerc.*, v. 617 add. comma post *ei*, ad v. 656 et 768 add. (*), ad v. 925 sq. testim. suppl. ex append., ad v. 1156 corr. MENAECHMVS I (pro II).

T·MACCI·PLAVTI

MENAECHMI

ARGVMENTVM

Mercátor Siculus, quoí erant gemini fílii,
Ei súrrupto altero ócius mors óptigit.
Nomén surrupti deín illi indit, qui domist,
Auós paternus, fácit Menaechmum e Sósicle.
Et ís germanum, póstquam adoleuit, quaéritat 5
Circum ómnis oras. póst Epidamnum déuenit:
Hic fúerat alitus ílle subreptícius.
Menaéchmum ciuem crédunt omnes áduenam,
Eúmque appellant méretrix, uxor ét socer.
I sé cognoscunt frátres postremo ínuicem. 10

INCIPIT MENECHMVS. ARGVMENTV̄ MENECHMI · *B.* ARGVMENTV̄ IN menehmos PLAVTI POETę *D. om. C.* PLAVTI. POETE. CL^m^I. MENECHINI. FABVLA. INCIPIT. ARGVMENTVM *F.* Plauti Comici feſtiuiſſ. Menęchini *Z.* Menechini *per totam fabulam inscribit F. Nec in ipsis sermonibus aliam formam FZ norunt, nisi quod* ę *pro* e *Z constanter. Veram nominis formam ex editoribus primus restituit Scutarius*

1. ſyculuſ *C* quoi *pro* cui *B* 2. Ei *e corr. post. ras. Ba.* Et *F* ſurrupto *BaC.* ſubrupto *D* (*er.* e *supra* ru) *Z.* ſubrepto *F, codd. Pii.* surrepto *Bb* altero ocius mors optigit ☙. altero .. morſ optigit (*ex* mor ſoptigit) *cum ras. Ba.* alię rumor ſoptigii *C et (nisi quod* optigii *separ. m. 3) D.* altero morſ obtigit *FZ* (*) 3. ſurrupti dein ☙. ſurrepiti *B.* ſurrepit *CD.* ſubrepit *F.* ſubrepti *Z* domi ſt *pro* domi eſt *B* (*) 4. Auoſ paternuſ *FZ.* Auoſ *(ex* Auo *Db)* paternoſ *BCD* Menaechmum e Sosicle ℞, *et* ex *pro* e *substituto Osannus in Bergkii Diurn. antiqu. a. 1849 p. 208.* menechumeſoſicle *Ba* (menech . me *B ex ras.*). menęchume ſoſicle *CD.* menęchinū ſoſiclē *Z.* menechiniſ ſoſicleſ *F* 5. queritat *Ba* 6. *om. CDFZ: ex B addidit Camerarius* (*) 7. alitus *codd. Pii, Pylades.* auitus *libri* ſubrepticuſ *Ba.* ſurrepticiuſ *CD.* ſubrepticiuſ *BbFZ* (*) 8. Maenaechmum *B.* Menechmū *D* ciuem credunt omnes *Pylades.* omneſ (omſ, ſ *ex* i *ut vid., D*) ciuem credunt *libri* 9. appellant *C.* apellant *BD.* appellat *F* 10. Ii *CD et ab initio* E *littera erasa B.* Hi *FZ* (I *Osannus*) ſe *Bb.* ſi *Ba* (*)

PERSONAE

PENICVLVS PARASITVS
MENAECHMVS I } ADVLESCENTES
MENAECHMVS II (SOSICLES) } ADVLESCENTES
EROTIVM MERETRIX
CYLINDRVS COQVOS
MESSENIO SERVOS
ANCILLA
MATRONA
SENEX
MEDICVS

PROLOGVS

Salútem primum iam á principio própitiam
Mihi átque uobis, spéctatores, núntio.
Appórto uobis Plaútum lingua, nón manu:
Quaeso út benignis áccipiatis aúribus.
Nunc árgumentum accípite atque animum aduórtite: 5
Quam pótero in uerba cónferam paucíssuma.

Atque hóc poetae fáciunt in comoédiis:
Omnís res gestas ésse Athenis aútumant,
Quo uóbis illud graécum uideatúr magis.
Ego núsquam dicam, nísi ubi factum dícitur. 10
Atque ádeo hoc arguméntum graecissát: tamen
Non átticissat: séd sicilissat. scílicet

11. 12. *Glossae latino-graecae p. 34, 56 G. (Philoxenus p. 103, 32):* graeciscat: ἑλληνίζει *(cf. p. 295, 31 G.). — glossar. Salomonis f. 91ra:* graecissat: Graecos imitatur: *cf. Loewius Prodr. p. 267 sq. — Consentius art. p. 376, 31 K.:* scire autem debemus etiam a nominibus

PROLOGVS POETA · *B D cum spatio satis amplo inter utramque vocem. om. C (ubi* alutem primũ *versum explet).* PROLOGVS *F Z* (*) 1. iam *om. Z (add. Scutarius)* aprintipio *B* propiciam *B C D Z* 2. nuncio *C D Z* 3. Aporto *B* (p *s. scr. B b*). Adporto *Z* 4. Qnefo *(sic) B.* queso *C D* 5. argumẽntum *C* atq *B* aduorate *C ante corr.* 6. portero *D* pauciſſima *D Z* 7—16 *duce Osanno Anal. p. 178 sq. secl. Langenus Ind. lect. Monast. a. 1873* 7. comediiſ *C D* (*) 8. omĩſ *C D.* Omneſ *F.* 9. uobis illud graecum *Pylades.* illud (illuc *D*) uobiſ grecum *libri, nisi quod ante* uobiſ *c. 8 litt. rasura est in B* (*) 10. ubi] ego *C* 11. greciſſat (◡ *sub* ſſ *B b*) *B D.* geciſſat *C* 12. sed sicilissat. scilicet ℭ (sed *cum Paulo,* sicilissat *cum Paulo Consentioque*). uerum ſicilicíſ ſitat *B* (ſſ *lineola coni. B b*). uerum ſyciliciſſitat *C Z.* uerum ſy ciliciſſitat (cíſ *fort. in* tíſ *corr.*) *D (alt.* ci *exp. Dc).* uerum ſiciliriſſitat *F* (*)

Huic árgumento antélogium hoc fuit ínterim:
Nunc árgumentum uóbis demensúm dabo,
Non módio neque trimódio, uerum ipso hórreo: 15
Tantum ád narrandum argúmentum adest benígnitas.)

Mercátor quidam fuít Suracusís senex.
Eí sunt natei fílii gemineí duo,
Ita fórma simili púerei, uti matér sua
Non ínternosse pósset quae mammám dabat, 20
Neque ádeo mater ípsa quae illos pépererat.
(Vt quídem ille dixit míhi, qui pueros uíderat:

---

fieri frequentatiua uerba, ab appellatiuo ut 'graecizat sicilizat patrizat', a proprio ut 'lentulizat'. *Paulus p. 28, 17 M.:* atticissat: attice loquitur Plautus: non atticissat sed sicilissat i. e. sicule loquitur: *cf. Leidolphus 'de Festi et Pauli l. Pl.' p. 249, Baierus 'de Pl. fab. rec. A et P' p. 75.* atticissabas *hinc habere videtur Sidonius Apollinaris Epist. IV 1, 4* 13. *Ausonius Epist. XVI (XII ed. Peip.):* libello tamen apologorum antetuli paucos epodos . . . fors fuat, ut si mihi uita suppetet aliquid rerum tuarum quamuis incultus expoliam . . . . hi igitur, ut Plautus ait, interim *[sic cod. T, vulg., Peip.:* interim ut Plautus ait *cod. M, Schenkl]* erunt antelogium fabularum, garruli et deceptores. *Cf. Fulgentius contin. Verg. p. 148 M.* 19—21. *Nonius p. 343, 30 M.:* matrem ueteres etiam nutricem dici uolunt. Plautus Menaechmis 'ita . . . . pepererat'. — *idem p. 423, 23:* mater aliquando pro nutrice ponitur . . . . Plautus Menaechmis 'ita . . . . pepererat'. *Cf. Reblinius 'de Non. l. Pl.' p. 104, Caesar 'de Pl. mem. ap. Non. serv.' p. 31. — [Seruius] ad Verg. Aen. VIII 632:* sane ueteres etiam nutrices matres uocabant ut ait Plautus in Menaechmis 'et mater non possit dignoscere, quae mammam dabat'

---

13. argumento *ex* argumentu *C* antelogium *Muretus.* antilogium *Ausonius.* ante elongium *Ba.* ante elogium *BbCDF, nisi quod* elogium *Dc.* elogium *Z* interim *add.* ☙ *ex Ausonio. om. libri* (*) 14. demenſuſ *Ba: corr. Bb* 15. modo *C* neque] atque *F* crimodio *C ante corr.* 16. argum̄tũadẽbenignitaſ (d *et* b *e corr. ut vid.*) *C* (*) 17. *Ante* quidam *ras. 2 litt. B* ſiracuſiſ *B.* ſyracuſiſ *reliqui (prima* ſ *ex* q *Da)* 18. ei' *C* natei *Ba.* nati *reliqui (B ex ras.)* geminei duo *Ba.* gemini duo *B ex ras. C.* duo gemini *D.* duo gemini *FZ* 19. puerei *Ba praecedente c. 7 litt. rasura.* pueri *reliqui* uti mater sua *Camerarius.* ut mater ſua *cum libris Nonius.* et mater *Seruius* (*) 20. non poſſit dignoſcere *Seruius* que . . amam *c. ras. Ba:* quę . mãmam *Bb* 21. Noque *Ba: corr. m. Camer.* ipſa que *Ba* (quę *Bb*). ipſaque *CD* pepererat *BDc, Nonius.* peperat *CDaFZ (corr. Beroaldus)* 22. dixit mihi *B.* mihi || Dixit *reliqui*

Ego illós non uidi, né quis uostrum cénseat.)
Postquám iam pueri séptuennes súnt, pater
Oneráuit nauim mágnam multis mércibus. 25
Inpónit geminum item álterum in nauém pater,
Taréntum auexit sécum ad mercatúm simul:
Illúm reliquit álterum apud matrém domi.
Tarénti ludei fórte erant, quom illúc uenit:
Mortáles multi, ut ád ludos, conuénerant: 30
Puer ínter homines íbi aberrauit á patre.
Epidámniensis quídam ibi mercatór fuit:
Is púerum tollit áuehitque Epidámnum eum.
Pater éius autem póstquam puerum pérdidit,
Animúm despondit: eáque is aegritúdine 35
Paucís diebus póst Tarenti emórtuost:
(Sicút pollinctor díxit qui eum pollínxerat.) 36b

36b. *Fulgentius p. 560, 8 (p. VIII sq. ed. Lersch.):* pollinctores dicti sunt qui funera morientium curant. unde et Plautus in Menaechmis comoedia ait 'sicut . . . . pollinxerat'. pollinctores dicti sunt quasi pollutorum unctores, id est cadauerum curatores. *Versum in libris omissum (ut v. 23 in CD) huc revocavit* ℭ, *quem vulgo referunt ad similem (non parem) locum in Poenuli prologo 63* (alter est emortuos. Propterea apud uos dico hoc confidentius, Quia mihi pollinctor

---

23. *Hunc omissum in CDFZ servavit B: una cum v. antecedenti seclusit Teuffelius Annal. phil. XCV p. 32 sq.* uostrum] uſm *B*, uerū *B marg. m. Camer.* 24. ſeptuenſ . eſ *c. ras. Ba*, ſeptuen . neſ *Bb.* ſeptenneſ *F* sunt] ſt *(sic) C* 25. onerabit *C ante corr.* nauim *CD.* nauem *BFZ* 26. Inponit *B.* imponit *ceteri* geminum item *Muellerus Pros. p. 490.* geminum *BDbFZ.* gemitum *CDa* (*) 27. Tercentum *Z (corr. Scutarius)* 28. reliquid *CDa (corr. Dc)* 29. ludei *Ba.* ludi *BbFZ.* iudei *C.* iudęi *D* cum *BCD* 30. ut *om. Da (suprascr. Dc).* et *F* 31. Puer] *post* P *una litt. erasa in B, quam puncto del. Bb* ibi aberrauit ℜ. aberrauit *libri* (*) 32. Epidamnenſiſ *FZ* quadam *C* 33. auehitque Epidamnum eum *Seyffertus Philologi XXV p. 451.* auehit que epidamnium *BCD.* auehitque epidamnum *Z.* aduehitque epidannum *F* (*) 34. autem *om. DFZ* pedidit *Bb* 35. diſponit *Ba.* diſpõdit *B manu Camer.* eaque iſ *Dc, Camerarius.* eaquiſ *CDa.* ea quiſ *B.* aquiſ *FZ* egritudine *BCD* (*) 36. tarenti emortuuſt *BD* (tarentie *D ante ras.*). tarentie mortuuſt (*ex* moſtuuſt) *C.* tarenti eſt mortuuſ *FZ* 36b. *Cf. testim. et append. ad v. 13*

Postquám domum autem de eá re rediit núntius
(Ad auóm puerorum, púerum surruptum álterum
Patrémque pueri maérendo esse emórtuom),
Immútat gemino nómen auos huic álteri. 40
Ita illúm dilexit, quí subruptust, álterum:
Illíus nomen índit illi quí domist,
(Menaéchmo, idem quod álteri nomén fuit.
Et ípsus eodemst áuos uocatus nómine.
Proptérea illius nómen memini fácilius, 45
Quia illúm clamore uídi flagitárier.
Ne móx erretis iám nunc praedicó prius:
Idémst ambobus nómen geminis frátribus.
Nunc ín Epidamnum pédibus redeundúmst mihi,
Vt hánc rem uobis éxamussim dísputem. 50

---

dixit qui eum pollinxerat). *Sed non aliter v. 51—55 consentiunt cum Poenuli v. 80—82 et v. 62 cum Poenuli v. 77. Eandem vero hic versus indolem habet quam in hoc prologo v. 22 sq., 45 sq.* 45. *Nonius p. 499, 35 M.:* accusatiuus pro genetiuo . . . Plautus . . . et Menaechmis 'propterea . . . . facilius' 50. *Nonius p. 9, 10 M.:* examus-

---

37. domum autem *exempli causa* ℜ. ſiracuſaſ *BCD, sed cum rasura 9 litt. ante eam vocem B.* ſyracuſaſ *F.* ſyracuſiſ *Z* de ea re rediit *DFZ.* deea re redit *B.* deaearerediit (dea *corr. in* dee) *C* nunciuſ *Z* (*) 38. auom *omnes* ſurruptum *BaCD.* ſubruptum *F, codd. Pyladis, item Lambini.* ſubductum *Z.* ſubduptum *B man. Camer.* 39. maerendo ℜ. tarenti *libri* emortuum *BCDF.* mortuum *Z Totum versum uncis inclusit Bothius unaque cum antecedenti Dziatzko Annal. phil. CVII p. 836* (*) 40. Immittat *Da.* Imnuttat *(sic) Db* gemino nomen auos huic ℜ. nomen auoſ huic gemino *libri, nisi quod* auo̊ſ *Bb* (*) 41. ſubruptuſt *BCD.* ſubruptuſ eſt *FZ* 42. illi *BCD. om. FZ (add. Scutarius)* domi eſt *libri V.* 43—56 *ducibus ex parte Teuffelio Langenoque seclusit Dziatzko l. s. s.* (*) 43. Mena hec moidem *Ba,* Mena—ec-mo,idem *Bb.* Mane hec moidē *C et, nisi quod* hęc*** *(er.* ⊢ *?) D* 44. eodem eſt auuſ *B et, nisi quod* eoḋe *(uti saepius) C.* eodem eſt *DFZ post* uocatuſ *in C erasum* ē 45. Proterea *C* nomem *B* 46. clamorr' *C* 47. eretiſ *Db* predico *Ba* (ę *Bb*) 48. Idem (iḋe *C*) eſt *libri* fratribus] fratib; ſibi uelit *C (vide ad v. 51), in quo v. 49 (item ut in D) versum explet cum spatio in fine* 49. epidannum *F* eſt *libri* 50. Vt *in ras. Bb ante* examuſſim *una litt. erasa in B.* examu^s ſim *C.* examuſim *Z*

Si quís quid uostrum Epidámni curarí sibi
Velít, audacter ímperato et dícito:
Sed ita út det, uude cúrari id possít sibi.
Nam nísi qui argentum déderit, nugas égerit:
Qui déderit, magis maióres nugas égerit. 55
Verum íllue redeo, unde ábii, atque uno adsto ín loco.)
Epidámniensis ílle, quem dudum díxeram,
(Geminum íllum puerum quí surrupuit álterum,
Ei líberorum, nísi diuitiae, níl erat.)
Adóptat illum púerum surruptícium 60
Sibi fílium eique uxórem dotatám dedit,
Eúmque heredem fécit, quom ipse obiít diem.
(Nam rús ut ibat fórte, ut multum plúerat,

---

sim dicitur examinate ad regulam uel coagmentum; est enim amussis regula fabrorum, quam architecti cum opus probant rubrica inlinunt. Plautus .... idem Menaechmis 'ut hanc .... disputem' 63. *Consentius art. p. 378, 32 K.:* sunt etiam praesenti tempori et praeterito perfecto quaedam uerba communia, ut incendit obruit pluit suit. haec enim nulla mutata praesentis temporis forma in declinatione

---

51. uestrum *libri, nisi quod* uestrm̃ *C,* uẽm *D* epidamni *codices Pyladis.* epidamnum *BCDZ.* epidannum *F* sibi ‖ Velit audacter *R: v. Prol. Trin. p. CLXXXIII.* ſibi uelit ‖ Audacter *BCDFZ.* Audacter *C: vide ad v. 48* (*) 53. det unde *Ba.* de inde *B ex ras.* 54. qui argentum *Beroaldus.* qui non (*vel* ñ) argumentum *libri, sed ut in B spatium e rasura c. 8 litt. ortum sit ante* non dederit, r *ex* t *ut vid. corr. Da et Db* migaſ *C* 55. Qui *Pylades.* Nam niſi qui *libri* (*) 56. illuc *Dc* redeunde *BaCDa.* redeunde *BbDc* tq; *in* atq; *rescripsit Bb post* adſto *spatium e rasura vocis* loco *B* 57. Epidãnniensis *B.* Epidamnienſiſ *Z.* Epidannenſiſ *F* —— SILL —— *apparuit in A* (*) *V.* 58 *sq. seclusit* ☙ 58. ſurrupuit *BCD.* ſubripuit *FZ* alteram *CD et ex* alterum *c. rasura* alter *vocis ante eam vocem Ba (corr. Bb)* 59. ELIBERO —— *A* diuiliae *BCD* erat *suprascr. C,* era *in ras. Ba* 60. ADO —— *A ante* illum *et post* puerum *rasuras C (fuit* adoptabat *et* puerum ei' *ut vid.)* surrupticium *BC (ex* ſurrupuitũ, *ut vid., corr.).* ſuprupticium *D.* ſubrupticium *F.* ſubrepticium *Z* 61. eique] ei quod *F* 62. EUMQ —— *A* cum *Pius.* quam *libri, nisi quod* quam (*et mox* die *pro* diem) *Bb V.* 63—66 *seclusit Dziatzko l. s. s. p. 836, quibus v.* 67 *adi.* ☙ (*) 63. NAM —— *A* pluuerat *Dc.* pluerat *Da cum reliquis et Consentio* (*)

Ingréssus fluuium rápidum ab urbe haud lóngule,
Rapidús raptori púeri subduxit pedes, 65
Apstráxitque hominem in máxumam malám crucem:
Illi aútem diuitiae éuenerunt máxumae.)
Is íllic habitat géminus surruptícius.
Nunc ílle geminus, quí Suracusís habet,
Hodie ín Epidamnum uéniet cum seruó suo 70
Hunc quaéritatum géminum germanúm suom.
(Haec úrbs Epidamnus ést, dum haec agitur fábula:
Quando ália agetur, áliud fiet óppidum.
Sicút familiae quóque solent mutárier:
Modo hic hábitat leno, módo adulescens, módo senex, 75
Paupér, mendicus, réx, parasitus, háriolus.)

* * * * * *

---

praeteriti temporis proferuntur, in tantum ut etiam pluit utrobique pronuntietur priore correpta, quamuis Plautus produxerit in Menaechmis 'forte .... pluerat' 64. longule *hinc habet glossar. Plaut.: cf. R Opusc. II p. 252*

---

64. INGRESS———— *A* Ingroeſſuſ *Bb* ab urbe *BbDb.* burbe *BaCDa* haud, d *e corr. Bb* (*) 65. RAP———— *A* Rapiduſ ..... hominem *suo loco omissa in imo paginae margine habet Da additis* 3 Rapide *FZ* pedes *Saracenus.* fideſ *libri* 66. Apstraxitque *B.* ab ſtraxit q' *CD.* ABSTRAX———— *A* maximam *libri* malam] malam matam *C, sed* t *vel* l *ex* c *ut vid. corr.* 67. Illi autem diuitiae ☙. Illi diuitiae *Z.* Illi diuicie *B.* illi diuitię *DF.* diuiciæ (*om.* illi) *C.* ILL———— *A* euenere *Z* maximę *CD.* maxume *FZ.* maxime *B* (*) 68. Is illic *Camerarius.* Iſtillic *C.* Iſtilic *BaD.* Iſillic *Bb.* Iſtic *FZ* habitant *C* ſubrupticiuſ *FZ* 69. germanuſ *Z* ſyracuſiſ *FZ.* ſiracuſſiſ *BCD* (r *ex* c *Da,* ſ *ex* ſſ *Dc*) habet *BbDc* 70. epidã nũ *BC.* epidannum *FZ* ueniet *Geppertus.* uenit *libri* ſuo ſeruo *B* 71. Nunc *F* queritatũ *BC* ſuum *libri V.* 72 *sqq. secl. Teuffelius l. s. s.* 72. Hec *B et,* ec *ex* od *ut vid. in ras., C.* KAE———— *A* epidãpnuſ *D.* epidannuſ *FZ* hec *C* 73. QUA———— *A* opidum *B* 74. SICUT———— *A* familię *C* mutarier *Camerarius.* mutari *BCD.* mutari modo *FZ omissis ceteroqui v. 75. 76* 75. Modo hic habitat ☙. Modo ni cadit at *B.* modonicaditat *CD.* MOD—— *A* adolescenſ *Ba.* adoleſcenſ *CD* ſexnex *ante ras. C* (*) 76. medicoſ *Ba* arioluſ *libri praeter A* (arioluſ peniculuſ *B*) *Mutilum in fine esse prolo-*

m Bothius perspexit: atque uno versu vel A auctior fuit, in quo te sequentis scaenae inscriptionem haec apparuerunt:

——————————————————PARASITUSKARIOLUS
——————————————————E * MELIS——————————,

i perdubias ante ELIS *litteras etiam* TUU *esse posse Loewius adnota-*
:. Praeterea fragmentum quoddam adiacet ex trium versuum spatio
scissum, ubi in primo versu Q *certum est in altero* LUO *praecedente*
tasse A *subsequentibus* MS *(litteris a* Q *illo paullulum remotis): quae*
ad hunc locum revocanda sunt, in priore v. 75 *parte A* Q *habuit —*
potuit aut QUE (Q·) *male inseri aut loco vocis* Pauper *velut* COQUOS
QUOQUOS *poni — alterius reliquias tali exemplo illustret 'hariolus':*

⟨Fratrem ille s⟩aluom s⟨aluis u⟩elis ⟨auehet,
Bonitas si uostra adiutat atque aequanimitas.⟩

ACTVS I

PENICVLVS

Iuuéntus nomen fécit Peniculó mihi
Ideó quia mensam, quándo edo, detérgeo.
* * * * * *
Hominés captiuos quí catenis uínciunt,
Et quí fugitiuis séruis indunt cómpedes, 80

---

77. *[Seruius] in Georg. I 137:* 'nomina fecit' uero notamina: Plautus in Men(a)echmis 'iuuentus . . . mihi' 78. *Festus p. 258, 33 M. (suppletus partim ex Paulo):* [quando cum graui uoce pro]nuntiatur significat [quod: acuta est temporis aduerbium] ut Plautus in Mae[naechmis ait 'ideo quia] mensam quando edo detergeo' *Marius Plotius Sacerdos p. 486, 10 K.:* tergeo tersi. dicimus et tergo tergis tertia correpta: legimus et 'spicula lucida tergent' quod uenit a tergeo ⟨terges⟩ et ⟨'ter⟩gunt' ab eo quod est tergo tergis *[cf. p. 490, 25 cum Probi cath. 34, 14 et 38, 21, unde patet et* 'tergunt' *et* 'tergent' *pertinere ad discrepantem scripturam apud Verg. Aen. VII 626, quod non significavit Keilius].* 'qua mensas detergeo': *ubi hoc testimonium a Probo omissum a Sacerdote neglegentius adscriptum esse Keilius vidit*

Act. I Sc. 1 PENICVLVS PARASITVS *BD (in marg. iuxta v. 75 sq. nullo v. vacuo) FZ. unius v. spat. C. in A fuit inscriptio uno praeterea v. vacuo. Ceterum personarum in mediis scaenis notas per totam fabulam tam raras CD habent, ut non quas omittunt, sed quas addunt commemoremus. Plerumque autem ne spatia quidem ulla relicta sunt. Nisi quod paulo aliter res se habet in actus V scaenis 1. 2. 9: de quo diximus ad v. 701. 1102* 77. fecit *ex* fuit *C* paeniculo *Seruius* 78. ——— GEO *A* edo] ego *Z* detergeo *BC, sed* o *e corr. Bb.* detergo *D.* detergo *FZ: cf. testim. Post hunc versum quaedam intercidisse sensit R* (*) 79. ——— IUNT *A* cathenif *Z* 80. ——— NPEDES *A* (compedef *BCDFZ*)

mis stúlte faciunt meá quidem senténtia.
ım hoc hómini misero si ád malum accedít malum,
ıiór lubidost fúgere et facere néquiter.
ım se éx catenis éximunt aliquó modo,
ım cómpediti aut ánum lima praéterunt 85
ıt lápide excutiunt cláuom: nugae súnt eae.
ıem tu ádseruare récte, nè aufugiát, uoles,
ca átque potióne uincirí decet:
ɔud ménsam plenam hamo hómini rostrum déliges.
ım tu ílli, quod edit ét quod potet, praébeas 90
o árbitratu usque ád fatim cottídie,

---

85. *Nonius p. 333, 36 M.:* limare, exquirere et delinire, secundum ısuetudinem, a lima dictum. Plautus Menaechmis 'anum lima aeterunt' 89. *Nonius p. 455, 10 M.:* rostrum hominis dici non ɔere consuetudo praesumpsit. apud Plautum in Menaechmis posin sic 'apud....deligis': *cf. Reblinius l. s. s. p. 93, Caesar l. s. s.*

---

81. ——ENTENTIA *A* fatiunt *B* 82. ——LUMACɔITMALŪ *A, qui ceteris non videtur auctior fuisse* hoc homini *ıellerus Add. ad Pros. p. 117.* homini *libri, post quam vocem litt.* mifo *:) erasae in B* mifero *C* accidit *B* (*) 83. ——NEQU—— libido *FZ* eſt *libri inter* nequĩt *et* nã *rasuram C (fuit* neitũ iã, *ut vid.)* 84. cathęniſ *Z* —— ——MODO *A, ubi nihil paruit in duobus qui sequuntur versibus* 85. Dum *R.* Tum *libri* aut anum *R, Bentleius.* anum *B, Nonius.* ianũ *CD, codd. Pyla-*ı. ianuam *FZ* praeterunt *Nonius.* p̄terunt *CD.* preterunt *Ba.* ęterunt *Bb.* prętereunt *FZ, Nonii LA* (*) 86. excuciunt *B* clam *CD (non B)* nugę, gę *pro* ſunt *in ras. B.* Nuge *D* eae] *FZ* (*) 87. ——OLES *A* afferuare *CD (non B)* rectǫ *C* afugiat *C* 88. *Nihil apparuit in A* Aeſca *CD* uincire *C te ras.* decet *B.* debet *reliqui V.* 89—91. *haec apparuerunt in A:*

——INIROSTRUMDELIGES
——UODPOTETPRAEBEAS
——COTIDIE,

ı C expunxit m. 1, versus autem 89 *et* 91 *auctiores fuisse spatium cet* 89. aput *Nonius* (apud *Bamb.*) plena *C* hamo homini *R nvenienter spatio in A.* homini *BCDFZ.* hominiſ *Nonius* deriſ *Nonius.* diligeſ *F.* dilieſ *C* (*) 90. edit *Ba, Camerarius.* at *BbCDFZ* praebeaſ, p *ex* d *corr. Ba.* prębaſ *C* 91. Sū. *b* usque adfatim *R coll. Poen. v. 534: atque* USQ· *accurate spaım in A explet.* ad fatim *B.* affatim *reliqui* cottidie *BC.* cotidie

Numquam hércle effugiet, tam étsi capital fécerit.
(Facile ádseruabis, dúm eo uinclo uíncies.)
Ita istaéc nimis lenta uíncla sunt escária:
Quam mágis extendas, tánto adstringunt ártius. 95
Nam ego ád Menaechmum huc núnc eo, quo iám diu
Sum iúdicatus: últro eo, ut me uínciat.
Nam illi íllic homo homines nóu alit, uerum éducat
Recreátque: nullus mélius medicinám facit.

---

p. 15. 31 92. *Nonius p. 38, 14 M.:* capital dictum est capitis periculum. Plautus Menaechmis 'numquam .... fecerit': *cf. Reblinius p. 65, Caesar p. 38. 50 (ubi scripturam A ignorat)* 94. *Nonius p. 108, 21 M.:* esculentum et escarium ab escis et ab edendo dictum .... Plautus Menaechmis 'ea .... escaria'. *idem p. 338, 14:* lentum, tenax. Plautus Menaechmis 'lenta ... escaria': *ubi cum* Menechmiſmiſ *L ante corr. et* menecminiſ *H Gen. praebeant, cogitari posse de* nimis *addendo Muellerus animadvertit: cf. Reblinius p. 67. 102*
97. *Placidus p. 59, 12 D.:* iudicatus: iudicio addictus damnatusque: *huc revocavit Deuerlingius neque rectius ad Asin. v. 937 adhibueris, ubi* iudicatum *legitur* 98. *Nonius p. 422, 10 M.:* alere est uictu temporali sustentare, educare autem ad satietatem perpetuam educere. Plautus in Menaechmis 'nam ... educat'

D cum A corr. quotidie *FZ* (*) 92. NUMQ*****RQL**FF——— *A* hercle effugiet tametſi *Nonius.* edepol te fugi & tiam & ſi *Ba.* edepol te fugi& etiam & ſi *Bb.* edepol te fugiet iã & ſi *CDZ.* edepol confugiet iam etſi *F.* edepol fugiet tametsi *Pylades* capitale *B, sed* e *e corr. Bb* fuerit *C ante corr.* (*) 93. *Hunc v. melius abesse sentiebat Vahlenus Mus. Rhen. XVI p. 635* adſeruabiſ *B.* aſeruabiſ *C.* aſſeruabiſ *DFZ* dum eo] Dueo *C* uinculo *B* 94. **A——— *A* ea enim fere lenta *Nonius p. 108.* nimiſ lenta *idem fortasse p. 338* istec *Z* uincta *Nonius p. 338.* uincla (c *ex* l) uincla *C* ſcaria *Nonius utroque loco* (*) 95. ——TIUS *A* Quãqu̇ã magiſ *D* adſtringunt *B.* aſſtringunt *D.* aſtringunt *CF.* aſtringant *Z* artiuſ, u *in ras. Bb* (*) 96. ——IU *A* menechmũ *CD* huc nunc ☙. hunc *BCD.* nunc *F, Pylades. om. Z* cui *FZ.* quo *BD et* (q̊) *C, ante quam vocem gratius vulgo distinguebant* (*lenius ante* ultro eo)*: corr. Langenus Philol. XXXIII p. 709* (*) 97. ——T *A* uincia *C.* uinciet *ut vid. D ante corr.* 98. illi ☙. *om. libri cum Nonio et A, in quo* **MILL****M——UCAT *apparuerunt* homo *ex* hemo *ut vid. Db. rasuram litterarum* mo *post* homo *B* hominiſ *Nonius* alii *CD* aut uerte ducat *Nonius* (*) 99. R*Q——Q——LL——IT *A* recreatque *cum BC etiam A, ut vid., et codd. Pyladis.* creatq̊' *D.* recte atque *Z.* rete atque *F* meli·ſ, *er.* o *ut vid., C*

Itást adulescens: ípsus escae máxumae, 100
Ceriális cenas dát: ita mensas éxtruit,
Tantás struices cóncinnat patinárias:
Standúmst in lecto, sí quid de summó petas.
Sed mi ínteruallum iam hós dies multós fuit:
Domi dómitus sum usque in iúre cum careís meis: 105
Nam néque edo neque emo, nísi quod est caríssumum.
Id quóque iam cari qui ínstruontur déserunt.
Nunc ád eum inuiso. séd aperitur óstium:
Menaéchmum eccum ipsum uídeo: progreditúr foras.

---

101 *sq.* ***Festus p. 310, 30 M.:*** struices antiqui dicebant extructiones omnium rerum. Plautus 'cerialis .... patinarias'. ***fragm. Bob. p. 542, 27 K.:*** struices compositiones dicuntur patinarum (patinantur *B: corr. Keilius,* patinariae *ed. Vindob.*), unde etiam structores dicuntur. ***[Seruius] in Aen. IV 267 (cf. ad v. 270):*** exstruis a struice: Plautus in Menaechmis 'tantas .... patinarias' 103. ***Donatus in Ter. Phorm. II 2, 29:*** cena dubia . . . ubi tu dubites quid sumas potissumum] non potius, sed potissimum dixit, ut in re omni aliis alia monstraret potiora. Plautus 'standum . . . petas'

---

100. ——————ę *A, in quo nihil apparuit v. 101 sq.* eſt *libri* aduleſcenſ *B.* adoleſcenſ *CDFZ, post quam vocem distinxit Weisius* ipſiuſ *Z* eſcę *rasura ex* ſeſcę *C* maxĩmę *D.* maxime *Ba* (ę *Bb*) 101. cerialiſ *Festus.* Cerealiſ *DcFZ.* Certaliſ *Ba CDa.* Cer.talis *Bb* caenaſ *Festus* menſaſ *Festus, codd. Pyladis.* mensam *BCDFZ* 102. tantaſ ſtruiceſ *Seruii cod. T cum libris.* tantant aſtruiciſ *Seruii cod. F* concinat *uterque cod. Seruii* (*) 103. ſtandum ſt *B.* ſtandũſt *CD.* Standum eſt *FZ, Donatus* ſiquid *BC* ſummo *libri.* ſumma *Donati ed. princ.: atque id Lipsius Ant. lect. III dicit in libris aliquot antiquis exstare* S****UM —— ——————ṢUMMOṖEṬ** *A* 104. ——————L****UI* *A* (L *in fragmento*) mihi *vel* m *libri* hoſ *rasura ex* hodie *ut vid. C* multo *Z* 105. ——————Ṣ*MU——————M**Ṣ *A (priores litterae in fragmento) A* Domo *Ba.* Domi *Bb cum reliquis* sum usque in iure *B.* ſummuſ que *Ba.* ſum · uſ que *Bb.* ſumuſq', q *ex* o *ut vid. corr., C.* ſum uſque *DFZ* careiſ *Ba.* cariſ *Bb, ceteri* (*) 106. - - M *A* Nãneque *B.* nãq' *CDFZ* kariſſimum *B.* cariſſimum *FZ*

107. Idquoq' *B.* Id q̊q̊, ° *fere evanida, D.* Id qq *C* qui, i *e corr., Bb* inſtruntur *BaC.* inſtruuntur *BbDFZ* (*) 108. N*N*A—— ——————— *A, in quo nihil apparuit versu antecedenti* ſed *C.* ſ& *ex* & *Bb.* ſ' *D.* ſi *FZ (corr. Scutarius)* apperitur *Z* hostium *FZ* 109. M*ṆA*CK——————IPSU——————ROGREDITURF**AS *A* menechmũ *D* progredietur foriſ *Z* foras Menaech peniculuſ *B*

MENAECHMVS I. PENICVLVS

MENAECHMVS

Ní mala, ni stúlta sies, ni índomita impósque animi, 110
Quód uiro esse odió uideas, túte tibi odio hábeas.
Praéterhac sí mihi tále post húnc diem
Fáxis, faxó foris uídua uisás patrem.
Nám quotiéns foras íre uoló, mé retinés, reuocás, rogitás:
Quó ego eam, quám rem agam, quíd negotí geram, 115
Quíd petam, quíd feram, quíd foris pépigerim.
Pórtitorém domum dúxei: ita omném mihi
Rém necesse éloquist, quícquid egi átque ago.

---

110. *Seruius in Aen. III 686:* ni teneant cursus] antiqui 'ni' pro 'ne' ponebant, qua particula plenus est Plautus 'ni mala ni stulta sis'. *Donatus in Eun. II 3, 36:* quid ni] . . . est enim 'quid ni' aut quid nisi aut cur non, quia ueteres 'ni' pro 'ne' ponebant et 'ne' pro 'non', ut Plautus 'ni stulta sis' pro 'ne' et 'ne uult' pro 'non uult'. *Cf. R Opusc. II p. 629* 118 *sq. Nonius p. 24, 19 M.:* portitores di-

---

Act. I Sc. 2 M***ECKMUS MENA *litteris minutis inter v. 109 et 110 habet A nullo vacuo relicto.* MENECHMVS ADOLESCENS PARASITVS PENICVLVS *B.* MENehcm̃ ADOLESCENS PENICVL PARASITVS *D: item, nisi quod* Menęchinuſ *FZ. unius v. spat. C. MENAECHMOS I et II discriminavit R. Versuum fines B eosdem atque nos servat, praeter v. 120—122: itemque A praeter v. 110 et 120—122, ubi tamen v. 113. 115. 118. 120a nihil apparuit* (*) 110. *Sic A:*

NIMALA——————
——————A**PO*Q·ANI**

sies *Reizius, Bothius, Hermannus.* ſiſ *BC, Seruius, Donatus. om. DFZ* nundomita *C* ipſoſque *Z* 111. ——————AS *A* urro *C* uideaſ tute *BC.* uideſ tute *FZ.* uidetute *D, ubi* tu te *separ. Dc* (*)

112. ——————DIEM *A* Preter hac *B* ſi mi·hi *Ba.* ſimile *FZ* poſt *BFZ.* p̃ *CD* 113. uiſaſ *ex* uidu *ut vid. Da* (*) 114. ——————ÇAS *A traiectis, ut vid.,* rogitas reuocas foraſ *BC. om. DFZ* (*) 115. ego *suprascr. Db* negotii *BCD.* negocii *FZ* geritur *FZ: atque* ã *in D fere* ĩ *videtur esse* 116. petam *Camerarius.* detam *BaDa.* dedam *Bb.* detiam *C.* dicã *Dc.* detur *FZ* færam *C* ——————AMQUIDFORIS——Q——*A, ubi cum inter* FORIS *et* G *spatio* LE *non sufficiat* pepigerim *corr.* ꝑ (pegerim *Vssingius*), *ubi* legerim *BaCDF.* egerim *B ex ras. Z* (*) 117. ——————XEIITAO——*A* Portitiorem *C* duxi *BCDFZ.* dixit *Nonius* omnem *om. Nonius* 118. Rem *om. Nonius* necesse

Nímium ego te habui délicatam. núnc adeo, ut factúrus, dicam.
Quando égo tibi ancillás penum, 120
Lanám linum, aurum púrpuram
Bene praébeo nec quícquam eges, 121
Maló cauebis, sí sapis:
Virum óbseruare désines. 122
Átque adeo, ne mé nequiquam sérues, ob eam indústriam
Hódie ducam scórtum atque aliquo ad cénam condicám foras.

PENICVLVS

Íllic homo se uxóri simulat mále loqui, loquitúr mihi: 125
Nám si foris cenát, profecto me, haúd uxorem, ulcíscitur.

---

cuntur telonearii, qui portum obsidentes omnia sciscitantur, ut ex eo uectigal accipiant . . . Plautus Menaechmis 'portitorem . . . . ago'

120 *sq. [Seruius] ad Aen. IV 373:* litore egentem] . . . . et in tribus modis haec elocutio profertur. 'egeo hanc rem' Plautus Menaechmis 'linum lanam praebeo neque quicquam eges'

---

eloqui est *Dousa.* neceſſe loqui eſt *BCDF.* neceſſe eſt loqui *Z.* neceſſe eſt eloqui *Nonius* quidquid *Nonii L* (*) 119. ——————————USDICÃ *A* nimiũ *ex* nuniũ *Dc* (*) 120—122. *Post duos versus versui 120a respondentes haec apparuerunt in A (ex parte in panno nunc abscisso: cf. ad v. 104 sq.):*

LAN**LIN————————————
——————G*SMAL————————IS
————————————————————,

ubi sic B:

Quando ego tibi Ancillaſ penum
Lanam aurum neſtem purpuram bene prębeo nec quicquam egeſ
Malo cauebiſ ſiſapiſ uirum obſeruare desineſ:

itaque duobus versiculis duos senarios cum dimetro subiunxit A, duos octonarios B, ubi dimetros discripsit Geppertus Lanam linum aurum *duce A et Seruio.* Lanam (lanã, ã *e corr., C*) aurum ueſtem *BCD FZ* prebeo *C* neque *Seruius* molo *C* (*) 123. ATQ——————————— *A* neme *BC.* me *Z* nequicquam *BaFZ.* nequiçquam *Bb.* quicquam *C.* quicq *D* induſtriam] ſ *abscissum cum marg. C.* induſtiã, r *Dc* 124. atque aliquo ad coenam *Acidalius.* ad cenam (cęnam *C*) atque aliquo *libri cum A, ut vid., in quo* K*D ——————— Q****Q**C**D*C*M *apparuit sequente versu voci* foras *vacante* conducam *DcFZ* (*) 125. ILLICKOM****XOR————————QUILOQUITURMIKI *A* ſimulat, at *e corr., Bb* 126. cęnat *C*

MENAECHMVS

Eúax, iurgio hércle tandem uxórem abegi ab iánua.
Vbi súnt amatorés mariti? dóna quid cessánt mihi
Conférre omnes congrátulantes, quía pugnaui fórtiter?
Hánc modo uxori íntus pallam súrrupui: ad scortúm fero. 130
Sic hóc decet, darí facete uérba custodí catae.
Hoc fácinus pulcrumst, hóc probumst, hoc lépidumst, hoc factúmst fabre:
[Meó malo a mala ábstuli, hoc ad dámnum deferétur.]
Auórti praedam ab hóstibus nostrúm salute sócium.

PENICVLVS

Heús adulescens, écqua in istac párs inest praedá mihi? 135

MENAECHMVS

Périi, in insidiás deueni.

PENICVLVS

Immo ín praesidium: né time.

---

127. *Varro de l. l. VII 93:* apud Plautum 'euax . . . . ianua' euax uerbum nihil significat, sed effutitum naturaliter est: *cf. Bergkius 'Beitr.' I p. 157* 134. *Priscianus inst. VII 26 p. 309, 4 H.:* in pronominibus quoque fecerunt antiqui 'meum' pro 'meorum', 'tuum' pro 'tuorum', 'nostrum' pro 'nostrorum' dicentes. Plautus . . . . idem in Menaechmis 'auerti . . . . socium'

---

127. hercle *C. om. Varro* (ab regia ianua *Flor.*) (*) 128. ſ amatoreſ, a *ex corr. (incohata* m *ut vid.) D* (*) 129. qui *Ba.* quia *Bb cum reliquis* (ϝ *D*) foriter *B* (*) 130. palam *C* ſubrupui *FZ* (*) 131. Sic hoc *BbCD* (ħ). Si hoc *Ba.* Si hic *FZ* *post* decet *distinxit Geppertus* cate *BZ (corr. Lambinus)* (*) 132. pulcrum eſt *B.* pulchrum eſt *reliqui* probum est hoc lepidum eſt *libri* factuſt *BCD.* factumst *F.* factum eſt *Z* 133. *Versum seclusit Goetzius Mus. Rhen. XXXV p. 481 adn.* amala *D, sed . Dc* ſuſtuli *Z* dampnum *D* (*) 134. Aduorti *B.* Auerti *reliqui cum Prisciano* (auertit *Prisciani PWr*) predam *Ba* (ę *Bb*) oſtibus *Bb.* oſtib; *C* ſalutē, *Dc.* ſaluto *Z* ſotium *D* (*) 135. adoleſcenſ *DFZ* ecqua *BbFZ.* et qua *BaCD* in] mihi *Z* praeda mihi *Camerarius.* pre mihi *BaC.* p.re mihi *(sic) Bb.* pmihi *Da.* pmihi *Dc.* premii *FZ* (*) 136 *sqq. Spatia usque ad v. 142 personis relinquunt CD (pers. suppl. Dc v. 137 sq.)* 136. Perii *om. Z* deuenit *BaCD.* deueni *B ex ras. Dc* preſidium *BC*

MENAECHMVS

Quís homost?

PENICVLVS

Ego sum.

MENAECHMVS

O méa Commoditas, ó mea Opportúnitas,
Sálue.

PENICVLVS

Salue.

MENAECHMVS

Quíd agis?

PENICVLVS

Teneo déxtera Geniúm meum.

MENAECHMVS

Nón potuisti mágis per tempus mi áduenire quam áduenis.

PENICVLVS

Íta ego soleo: cómmoditatis ómnis articulós scio. 140

MENAECHMVS

Vín tu facinus lúculentum inspícere?

PENICVLVS

Quis id coxít coquos?
Iám sciam, si quíd titubatumst, úbi reliquias uídero.

---

137. homo est *libri* ME· Oh *B.* #oh *CD* ó *C* oportunitaſ *BC.* °portunitaſ *Da* (*) 138. Qui *Ba* agiſ *BCDF*. aiſ *Z* dextra *libri: corr. Camerarius* meum] mihi *C* 139. *ante* magis *er.* g *C* mihi *libri* quem *Bb* 140. omneſ *F* 141. lutulentum *F.* lucĕlentum *Da* Inspice *Da: corr. Db* quiſ hid *D.* quid iſ *F* ·quocuſ *c. ras. litt.* e *(puncta ab ead. m.) B.* quocuſ *C.* cocuſ *DF.* coquuſ *Z* (*) 142. ſiquid *BC* titubatumſt *BF.* titubatuſt *CD.* titubatum est *Z* (*)

MENAECHMVS

Díc mi, en umquam tú uidisti tábulam pictam in páriete,
Vbi aquila Catameítum raperet, aút ubi Venus Adóneum?

PENICVLVS

Saépe. sed quid istaé picturae ad me áttinent?

MENAECHMVS

Age me áspice. 145
Écquid adsimuló similiter?

PENICVLVS

Quí istic ornatúst tuos?

MENAECHMVS

Díc hominem lepidíssumum esse méd.

PENICVLVS

Vbi essurí sumus?

MENAECHMVS

Díc modo hoc quod égo te iubeo.

PENICVLVS

Díco: homo lepidíssume.

---

143. *Ausonius (Edyll. VI) epist. ad Gregor. fil.:* En umquam uidisti nebulam *(cf. Epist. XVII [II] 407)* pictam In pariete? *Cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 21, Goetzius Act. soc. phil. Lips. IV p. 355* 144. *Liber glossarum:* Catamitus quidam uir fuit. Plautus 'ubi ... Adoneum': *cf. Loewius Prodr. p. 256. Praeterea probabile est ad hunc versum spectare Paulum p. 44, 6 M.:* Catamitum pro Ganymede dixerunt, qui fuit Iouis concubinus.

---

143. mihi *libri* en umquam *Brixius confirmante Ausonio.* nũqũa *C.* nũq *D.* numqua *B.* numquid *FZ* (*) 144. aqulã *C* catameitum *Da.* catamei tum *Ba.* cate mei tũ *C.* catamettum *F.* catamitum *BbDcZ* adoneum *Bb.* 145. Sepe *BCD* picture *BaD.* pictu . . rẽ, ti *ut vid. er., C* adtinent *B* 146. Ecquid *Bb.* Ecquidem *Z* adſimulo *B.* aſſimulo *CDFZ* quid *F* ornatuſt *Weisius.* eſt ornatuſ *libri* tuuſ *libri* (*) 147. *Spat. D* lepidiſſimum *libri* med *Guietus.* me *libri* eſſuri ſumuſ *Ba.* eſſuri ſum *C.* eſſuri ęę mę ſum' *D.* eſuri ſumuſ *BbDcFZ* (*) 148. *Spat. D* hoc *om. Z* quod *Bb.* quid *Z* ibéo *C* dico *BbCDZ.* dic *Ba F* lepidiſſime *libri, ex* lepidiſſſe me *C*

MENAECHMVS

Écquid audes dé tuo istuc áddere?

PENICVLVS

Atque hilaríssume.

MENAECHMVS

Pérge, perge.

PENICVLVS

Nón pergo hércle, nísi scio qua grátia. 150
Lítigium tibíst cum uxore: eo mi ábs te caueo caútius.

MENAECHMVS

Clam úxoremst * * * * * * * *
Vbi sepulcrum habeámus atque hilare húnc conburamús diem.

PENICVLVS

Age sane igitur, quándo aequom oras, quám mox incendó rogum?
Díes quidem iam ad úmbilicum est dímidiatus mórtuos. 155

---

152. *Charisius inst. I p. 145 K.:* 'te' ablatiuus 'clam te est'. atquin Plautus in Menaechmis 'clam uxorem est': nisi forte clam et accusativo et ablatiuo possit aptari 155. *Gellius N. A. III 14, 16:* Varro . . . disseritque ac diuidit subtilissime, quid 'dimidium' 'dimidiato' intersit . . . . propterea Plautus quoque in Bacchidibus 'dimidium auri' dicit non 'dimidiatum 'aurum' . . . . in Menaechmis autem 'dimidiatum' diem non 'dimidium' in hoc uersu 'dies . . . mortuust'

---

149. *Spat. D* Ec quid *B.* Etqd *C.* et qid̃ *D* iſtic *F* PE. *om. BZ* atqui *BCD* hilariſſime *BCDZ* 150. ME. *om. Z* Perge, perge *Schwabius Ann. phil. CV p. 407.* Perge *libri* (*) 151. Litigium *BbDcZ.* Litidium *CDaF.* Litutium *Ba* tibi eſt *libri* uxore: eo *R et Brixius in progr. a. 1847 p. 3 (praeeunte* uxore: hoc *Acidalio).* uxore oh *C.* uxore M o *B.* uxore ♯oh *D.* uxore ME. hoc *FZ* mihi *libri* 152 *sq. Sic constituit* ☒ *cum lacuna ad hoc exemplum explenda:* Clam uxoremst⟨, ubi bene erit nobis, oblatratricem meam⟩ Vbi, *ubi* clam uxorem eſt *testatur Charisius: libri habent:* Clam uxorem ubi ſepulchrum habeamuſ atque hunc comburamuſ diem, *nisi quod* habemuſ *F,* combura · · uſ *c. ras. Ba.* conburamuſ *Bb.* c̃burnauſ *Da (corr. Dc).* c̃ burnauſ *C* (*) 154. equum *BaZ.* ęquum *Bb CD* eraſ *Z* incendo rogũ *add. Bb* 155. ME. *praemittunt FZ* iam ad umbilicum *FZ, Gellius (sed* in ad *Gellii P ante corr. itemque R ex* iad *corr.).* iã ad um bilicum *Bb.* iã dumbilicum *CD.* ia · dum bilicum *c. ras. Ba* dimidiatuſ mortuuſ eſt *Gellius* (mortuuſt *Carrio).* eſt dimidiatuſ (dimi di atuſ *Db*) mortuuſ *libri* (*)

MENAECHMVS

Té morare míhi quom obloquere.

PENICVLVS

Óculum ecfodito pér solum
Míhi, Menaechme, si úllum uerbum fáxo, nisi quod iússeris.

MENAECHMVS

Cóncede huc a fóribus.

PENICVLVS

Fiat.

MENAECHMVS

Étiam concede húc.

PENICVLVS

Licet.

MENAECHMVS

Étiam nunc concéde audacter áb leoninó cauo.

PENICVLVS

Eú: edepol ne tu, út ego opinor, ésses agitatór probus. 160

MENAECHMVS

Quídum?

PENICVLVS

Ne te uxór sequatur, réspectas idéntidem.

MENAECHMVS

Séd quid ais?

---

156. *Personas om. B* Te morare *CD.* Nemorare *B, sed* N *e corr. Bb.* Remorare *FZ* quom *FZ.* quam *CD.* quin *B, in e corr. Bb* obloquere PE. oculum *F et, nisi quod* occulum, *Z.* obloquere oculum *CD.* obloquere. occulum *B* ecfodito *CD.* effodito *BbFZ.* hec fodito *Ba* perſolum *libri: sed* ꝑſolũ· *add. Bb* (*) 157. Mihi *BbCDFZ.* Mi *Ba* mẹnẹchine *C.* menechmẹ *D* iuſerif *Ba: corr. Bb* 158. fiat etiam M concede huc licet *B: in CD spatium est post* fiat 159. *Sic libri cum A, nisi quod* ALEONINO *A.* ab leomino *Z* (*) 160. EUEDEPOLNETU — — *A* Eu *BCD.* Heu *FZ ultimam litteram in* eſſef *e corr. Bb* 161. ME. *om. B* QUIDUM#NETEUX— — —— *A* Quidum ne *B* ſequatuf *C* 162. SEDQUIDAISEGON- — — —— — *A* quid *ex* quif *Bb* ais *Pylades cum A.*

PENICVLVS

Egone? íd enim quod tu uís, id aio atque íd nego.

MENAECHMVS

Écquid tu de odóre possis, sí quid forte olféceris,
Fácere coiectúram, quoi sit *?

PENICVLVS

* * *

Cíeo res nasum * * * * cáptum sit collégium. 165

MENAECHMVS

Agedum, odorare hánc quam ego habeo pállam: quid olet?
ápstines?

PENICVLVS

Súmmum oportet ólfactare uéstimentum múliebre:
Nam éx istoc locó spurcatur násum odore inlútili.

---

168. *Nonius p. 394, 16 M.:* spurcum etiam fetidum. Plautus Menaechmis 'nec isto . . . . inlutibili': *cf. Reblinius p. 119, Caesar p. 38. 56. 71*

---

agiſ *BCDFZ* Ego ne *BC* quid *Z* aio *B ex ras. Z.* ato *B ante ras.* dato *CDF* nego *BbZ.* nega *BaCDF* 163. ECQUIDTUDEODOR———— *A* Ecquid *F.* Hec quid *CD.* Haec quid *B.* En ecquid *Z* deo dore *B* ſiquid *B* forte *ex* fecte *Da* 164 *sq. Sic versus constituit* ☙ *ad hoc exemplum explendos:*

Facere coiecturam, quoi sit ⟨demptum (*vel* aptum)?
PENICVLVS
Ex latebris aeque ego⟩

Cieo res nasum ⟨si scit⟩ (*vel* nasum ciens) q⟨uasi⟩ c. s. c., *quos libri praeter A in unum exhibent contractos:*

Facere coniecturam captum ſit collegium,

nisi quod coniecturū *CD, spatium post* ſit *C,* colegium *B ante corr. In A vero haec apparuerunt:*

FACERECOIECTURAMCUIṢI (*vix* CVM) ——————
CITO—S—ASUM— Q————————,

ubi re(s)n(asum)siscit(q—) *spatia accurate explent* (*) 166. ME. *om. B* AGEDUMODORAREKANÇQUAMEGOKABEOPA———— *et in versu sequenti dubiam* N *litteram vocis* abstines *A* hanc . . . . olfactare *om. Da, add. Db in marg. (suo loco* d *adscripto): unde factum, ut* PE. Agedum odorare *verba in FZ collocata sint inter* olfactare *et* oportet palam *C* quod *Ba* apſtineſ *BaC.* abſtines *reliqui* 167. SUMMUM —————— *A* oportet olfactare *Guietus:* olfactare (olfaetare *C*) oportet *libri* (*) 168. NAMEXISTOCLOCO——GA———— *A* Nam ex *CDF cum A.* Nam *B.* Nec ex *Z.* Nec *Nonius* ifto *Nonius.*

MENAECHMVS

Ólfacta igitur híuc, Penicule: ut lépide fastidís.

PENICVLVS

Decet.

MENAECHMVS

Quíd igitur? quid olét? responde.

PENICVLVS

Fúrtum, scortum, prándium. 170

MENAECHMVS

Tíbi fuat . . nqu * * * * *
Élocutu's: nam * * * * *
Núnc ad amicam déferetur hánc meretricem Erótium.
Míhi, tibi atque illí iubebo iam ádparari prándium.

---

hoc *F* ifto cloco *CDa: corr. Dc* loco ſpurcatur *ex* locoſ purcatur *Bb, ubi ex A si recte* —GA *notatur, spatium docet* LOCOPURGATUR *vel tale quid exstitisse* naſum odore *BbZ, Nonius.* naſum modori *BaC.* naſũmodori *D, ubi insolentiorem* n *litterae formam* n *suprascripto expunxit et* m *lineola separavit Dc.* a ſummo odore *F* inlutili *R.* inlutibili *Nonius ex eoque Z.* inlucido *BCD.* in lutido *F* (*) 169. DIFACTAIGITURKINCPEN———— *A* Olfacta *Dc in marg.* (O *abscissa*) *F, codd. Pyladis, Saracenus.* Di facta *B.* Difacta *CD cum A.* Dii facta *Z* ut lepide *R.* lepide ut *libri* PE. *Saracenus. om. libri sine spatio* (*) 170. ME. *Scutarius. om. libri* QUIDIGITURQUIDOLETRE———— *A* Quĩ igitur *Z* quod olet *CDFZ* 171 *sq. Duobus versibus auctior A est, quorum initia quae sola nunc exstant, sic descripsit Loewius:*

TENFUAT——NQU————————————
ELOCUTUSNAM——U————————————

initio tamen TIBIFUAT *(ut interpretari posse Ritschelius visus erat) non prorsus excludens: quae ad hoc exemplum explet* ⊠ *(quadrante* co *et* ego*):*

ME. Tibi fuat ⟨co⟩nqu⟨isite exstructum epulum: ut paucis rem meram⟩
Elocutu's: nam ⟨ego⟩ u⟨xori pallam hanc surrupui modo.⟩

(*) 173. ME. *praem. B* NUNCADAMICAMDEFER————EROTIUM *A* defertur *Z* ro etium *D* 174 *sq. Haec apparuerunt in A:*

MIKITIBIATQ·ILLIIUBEBOI————————NDIUMEU
INDEUSQ·ADDIURNAMSTELLAMCRASTINAMPOTERIMUSEU,

ubi eu *Peniculo tribuendum utroque versu omiserunt ceteri, praeterea v.* 174 PEN. *praemittit F* iubeo *BZ* apparari *FZ, v.* 175 MEN. *praemittit F* ad diurnam *DcFZ cum A.* ad diurnum *CDa.*

PENICVLVS

Eu!

MENAECHMVS

Índe usque ad diúrnam stellam crástinam potérimus—. 175

PENICVLVS

Eu!

Éxpedite fábulatu's. iám foris ferió?

MENAECHMVS

Feri.

Vél mane etiam.

PENICVLVS

Mílle passum cómmoratu's cántharum.

MENAECHMVS

Plácide pulta.

PENICVLVS

Métuis credo, né fores Samiaé sient,

F * * * * * * * *

MENAECHMVS

Máne mane, obsecro hércle: eapse eccam éxit: ah, solém uide, 180
Sátin ut occaecátust prae huius córporis candóribus?

---

d. adiurnvm *B* poterimus—. ☙ *cum A.* potabimuſ *BCDFZ* (*) 176. *Sic libri cum A, nisi quod* fabulatuſ *(corr. Lambinus)*, FERIOFORIS *A.* foreſ ferio *reliqui* (*) 177. ——COMMORATUSCANTKARŪ *A Peniculi pers. add. Acidalius: om. libri cum A, ut vid. ex spatio* millę *D* paſſuſ *F* commoratuſ *libri: corr. Pistoris* 178. ME *B, Acidalius. om. FZ* pulta. P metuiſ credo *B (sed* met *Bb e corr.) F, Pylades* (metuiſ *afferens e codd. ant.*). pultā & uiſ (inſ *D*) credo *CD.* pulta. PE. credo *Z* ſcient *BaCD* P——SAMIAESIENT *A, in quo versus sequebatur a ceteris omissus, quem ad hoc exemplum explet* ☙ *(vel* F *dubia):*

F⟨rangi quae tam facile possint, quam in me uas Samium solet⟩.

180. ——PA——SOLEMUIDES *A, ubi ex certis quae videntur* PA *litteris et ex spatiis concludas tale quid exstitisse:*

⟨Mane, mane obsecro, heus:⟩ pa⟨tent ipsae aedes. ah⟩solem uides eapse *Acidalius.* ab ſe *libri* eccam *Bothius.* ecca *libri* exit oh *Acidalius* (ah *Bothius*). exitoh *CD.* exit. PE. oh (o *Z*) *BFZ* uide *Acidalius.* uideſ *libri cum A* (*) 181. MEN. *praemittit F* ——ORISCANDORIBUS *A* Santin *B.* Statin *F.* Statim *Z* occaecatust *Pylades.* occecatuſ *libri* pre *BaC.* prę *Bb.* p̄ *D. om. A, ut vid. ex spat.* candoribuſ erotium peniculuſ *CD itemque B ante ras.* (*)

EROTIVM. PENICVLVS. MENAECHMVS I

EROTIVM

Anime mei, Menaéchme, salue.

PENICVLVS

Quíd ego?

EROTIVM

Extra numerum és mihi. 182

PENICVLVS

Ídem istuc aliis ádscriptiuis fíeri ad legioném solet. 184

MENAECHMVS

(Égo istic mihi hodie ádparari iússi apud te proélium. 185

EROTIVM

Hódie id fiet.

---

184. *Varro de l. l. VII 56:* in Menaechmis 'idem .... solet' ascriptiui dicti, quod olim ascribebantur inermes armatis militibus qui succederent, si quis eorum deperisset: *cf. Muretus Var. Lect. VI 4*

Act. I Sc. 3 EROCIUM MVLIER · PENICVLVS PARASIT'. MENECHM' · ADOL *B itemque* (*sed* EROTIVM) *rubricator in D deletis* erotiũ mulier peniculuſ pa menechm' ado, *quae scripserat Db, ut vid.* Erotium mulier meretrix. Menechinuſ adoleſcenſ. Peniculuſ paraſituſ *F*. *unius versus sp. ACDa* 182. ——— LUE#QUIDEGO#EXTRANUME ‖ RUMESMIKI *A (ubi* animemimenaechmesa *spatium explet)* Mei *B* (Mi *m. Camer.*). mei *CDFZ* menechme *D*. menaech me, h *ex* b, *C* ſalue · qd ego extra *B (sed* ego *Bb*, r *erasa).* ſalue quid ego (ergo *FZ*) extra *CDFZ (pers. rest. Camerarius)* (*) 184. ——— IUISFIERIADLEGIONEMSOLET *A (ubi* idemistucaliissadscript *spatium explet)* P *B*. MEN. *FZ* aſcriptiuſ *Da*. aſcriptiuiſ *DbFZ, Varro* fieri ad legionem *Varro* (in *pro* ad *ed. princ., non cod. F*) *cum A*. ad legionem fieri *BCDFZ* *Versus 185—188 alienos hinc esse intellexit Langenus Stud. Pl. p. 298 sq. duce Sonnenburgio* (*)

185. ME *B, Saracenus. om. FZ* ——— IUSSIAPUDTEPPROELIUM *A* istuc *Z* adparari, ri *ex corr., B*. apparari *FZ* proelium *Z*. plium *D*. prelium *Bb*. prelium *BaCF* 186. ——— ABIMUS *A (ubi* hodieidfiet#ineouterq.proeliopot *quadrat)* ER. Hodie id fiet. ME. In eo *Gruterus*. Hodie id fletineo *BC, sed erasa ante* Hodie *nota* ME *B*. Hodie id fleti nec *DF*. Hodie id feci. neque *Z* proilio *B*. pro ilio *CDaF*. pro illo *DcZ (corr. Scaliger)* (*)

MENAECHMVS

Ín eo uterque proélio potábimus.
Vter ibi meliór bellator érit inuentus cántharo,
Tuaé legioni adiúdicato, cúm eo ut hanc noctém sies.)
Vt ego uxorem, méa uoluptas, úbi te aspicio, odí male.

PENICVLVS

Ínterim nequís quin eius áliquid indutús sies. 190

EROTIVM

Quíd hoc est?

MENAECHMVS

Induuiaé tuae atque uxóris exuuiaé, rosa.

EROTIVM

Súperas facile, ut súperior sis míhi quam quisquam qui ímpetrant.

PENICVLVS

Méretrix tantispér blanditur, dúm illud quod rapiát uidet: 193

---

187. ——————ITINUENTUSCANTKARO *A (ubi* uteribimeliorbellatorer *quadrat)* Vter, r *ex* l, *D a (suprascr.* r *D c)* Vter° ibi erit melior *B, ubi* Vtrobi *corr. B b,* erit *del. B a* bellatorérit *C* 188. —— ——ROKANCNOCTEMSIES *A* Tuae legioni adiudicato, cum eo ut ☠. Tueſt legio (Tueſt legio *B b.* Tu eſ legio. *F Z*) adiudicato cum utro *libri* (utro *cum A, ut vid., in quo spatium ceteroqui corruptam librorum scripturam vix totam capiat)* ſcieſ *B ante ras. C D a:* c *exp. D c: ceterum in D aliquid ad hunc v. er. est in marg.,* ⁎S *ut vid.* (*) 189. ——————ODIMALE *A quadrante spatio* (aspicio) uxore *C D a* meã *B* uolupta ſubite *B a C D a: corr. B b D c* aſpi·cio *C, erasa* t *ut vid.* 190. PE. *Vssingius.* ER. *F Z. om. B* ——————NDUTUSSIES *A quadrante spatio* eiuſ·ali (ſ *er.*) quid *B.* eiuſ ſaliquid *C* intuta *B a.* induta *B b* sies *Pylades, A.* ſiſ *libri* 191. ERO *praem. B, om. ceteri, restituit Vssingius* QU——————Q·UXORISEXUUIAEROSA *A* h̄ ē *D a.* h̄ ē *D b.* hē *D c* M *B. om. reliqui sine spatio, fortasse cum A* uxori ſexu uiae roſa *B a.* uxori ſexu uia (ſexuuia *D a,* ſ *separ. D c*) eroſa *C D* 192. ER *B, Pylades. om. F Z* SUPER——————QUAMQUISQUAM ‖ QUI—— *A quadrante spatio* quisque *Z* impetrat *F Z* (*) 193. MERETRIXTANTISPERBLANDITURDUMILLUDQUODRAPI ‖ *A, ut* ATUIDET (*vix* IATUIDET) *extiterit in versu sequenti, ubi iam nihil apparet* Meretrix *C* tantiſ ꝑblanditur *B C* (ſ ꝑ *lineola iunxit B b*)

Nám si amabas, iám oportebat násum abreptum mórdicus. 195

MENAECHMVS

Sústine hoc, Penícule: exuuias fácere quas uouí uolo.

PENICVLVS

Cédo. sed opsecro hércle, salta síc cum palla póstea.

MENAECHMVS

Égo saltabo? sánus hercle nón es.

PENICVLVS

Egone an tú magis?
Sí non saltas, éxue igitur.

MENAECHMVS

Nímio ego hanc perículo
Súrrupui hodie.

PENICVLVS

Meó quidem animo ab Híppolyta subcíngulum 200
Hércules haud aéque magno umquam ábstulit perículo.

---

195. *Nonius p. 138, 21 M.:* mordicus . . . Plautus Menaechmis 'iamdudum oportuit . . . . mordicus' 201. *Festus p. 302, 4 M.:*

---

620. ME *praem. FZ* Numquiſ, iſ *in lit. Bb* deliquid *Ba CD* ⊢aut *Bb* seruei *Gruterus.* ſeru& *BaCD.* ſeru& *Bb.* ſeruae *Z.* ſerue *F* 621. Responsant? eloquere *Camerarius.* Reſponſ ante loquere *CD* (r *inter* ante loquere *suprascr. Db itemque* r *adscr. in marg. v. 629*). Reſpondę f antę i loquere *Bb.* Reſponſa aut loquere *FZ* impune *FZ* (*) *In marg. huius v.* ħ ȯ *adscr. Da huc referens quos in ima marg. suppl. v. 622 sq.* 622. ME *B.* PE. *Z. om. F* admodum eſt *vel* ẽ *BaCDFZ.* admodum eſ *Bb, Pylades* *Sic distinxit* ☙ (*vulgo* est: non... placet.) non *BCD.* ME. *FZ* MV. *F.* VX. *Z. om. B* (*) 623. ME *om. B* Certe *BCDF.* Cęterum *Z* familiarium *BaC F.* famuliariũ *D ante ras.* familiarum *BbZ* aliquoii *Muellerus Pros. p. 556.* aliquoi *CD* (i *extrema a Dc superlita, non suppleta, ut vid.*). aliquo *B.* alicui *FZ* irata eſ *libri* (*) 624. mihi eſ *libri* irataſ altem *C* 625. *Hunc v. om. Z* em *BCDa* hem *DcF* rusum *R.* rurum *BaCDa.* rurſum *BbDbF* nunc] non *F* 626. ME. *FZ. om. B* eſt *vel* ẽ *libri* *Cf. ad v. 608 sq.*

PENICVLVS

Béllus blanditúr tibi.)

MENAECHMVS

Pótin ut mihi moléstus ne sis? núm te appello?

MATRONA

Aufér manum.

PENICVLVS

Síc datur. properáto apsente mé comesse prándium:
Póst ante aedis cúm corona mé derideto ébrius.

MENAECHMVS

Néque edepol ego prándi neque hodie húc intro tetulí pedem. 630

PENICVLVS

Tún negas?

MENAECHMVS

Nego hércle uero.

PENICVLVS

Níhil hoc homine audácius.
Nón ego te modo híc ante aedis cúm corona flórea
Vídi astare, quóm negabas míhi esse sanum sínciput,
Ét negabas mé nouisse, péregrinum aibas ésse te?

MENAECHMVS

Quín ut dudum déuorti abs te, rédeo nunc demúm domum. 635

---

627. Potim ut moleſtus *Z* ne] non *C* num *BCD*. non *Z*. PE. non *F* MV *B*. PE. *Z*. *om*. *F* (*) 628. PE *B*. *om*. *FZ* datur *BCD*, *codd*. *Pii*. dat *FZ* apſente *C*. abſente *BD ex ras*. *FZ*. abſentē *D ante ras*. comeſ ſe *CDa* (*copul*. *Dc*). commeſſe *F*

629. *Cf*. *ad v*. *621* aedif *omnes* (*item v*. *632*) corona me derideto *Camerarius cum Bb*. coronam deri deto *Ba*. coronā ederi deto *CD* (ri *separ*. *Dbc*). corona hercle rideto *F*. corona hedere *Z* ebrius] huc intro tetuliſti pedem *Z* (*quae proximo v*. *redeunt*) 630. aedepol *F* te tuli *BaC*. de tuli *Bb*. retuli *F* 631. Tunc *D ante ras*. ercle *D* h̄ *DZ*. *om*. *F* omine *Da* (*corr*. *Db*) audatiuſ *BCD* (*) 632. flora *BaD et* (*ex* flore) *C* 633. adſtare *F* quom *F*. qum *BCD*. cum *Z* (*) 634. perigrinum *Z* aibas *Bothius*. aiebaſ *BD ex ras*. *FZ*. alebaſ *BD ante ras*. *C* te *om*. *Z* 635. diuorti *BC*. diuerti *Z* adſte *CDa*: *corr*. *Db*

PENICVLVS

Nóui ego te. non míhi censebas ésse, qui te ulcíscerer:
Ómnia hercle uxóri dixi.

MENAECHMVS

Quíd dixisti?

PENICVLVS

Néscio.

Eámpse sis roga.

MENAECHMVS

Quíd hoc est, uxor? quídnam hic narrauít tibi?
Quíd id est? quid tacés? quin dicis quíd sit?

MATRONA

Quasi tu néscias.

Pálla mihist domó surrupta.

MENAECHMVS

Pálla surruptást mihi? 639b

(MATRONA

Mé rogas?

MENAECHMVS

Pol haúd rogem te, sí sciam.

PENICVLVS

O hominém malum: 640
Vt dissimulat. nón potes celáre: rem nouít probe:
Ómnia hercle ego édictaui.

MENAECHMVS

Quíd id est?

MATRONA

Quando níl pudet

---

636. ulcifcerer *BbDbZ*. uolcifcerer *BaCDa*. ulcifcier *F* (*) 637. ercle *D* 638. Eampse sis ✠ '*philol. Rundsch.*' *a. 1882 p. 724*. Eam pfuf ei *C*. Eampfuf ei *Da* (ipfuf *Db*). Eam pluf *Ba*. Eam ipfuf *BbFZ* quid nam *B* (*) 639b. *Cf. v. 645* mihi eft *BC*. m̄ ē *D*. eft mihi *FZ* furrepta *BCD*. fubrupta *F*. fubrepta *Z* pala *Da* furrepta eft *BCD*. fubrupta eft *F*. fubrepta eft *Z* mihi '*quidam*' *apud Lambinum improbante ipso*. tibi *libri* (*) 640. *Cf. ad v. 608* negaf *F* PE. o *FZ*. MV o *B*. ho *CD* 641. poteft *B*. poteft *F* nouit *Acidalius*. noui *libri* (*) 642. PE *praem. B* ercle *D* nihil *libri*

Néque uis tua uolúntate ipse prófiteri, audi átque ades.
Ét quid tristis sim ét quid hic mihi díxerit, faxó scias.
Pálla mihist domó surrupta.

MÈNAECHMVS

Pálla surruptást mihi?) 645

PENICVLVS

Víden ut te sceléstus captat? huíc surruptast, nón tibi:
Nám profecto tíbi surrupta si ésset, salua núnc foret.

MENAECHMVS

Níl mihi tecumst. séd tu quid ais?

MATRONA

Pálla, inquam, periít domo.

MENAECHMVS

Quís eam surrupuít?

MATRONA

Pol istuc ílle scit qui illam ápstulit.

MENAECHMVS

Quís is homost?

MATRONA

Menaéchmus quidam.

MENAECHMVS

Édepol factum néquiter. 650

Quís is Menaechmust?

MATRONA

Tú istic, inquam.

---

643. porfiteri *C* audi atq' *BbFZ.* audiat quid *Ba.* audiat qui *D.* audeat qui *C* adeſt *Ba* (*) 644. tristis sim *R cum Lambino praeeunte* sim tristis *Pylade.* triſtiſ *libri* (*) 645. *Cf. v. 639b: utroque loco scriptura eadem, nisi quod hic* ſurrupta *bis BCD* 646. Viden ut te *Lambinus.* Vident ut *BaCDa.* Viden ut *B ex ras. DcFZ* captat *Camerarius.* capiat *libri* ſurruptaſt *B.* ſurrupta ē *D.* ſurruptaē *C.* ſubrupta eſt *FZ* (¹) 647. ſubrupta *FZ* nunc *Camerarius.* non *libri* 648. Nihil *libri* eſt *vel* ē *libri* ſ' *ex* ot (ottu), *ut vid., Da* (ſed *suprascr. Dc*) tu quid *BCDF.* quid tu *Z* inquit *Z.* inquam *etiam Pyladis codd.* 649. ſubripuit *FZ* apſtulit *C.* abſtulit *reliqui* 650. is *Brixius.* hic *libri* eſt (ē) *libri* menechmi *BD* (*) 651. Qui ſiſ *BaDa* menaecmi *B.* menechmuſ *D* eſt *vel* ÷ *libri* (*corr. Guietus, Bentleius*)

MENAECHMVS

Égone?

MATRONA

Tu.

MENAECHMVS

·Quis árguit?

MATRONA

Égomet.

PENICVLVS

Et ego: atque huíc amicae détulisti Erótio.

MENAECHMVS

Égon dedi?

MATRONA

Tu, tú istic, inquam.

PENICVLVS

Vín adferri nóctuam,
Quaé 'tu tu' usque dícat tibi? nam nós iam defessí sumus.

MENAECHMVS

Pér Iouem deosque ómnis adiuro, úxor, — satin hoc ést tibi? — 655
Nón dedisse —

PENICVLVS

Immo hércle uero, nós non falsum dícere.

MENAECHMVS

Séd ego illam non cóndonaui, séd sic utundám dedi.

MATRONA

Équidem ecastor tuám nec chlamydem dó foras nec pállium

Ego ne *B* (*) 652. amica edetulifti *BaDa* 653. dedi. MV tutu iftic *B*, *sed* tutu i *e corr. Bb*. dedi. PE. tu tu iftic *FZ et sine* PE. *Dc*. dedit utuiftic *Da*. dedit ut iftic *C* PE. uin ℳ. uin *libri* afferri *FZ* (*) 654. Que *BaCD* tu tu ufque dicat *FZ*, *item B*, *sed quartam quintamque litteram e corr. et* uf⌣que *lineola minio ducta*. tututuf quedicat *C*. tu (Quetu) tutuf quedicat *D* nof iam *F*: *atque ita Lipsius Ant. lect. II 14*. nof iam nof *BCD*. uof iam nof *Z* (*) 655. omnif *CDZ*. omnif *B* ftatin *Da* (*corr. Dc*) 656. dedisse — (*scil.* '*dono illam, sed commodasse*') ℳ. *vulgo* dedisse. PE. immo *Z*. MV immo *BF*. tibi immo *D* ercle *D*. herde *C* 657. f *ex* fi *Dc* fic utendam *BbZ*. ficut endã *BaDa* (*copul. Dc*). fic eãndam *C*, *ubi* fic *valet* ficut, am *ex* em *correctum est* 658. etaftor *C*. & caftor *D* clamidem *BCD* do foraf *B*. deforaf *CDa*. dẽ foraf *Dc*. deferaf *FZ*

Quoíquam utundum. múlierem aequomst uéstimentum mú-
liebre
Dáre foras, uirúm uirile. quín refers pallám domum? 660

MENAECHMVS

Égo faxo referétur.

MATRONA

Ex re túa, ut opinor, féceris:
Nám domum necúmquam intro ibis, nísi feres pallám
simul.
Éo domum.

PENICVLVS

Quid míhi futurumst, quí tibi hanc operám dedi?

MATRONA

Ópera reddetúr, quando quid tíbi erit surruptúm domo.

PENICVLVS

Íd quidem edepol númquam erit: nam níhil est, quod per-
dám, domi. 665
Quá uirum qua uxórem di uos pérdant. properabo ád forum:
Nam éx hac familiá me plane éxcidisse intéllego.

MENAECHMVS

Mále mihi uxor sé fecisse cénset, quom exclusít foras:
Quási non habeam, quo íntromittar, álium meliorém locum.
Sí tibi displiceó, patiundum: at plácuero huic Erótio, 670

---

659. Cuiquam utendum *libri* ęquum eſt ueſtimentum *FZ*. aequo meſ tueſ timentum *BaDa* (*corr. Db et c*). aequom eſt ueſ timentũ *Bb*. aequo meſtueſ timentũ *C* 660. quiⁿ *Da* deferſ *F* 662. necumquam *Bergkius Opusc. I p. 678.* numquam *libri* introibiſ *BC D* femul *F* (*) 663. Eo domum. PE. quid *Bothius, Bentleius.* ME Ego domum? PE quid *BFZ et sine pers. notis CD* eſt (ĕ) *libri* (*) 664. ME *praem. B* Operam *BaCD* (m *exp. Bb*) ſubruptum *FZ* (*) 666. Qua uirum qua uxorem *Fleckeisenus.* Cum uiro cum uxore *libri* di uoſ *BbDc.* diuoſ *BaCDa.* ME. dii uoſ *FZ* (*) 667. familiam eplane *C.* familiã eplane *Da* (*corr. Dc*). familia me ſane *F* intelligo *DFZ* (*) 668. ME *B. om. FZ* se *Pylades.* ſeſe *libri* quom *FZ* quam *D* (ᵛ *Db*). qum *C.* cum *B* excluſit *BCDF.* excludit *Z* (*) 669. intromittar *ras. ex* intromittatur *C.* intromittam *F* 670. patiundum *libri* at placuero *FZ.* atplacuero *BbCDc.* adplacuero *BaDa* (*)

Quaé me non exclúdet ab se, séd apud se occludét domi.
Núnc ibo: orabo út mihi pallam réddat, quam dudúm dedi.
Áliam illi redimám meliorem. heus, écquis hic est iánitor?
Áperite atque Erótium aliquis éuocate ante óstium.

EROTIVM. MENAECHMVS I

EROTIVM

Quís hic me quaerit?

MENAECHMVS

Síbi inimicus mágis quist quam aetatí tuae. 675

EROTIVM

Meí Menaechme, cúr ante aedis ástas? sequere intró.

MENAECHMVS

Mane.
Scín quid est, quod ego ád te uenio?

EROTIVM

Scío: ut tibi ex me sít uolup.

MENAECHMVS

mmo edepol pallam íllam, amabo té, quam tibi dudúm dedi,
Míhi eam redde: uxór resciuit rem ómnem, ut factumst,
órdine.

---

671. Que *B, sed* ę *minio* Queme *D* non non *F* abſte *Ba* f· aput *pro* ſed apud *D* occludit *B et ante corr. C* 672. reddo dquã *Ba*. reddo at adquam *Bb* 673. heuſ *F, Camerarius.* eiuſ *BCD. m. Z* ecquiſ *BbFZ.* & quiſ *CD.* hec quiſ *Ba* 674. erotium, e *x corr. Bb* aliqui *B* hoſtium *BDFZ* Erotiũ menaechm *in fine . erasa B*

Act. IV Sc. 3 EROCIVM MERETRIX . MENECHM ADOL. *B.* EROCIVM. ME. menechm *Db* (*et rubr.*). *unius v. spat. CDa* Erotium lenęchinuſ *FZ* 675. E. *Db* querit *BaD* (ę *Bb*) ME *B. om. reliqui* inimiciaſ *D.* inimiciciaſ *F.* inimicitiaſ *Z* qist *B. om. libri* iae *FZ* (*) 676. ER. *Camerarius. om. libri* Mei *Ba.* Mi *BbC*)c. *om. DaFZ* curante ediſ *BDa* aſtaſ *BaDZ.* aſſtaſ *C.* adaſ *F.* haſ ſtaſ *Bb* M. *Db* 677. Sin *Ba: corr. Bb* E. *Db* uolup *Pylades.* uoluptaſ *libri* (*) 678. M. *Db* pallã illũ *C* 679. Mihi, h *ex corr. Bb* uxore r ſciuit *Da* (*copul. Dc*) eſt *libri* (*)

Égo tibi redimám bis tanto plúris pallam, quóm uoles. 680

EROTIVM

Tíbi dedi equidem illam, ád phrygionem ut férres, pauxilló prius,
Ét illud spinter, út ad aurificem férres, ut fierét nouom.

MENAECHMVS

Míhi tu ut dederis pállam et spinter? númquam factum réperies.
Nam égo quidem postquam íllam dudum tíbi dedi, atque abii ád forum:
Núnc redeo, nunc té postillac uídeo —

EROTIVM

Video, quám rem agis: 685
Quaé conmisi, ut mé defrudes, ád eam rem adfectás uiam.

MENAECHMVS

Néque edepol te défrudandi caúsa posco. quín tibi
Díco uxorem résciuisse.

683. *Priscianus inst. V 15 p. 151, 11 H.:* iter quoque uel itiner uetuste neutri sunt generis et spinter quod *ἀκροχέριον* aut fibulam in umeris aut armillam significat. Plautus in Menaechmis . . . (*cf. v. 527*) idem in eadem: 'mihi tu . . . . reperies'

680. tanta *Bb* quom *Brixius.* quam *libri* (*) 681. dedie quidem *C* phrigionem *CD* feref *F* pauxillo prius *Spengelius Philol. XXIII p. 561.* paulo priuf *FZ.* paulo uif *Ba* (uif *linea minio del. et* ante *suprascr. Bb*) *CD* (*) 682. fpinther *CDF: item v. 683* nouom *B.* nouum *reliqui* 683. Mihi tu ut *CDF.* Mihi ut tu *B.* Mihi tu *Z cum Prisciano* (*nisi quod* tu fi *R*, tum *AD*) pallam fpinter *Prisciani RAH* nunquã *C* reperief *Z cum Prisciano* (*nisi quod* repperief *RAH*). relecerif *Ba.* relegerif *CDF.* relecerif *Bb* (*) 684. abii, *ult. litt. e corr. Bb* 685. poftillac uideo. *R cum Bb* (*ubi* uideo — ℞). poft illac uideo *FZ.* doft illac uideo *CD.* doft illa cuideo *Ba* ERO *hoc loco BCDa* (*) 686. ERO *ab initio erasum B* Quae *Bothius.* Quia *libri* conmifi *C.* commifi *ceteri* defraudef *F.* defrudef *etiam Lambini codd.* adeam *BD* adfectaf *B.* affectaf *CD* 687. M. *Db* aedepol *C* defrudandi *ex* defrudanti *Da.* defraudandi *F* qui^{n} *Da* 688. resciuisse. ER. nec te *Pylades.* refciuif fenecte *Ba.* refciuiffe necte *Bb.* refciuiffe nec te *CDFZ*

EROTIVM

Néc te ultro oraui út dares:
Túte ultro ad me détulisti. dédisti eam donó mihi:
Eándem nunc repóscis. patiar: tíbi habe: abi, aufer: útere 690
Vél tu uel tua úxor, uel etiam ín loculos conpíngite.
Tu húc post hunc diém pedem intro nón feres, ne frústra sis:
[Quándo tu me béne merentem tíbi habes despicátui,
Nísi feres argéntum, frustra's: mé ductare nón potes.]
Áliam posthac ínuenito, quám habeas frustrátui. 695

MENAECHMVS

Nímis hercle iracúnde tandem. heús tu, tibi dicó, mane.
Rédi. etiamne astás? etiam audes meá reuorti grátia?
Ábiit intro, occlúsit aedis. núnc ego sum exclusíssumus:
Néque domi neque ápud amicam míhi iam quidquam créditur.
Íbo et consulam hánc rem amicos, quíd faciundum cénseant. 700

693. despicatui habentibus *hinc habere videtur Fronto p. 205, 17 N.*

---

dareſ *B.* dareſ oraui ut dareſ *C.* dareſ erotium *DFZ* 689. *Erotii pers.* (ERO *B.* E. *Db.* EROTIŪ [*in fine v.*] *C.* ER. *FZ*) *praemittunt libri: hic del. Pylades* (*) 690. tunc *Z* habe: abi *B.* habe *libri* (*) 691. loculos *Balbachius p. 27 sq.* oculoſ *libri* conpingite *B.* compingite *CD* 692. ferreſ *B.* fereſ, f *ex* q, *C* ne frustra sis *Pylades.* ne fruſtraſſiſ *CDcFZ.* ne fruſtraſ ſiſ *Da.* neferuſtaſiſ *Bb* (*) 693 *sq. Ex alia comoedia hos versus illatos esse Sonnenburgius vidit p. 24 sq.* deſpica tui *Da* (*copul. Dc*) 694. frustra's: me ductare *R.* frustra.'m eductare *B.* fruſtra me ductare *reliqui* poteſt *Bb* (*) 695. poſt hac *C.* poſtac *D* inuenito quam *BbDZ.* inuenit oquã *Ba.* inuento quam *F.* inuenito quam tu *C* fruſtra tui *Da* (*copul. Dc*) 696. M. *Db* hercle iracunde *Seyffertus Stud. Pl. p. 5 adn. 4.* iracunde (iraconde *Z*) hercle (ercle *D*) *libri* *post* tandem *distinxit Acidalius, ante quem* tandem heus *coniungebant* (*) 697. Rediet iam ne aſtaſ & iam *Ba* (Redi etiam *minio corr.*). Redi & iamne aſtaſ & iam *C et, nisi quod* neaſſtaſ, *D: quae recte distinxit Acidalius.* Redi. ER. etiamne aſtaſ. etiam *Z et, nisi quod* adſtaſ, *F* gra *B* (*) 698. Abiit *Bb.* Abi *CD.* ME. Abiit *FZ* occlusit aedis *Camerarius cum Bb* (oclusit ędiſ). octuſ .taediſ *c. ras. Ba.* octuſ iraediſ *C.* octuſ itaediſ *D ante ras.* ociuſ ita ediſ *D ex ras. FZ.* ociuſ in aediſ *'ant. exemplaria' Pii* excluſiſſimuſ *libri* 699. amicã *ex* amicũ *Da* domine que *Ba* quicquã *B.* quic quã *D* 700. faciendum *libri* cenſeãt *C*

ACTVS IV

MENAECHMVS II. MATRONA

MENAECHMVS

Nimis stúlte dudum féci, quom marsúppium
Messénioni cum árgento concrédidi.
Inmérsit aliquo sése credo in gáneum.

MATRONA

Prouísam, quam mox uír meus redeát domum:
Sed éccum uideo: sálua sum, pallám refert. 705

MENAECHMVS

Demíror ubi nunc ámbulet Messénio.

MATRONA

Adíbo atque hominem accípiam quibus dictís meret.

---

707. *Nonius p. 468, 14 M.:* meret pro meretur. Plautus in Menaechmis . . . . (*cf. v. 359*) idem in eadem: 'adibo . . . . meret': *cf. Reblinius p. 53, Caesar p. 39. 72*

Act. V Sc. 1 Cf. ad v. 559 Post Erotiũ Menechmuſ *erasa* MATRONA · MENECHM' ALTER . *B.* MCSOS Me *rubr. in D post erasa* Ero MeSoS, *quae scr. Db. unius v. spat. CDa.* Menęchinuſ Aduena. Mulier *FZ Ceterum in hac scaena et proxima personarum nomina, omissa in Da, pleraque addidit Db: de quo plerumque tacemus* (*) 701. MENAECH. *praem. C* Mulier *quod praescr. Db erasa* N *init. scr. rubr.* qum *B.* cum *reliqui* marſuppium *CD.* marſupium *BFZ* 702. credidi *F* 703. Inmerſit *BC.* immerſit *DFZ* 704. MA, *non* MV, *B constanter per hanc scaenam et proximam.* Muli (*dein* Mu) *Db* uer meuſ *C.* . . rameuſ *Ba.* uir meuſ *Bb* 705. Sed et cum *C* 706. MENECH. *C.* MEN. *D* demiro rubi ñc ambulat *C* (*) 707. dictiſ quibuſ *Nonius* meret *idem, codd. Pii.* aer& *BaCD.* ·m ·aer& *Bb.* hęret *Z.* heret *F*

Non té pudet prodíre in conspectúm meum,
Flagítium hominis, cum ístoc ornatú?

MENAECHMVS

Quid est?
Quae té res agitat, múlier?

MATRONA

Etiamne, ínpudens, 710
Muttíre uerbum unum aúdes aut mecúm loqui?

MENAECHMVS

Quid tándem admisi in me, út loqui non aúdeam?

MATRONA

Rogás me? o hominis ínpudentem audáciam.

MENAECHMVS

Non tú scis, mulier, Hécubam quaproptér canem
Graii ésse praedicábant?

MATRONA

Non equidém scio. 715

MENAECHMVS

Quia idém faciebat Hécuba, quod tu núnc facis.
Omnía mala ingerébat, quemquem aspéxerat:
Itaque ádeo iure coépta appellaríst Canes.

MATRONA

Non égo istaec tua flagítia possum pérpeti:

---

708. Mu. *praescr. Db* 709. *Cf. ad v. 489* iſto cor natu *Ba.* iſtoc or natu *Bb* MEN. *CD* 710. Quae te res *Brixius coll. Curc. 92.* Quę reſ te *BbFZ.* Queref te *BaCD* agit ad *Ba: corr. Bb* MEN *suprascr. CDa, sed in D ead. m., ut vid.,* EN̄ *er.* ut *corr.* etiam ne *BC* impudenſ *FZ* (*) 711. Mittire *CDa* (*corr. Db*). Mutire *FZ* uerbum unum *BCD.* unum uerbum *FZ* 712. MEN. *C suprascr. D* inme *B.* in te *FZ* 713. o *Pylades. om. libri* inpudentem audatiam *BCD* (*) 714. heccubam *DF.* hec cumbam *C* quam ꝓpter *Ba:* m *exp. Bb* 715. Grai ieſſe *BCDa* (*alt.* i *del. Dc*). Gręci eſſe *FZ* p̄dicabant *BC.* predicabant *D* 716. ME *om. B* Qui aidem *C* 717. quemquem *BC.* quem quo̊m *D* (°. *Dc*). quenque *FZ* (*)

718. co̊epta *Db* appellari c̄ *Bb.* appellare eſt *BaCD.* appellari *FZ* caneſ *BaCDa.* caniſ *BbDbFZ* 719. ME *Ba* (*erasum*) ego istaec tua *R, item Fleckeisenus.* ego iſtęc *FZ.* ego iſta hęc *Ba* (h *exp. Bb*). ego iſta hec *CD* (*)

Nam méd aetatem uíduam exigere máuelim 720
Quam istaéc flagitia túa pati, quae tú facis.

MENAECHMVS

Quid id ád me, tun te núptam possis pérpeti,
An sís abitura a tuó uiro? an mos híc itast,
Peregríno ut adueniénti narrent fábulas?

MATRONA

Quas fábulas? non, ínquam, patiar praéterhac, 725
Quin uídua uiuam, quám tuos mores pérferam.

MENAECHMVS

Meá quidem hercle caúsa uidua uíuito
Vel úsque dum regnum óptinebit Iúppiter.
* * * * * * * *

MATRONA

At míhi negabas dúdum surrupuísse te,
Nunc eándem ante oculos áttines * *
* * * * * * non té pudet? 730

720. Nam med aetatem uiduam *Gruterus*. Nam me da &atē uiduam *Ba* (me⌣d a&·ate *Bb*) nam meda &ate miuduam *C*. nāmeda & ate muiduā *Da*. nāmedā & atē muiduā *Db* (ē m *lincola copul. Dc*). nam me iam etatem uiduam *F*. nā me iā ętatē uiduā *Z* exigere mauelim ☙. effe mauelim *BbF*. effem auelim *BaC*. effē auelim *Da*. effē^m auelim *Db*. effe mane licet *Z* (*) 721. ifta hec *BaC* (h *exp. Bb*). ifta ēc *D* que *Ba*. quę *Bb* (*) 722. tun te *Bothius*. tute *BCD*. tu te *FZ* 723. habitura *D* adtuo *BaCD* (d *exp. Bb*) an mos hic ita est *Bothius* (*praeeunte* an mos est ita hic *Camerario cum Bb*). annof ita eft hoc *BaCD* (h *D*). an non. ita eft. hęc *FZ* 724. peregrino, gr *ex* ge, *Da* aduenient inarrent *Ba*. aduenienti narrent *Bb c. ras.* narrænt *D*. narrat *FZ* 725. ME *B. om. Db* ṗter hac *B*. pret̄ hac *CD* 726. (*) 727. MEN *C supra scr. D* me quidē *C* uidua uictita *FZ* 728. Velufq' *D* (*separ. Db*) optinebit *B*. obtinebit *CD*. optinet *F*. obtinet *Z* iupiter *FZ*

Post hunc versum et inter v. 730 *lacunas signavit* ☙ *ad hoc exemplum explendas* (*cf. v. 649—657*):

MA. Verbúm sat est. da pállam. ME. Quid dem quaé meast? *et mox* ⟨non uís tamen Fatéri quae ante fássus es?⟩ non t. p.? (*) 729. Mu *in spat. Db ante* Surupuif fete *erasum* Men *Db*. fubrupuiffe te *Z*. fubripuiffe *F* (*) 730. *V. supra* minc, c *ex* b, *ut vid., ras. D* eadem *BCD* non te *BCDF*. num te *Z*. nunc tandem *cod. Schobingeri*

MENAECHMVS

Heu hércle, mulier, múltum et audax ét mala's.
Tun tíbi hanc surruptam dícere audes, quám mihi
Dedit ália mulier, út concinnandám darem?

MATRONA

Ne istúc mecastor iám patrem accersám meum,
Atque eí narrabo túa flagitia quaé facis. 735
Ei, Décio, quaere meúm patrem, tecúm simul
Vt uéniat ad me cíto: ita rem esse dícito.
Iam ego áperiam istaec túa flagitia.

MENAECHMVS

Sánan es?
Quae méa flagitia?

MATRONA

Pállam atque aurum meúm domo
Suppílas: surrupís tuae uxori ét tuae 740
Degéris amicae. sátin haec recte fábulor?

MENAECHMVS

Quaeso hércle, mulier, sí scis, monstra quód bibam,
Tuám qui possim pérpeti petulántiam.
Quem tú hominem arbitrére arguere, néscio:
Ego té simitu nóui cum Portháone. 745

---

731. MENEC *C*. Mu *Db* ercle *D incohata* el *pro* er, *ut vid.* mal. ſ *Ba*. mala eſ *BbCDFZ* (*) 732. ſurreptam *BCD*. ſubreptam *FZ* (*) 733. concinnadã *Z* 734. me caſtor *BC* accerſam *omnes* (*) 735. einarrabo *Bb*. inarrabo *Ba*. e narrabo *C*. enarrabo *D FZ* que *BaD*. quę *Bb* 736. Ei *B*. ei *CD*. hei *FZ* decco *BCD* quaere *BbFZ*. quare *Ba* (*ras. supra* ar) *CD* (*) 737. me cito: ita ℭ. me ita *libri* itarem *Da: separ. Dc* (*) 738. iſtaec *Bb*. iſta hec *Ba*. iſtec *CD* MENEC. *C* ſananeſ *BC*. Saneſ? *D* 739. Que *BD* domo *quod in proximi versus initio habent libri huc traxit Pylades* (*) 740. (domo) Suppilas: surrupis ℭ. (Domo) ſuppilaſ *libri* tue *D* (*) 741. Dederiſ *ex* Degeriſ *Bb* amice *Ba* (ę *Bb*) ſatin *rasura ex* ſtatin *B* hec *BD* recte *rasura ex* recite *B* 742. MENEC. *C* Queſo *BD* ercle *D* (*) 744. arbitrere arguere ℭ. arbitrare *libri* (*pro prima* r *incohata* b, *ut vid., D*) MV. neſcio (ego te.) *FZ* (*) 745. simitu noui *Camerarius*. ſi me tu noui *B*. ſime ñtu noui *CD*. ME. ſciſ me. MV. non te noui *FZ* cum porthaone. ‖ MA Si me *B*. cumporthaone ſime *C*. cũ p̊ thaoneſ me *D*. ME. Cum pthaoneſ me *F*. cũ pthaoneſ me *Z* (*)

MATRONA

Si mé derides, át pol illum nón potes,
Patrém meum, qui huc áduenit. quin réspicis?
Nouístin tu illum?

MENAECHMVS

Nóui cum Calchá simul:
Eodém die illum uídi quo te ante húnc diem.

MATRONA

Negás nouisse? mé negas et meúm patrem? 750

MENAECHMVS

Idem hércle dicam, sí auom uis addúcere.

MATRONA

Ecástor pariter hóc atque alias rés soles.

---

748. *Priscianus inst. VI 53 p. 239, 10 H.:* in os autem terminantia faciunt genetiuum latinum, ut *Κάλχας Κάλχαντος*, hic Calchas Calchantis — quamuis hic Calchas huius Calchae antiqui declinabant. Plautus in Menaechmis 'nouistin . . . . . simul'. *Charisius inst. I p. 66, 22 K.:* inueniuntur tamen quaedam peregrina quae cum incremento syllabae declinantur, ut Calchas Pallas Atlas Gigas. faciunt enim Calchantis Pallantis Atlantis Gigantis. quamuis antiqui, ut Plautus et Pacuuius, Calcham dicant, non Calchantem (*ubi* Calcham ℜ *Proleg. Trin. p. XXXVII.* calchan *cod. Neap.*)

---

746. at pol illum *Z.* ad polillũ *BaDF.* ac polillũ *Bb.* apolillũ *C* 747. M *praem. Db,* Mv. *F* huc qui *FZ* qui^{n} refpicif *Db.* qui . nrefpicif (*erasa* i) *C.* quin refipifcif *B* 748. Nouiftin tu illum *BbDFZ.* Nouifti intu illum *Ba.* nonuiftintu illum *C.* nouiftin illum *Priscianus* (nouifti nullum *GLK*) calcha *Priscianus, Charisius.* chalca *Z.* calchante *C et ex* chante *D.* calcantef *Ba.* calcante *F et ex ras. B* femul *F* 749. illũ uidi *B.* uidi illum *reliqui* ante *suprascr. Da.* MA ante *B* 750. Mu (*ex* Me, *ut vid., ut v.* 748 Me *ex* Mu) *Db. hic om. B: cf. ad v. 749* et meum patrem ℜ (*simul* nouisse? me *pro* nouisse me? *distinguens*). patrem meum *libri* (*) 751. ercle *D* fi auõ *B, sed* uõ *in lit. Bb.* Siauum *C.* Si auũ *DF.* fanum *Z* 752. folef *C ex corr. et cum ras.* (*fuit* foli eft, *ut vid.*) *In fine versus* menaechmuf *erasum in B*

SENEX. MATRONA. MENAECHMVS II

SENEX

Vt aétas meást atque ut hóc usus fáctost,
Gradúm proferám, progredíri properábo.
Sed íd quam mihí facile sít, haud sum fálsus. 755
Nam pérnicitás deserít: consitús sum
Senéctute: onústum geró corpus: uíres
Relíquere. ut aétas mala érgo malást mers.
Nam rés plurumás pessumás, quom aduenít, fert.
Curás si autumem ómnis, nimís longus sérmost. 760
Sed haéc res mihi ín pectore ét corde cúraest:
Quídnam hoc sit negótí quod filiá 762

756—758. *Nonius p. 1, 7 M.:* nam aetatem malam senectutem teres dixerunt. Plautus Menaechmis: 'consitus .... mala est go'. *idem p. 192, 18 M.:* aetas feminini est generis. Plautus Me-echmis 'ut aetas .... mala est ergo'

Act. V Sc. 2 Post rasuram 7 litterarum mai. SENEX · ME-CHM' ADOL. *B.* SENeX menecḥm̃ *rubr. in D erasis* ſenex *ante et* menechm̃ *infra* m *quae scripserat Db. unius v. spat. C.* Senex. ilier. Menęchinuſ *FZ Versuum discriptionem accurate servavit B, si quod v. 774 superiori continuat (cf. ad v. 762)* 753. MES *erasum* Et ętaſ *D* (E *rubr.*). tętaſ *c. sp. init. C* mea eſ *C.* mea eſt *B Z.* meaẽ *D* hic *FZ* facto eſ *C.* facto eſt *BZ.* facto ẽ *D.* facto *F* (*) 754. progrediri *Bothius.* progredi *libri Verba* properabo .... fal-, *a principio omissa in pagina versa, in superiore marg. suppl. Da* 755. facile ſit mihi *libri: traiecit Bothius* (*) 756. conſituſ *Z n Nonio.* conſcituſ *BaCDF.* conſciuſ *Bb* 758. ut ętaſ, t ę *e corr.* mala ergo malast mers ℭ. mala eſt merſ mala eſt ergo *Nonius oque loco.* mala eſt (malaẽ *CD*) merx mala ergoſt *BCDF, sed* rx *ex* mer . . . *Bb.* mala ẽ morſ. mala ẽ ergo *Z* (*) 759. pluri-ſ peſſimaſ *B.* plurimaſ peſſumaſ *FZ* quom *BbF.* quam *Ba.* cum *Z* aduenit, e *e corr. Bb* fert *Ba.* affert *BbCZ.* adfert *DF* 760. Curas si ℭ. Quaſſi *B.* quaſſi *C.* quaſ ſi *DFZ* autumen *B* nimi iſ *Da.* nimi[s] iſ *Dc* ſermoſt *B.* ſermo eſt *reliqui* (*) l. hec *CDcF.* ec *Da.* eo *Z post* reſ *erasum* ẽ, *ut vid., C* corda *Da (corr. Dc)* cura eſt *Ba* curae eſt *Bb.* dura eſt *reliqui* (*) *sq. Sic constituit* ℭ (*v.* 763a *cum Bergkio), ubi B habet:*

Quid nam hoc ſit negotii quod filia ſic
Repente expetit me ut adſeſe irem.
Nec quid idſit mihi certiuſ facit
Quid uelit quid me accerſit.

Síc repente éxpetit mé ut ad sese eám
Néc, quid id sít, mihi cértius facít. 763
Quid uélit? quid med accérsit?
Verúm propemodúm iam sció, quid siét rei: 764
Credó cum uiró litigí natum esse áliquid. 765
Ita ístaec solént, quae uirós subseruíre
Sibí postulánt, dote frétae, feróces.
Et ílli quoque haúd abstinént saepe cúlpa.
Verúmst modus tamén, quoad pati úxorem opórtet.
Nec pól filia úmquam patrem áccersit ád se, 770
Nisi aút quid commíssi aut uití iurgist caúsa.
Sed íd quicquid ést, iam sciam. átque eccam eámpse
Ante aédis et éius uirúm uideo trístem.
Id ést, quod suspicábar.
Áppellabo hanc.

MATRONA

Íbo aduorsum. sálue multum, mí pater. 775

SENEX

Sálua sis. saluén aduenio? sáluen accersí iubes?

---

itemque reliqui, nisi quod negoti *CDc.* nogo.ti *Da.* negocii *FZ,* expedit *D ante corr.* (*) 764. ꝓpe modũ *BD, sed* ꝓbe *B ante corr.* ſciet rei *Z.* ſierrci *Da, ut vid.: corr. Db itemque suprascr. Dc* 765. litigi *et* aliquid *Spengelius 'Ref.' p. 243. 271. 274 adn.* litigium *et* aliquod *libri* (*) 766. ita iſtec *D.* Iſta iſtęc *Z.* ita haec iſtaec *C* que *BD* quaenir oſ, ir *ex* ol, *C* 767. dotae frete *B* docte *F* 768. quoque *BCDF, codd. Pyladis.* quo *Z.* quoi *codd. Pii* ſ pe *B CD* 769. eſt *BFZ.* ẽ *CD* tumen *C* quoad pati *Lambinus.* quo adpati *Ba.* quo id pati *BbFZ itemque ex corr. C.* quod pati *C ante corr. Da.* quot pati *Db* 770. necpol (n *ex* ie, *ut vid., corr.*) *C* unquã *CD* &acerſit *D, ubi & exp. Dbc* 771. aut qd *C.* aut qd *D.* aliquid *FZ* commiſſi *BbCDZ.* commiſi *BaF* aut uiti iurgist causa *B.* aut iurgii ẽ cauſa *Bb.* aut uigiſ ẽ cauſa *Ba.* aut uirgi ẽ cauſa *C.* adiurgii eſt cauſa *D* (ad *exp. Dc*) *F.* aduirgii ẽ cã *Z* (*) 772. id quicquid est *Bothius.* quicquid id eſt *libri* (idẽ *B*) eampſe *BaCDa.* eam ipſe *BbDbF.* eam : ipsam *Z* 773. uirum uideo tristem *Brixius.* triſtem uirum uideo *libri* (*) 774. idẽ quod *B haec prioribus adiungens* ſuſpicabor *C, ut vid., ante corr.* (*) 775. Mv. ibo *Gulielmus.* ibo *libri* aduorsum *Pylades.* uorſum *libri, post quam vocem* MA *B,* Mu. *DbFZ inserunt: del. Gulielmus* Salue. Sa *ex* Su *D* 776. ſaluen aduenio ſaluen *B.* ſaluen ad uetuo? Saluen *C.* ſaluen adtuo? Saluen *D.* ſed cur ab tuo ſeruo *FZ* inbet? *C* (*)

uíd tu tristis és? quid ille autem ábs te iratus déstitit?
éscioquid uos uélitati éstis inter uós duos.
ɔ́quere, uter meruístis culpam, paúcis: non longós logos.

MATRONA

úsquam equidem quicquám deliqui: hoc prímum te absoluó, pater. 780
érum uiuere híc non possum néque durare ulló modo:
roín tu me hinc abdúcas.

SENEX

Quid istuc aútemst?

MATRONA

Ludibrió, pater,
ábeor.

SENEX

Vnde?

MATRONA

Ab íllo, quoi me mándauisti, meó uiro.

SENEX

cce autem litígium. quotiens tándem ego edixí tibi,
t caueres, neúter ad me irétis cum querimónia? 785

MATRONA

uí ego istuc, mi páter, cauere póssum?

---

778. *Nonius p. 3, 5 M.:* uelitatio dicitur leuis contentio, [dicta] : congressione uelitum. Plautus Asinaria . . . idem Menaechmis 'ne-io quid . . . . duo'. *Festus Pauli p. 369, 7 M.:* uelitatio dicta t ultro citroque probrorum obiectatio ab exemplo uelitaris pugnae. autus 'nescio quid . . . . uos'. *Cf. Leidolphus p. 245, Reblinius 10. 53, Caesar p. 30. 39*

---

777. tu *om. F* eſ triſtis *Z* aut *D* (*) 778. Nelcio quid *nnes* uos *om. Paulus* uelitati *FZ cum Nonio Pauloque.* ueliati *a.* uelati *BbCD* duoſ *libri.* duo *Nonius. om. Paulus* (*) 779. ıpam *Da: corr. Dc* pauciſ *FZ.* pauci *BCDa.* pauca *Dc* logoſ *cZ.* λόγους logoſ *F.* locos *BCDa* 780. abſolue *B* 781. hic uiuere (*) 782. autem eſt *libri* 783. SE. *om. FZ* qui *Bb.* cui *reıui* 784. SE. *om. F* litigiõ *D* ego edixi *R.* edixi *libri* (*) 786. ego *om. C*

SENEX

Men intérrogas?

* * * * * * *

Nísi non uis. quotiéns monstraui tíbi, uiro ut morém geras?
Quíd ille faciat, né id obserues, quó eat, quid rerúm gerat.

MATRONA

Át enim ille hinc amát meretricem ex próxumo.

SENEX

Sané sapit: 790
Átque ob istanc indústriam etiam fáxo amabit ámplius.

MATRONA

Átque ibi potat.

SENEX

Tuá quidem ille caúsa potabít minus,
Sí illic, siue alibí lubebit? quae haéc, malum, inpudéntiast?
Vna opera prohibére, ad cenam né promittat, póstules,
Néue quemquam accípiat alienum ápud se. seruirín tibi 795
Póstulas uirós? curare una ópera pensum póstules,
Ínter ancillás sedere iúbeas, lanam cárere.

MATRONA

Nón equidem mihi te áduocatum, páter, adduxi, séd uiro:
Híne stas, illim caúsam dicis.

---

797. *Varro de lingua lat. VII 54:* in Menaechmis 'inter.... carere' .... carere a carendo, quod eam tum purgant ac deducunt, ut careat spurcitia — ex quo carminari dicitur tum lana —, cum ex ea carunt [*sic Neukirchius.* carent *F*] quod in ea haeret neque est lana.

---

meninterrogaſ *D* (*separ. Dc*). me interrogaſ *FZ* (*) 787. *Excidisse talem fere versiculum sensit R:*

Pól si sapias, sátis tu pro te, quíd opus sit factó, scias:

788. (*) 789. fatiat *B.* faciet *Z* qd̃ *Da.* q̃d *Dc* 790. Ad *Ba.* At *Bb* hanc *Da* ex ꝓximo *BD.* e proxumo *F* 791. Atque *om. Z* (*) 792. At *Ba.* Atq' *Bb* tua quid cauſa *F.* tuã quid cã *Z* potebit *C* (*) 793. Si *Bothius.* Siue *libri* libebit *BZ.* libebit? *Da.* liebit *C.* licebit *F* que hec *BaD* (quę *Bb*) inpudentia ſt *B.* impudentia eſt *CDFZ* 794. cenam *C* 795. Neque *B* se *Acidalius.* te *libri* ſeruirin *BCD.* ſeruiren *F.* ſeruirem *Z* 796. poſtulaſ? uiroſ *CDa* curare *SS.* dare *libri* pinſum *B* (*) 797. iubeſ *Varronis cod. Flor.* carere *Z, Varro.* carpere *BCDF* 798. quidem *CDZ* mihi te *B.* mittit *CDa.* mihi *DcFZ* ſ. *D* 799. Huic *F* illim *BaCDa.* illin *F.* illinc *BbZ.* illiuſ *Dc* *Verba*

SENEX

Sí ille quid delíquerit,
Múlto tanto illum áccusabo, quám te accusaui, ámplius. 800
Quándo te auratam ét uestitam béne habet, ancillás, penum
Récte praehibet, méliust sanam, múlier, mentem súmere.

MATRONA

Át ille suppilát mihi aurum et pállas ex arcís domo:
Mé despoliat, mea órnamenta clam ád meretrices dégerit.

SENEX

Mále facit, si istúc facit: si nón facit, tu mále facis, 805
Quae ínsontem insimulés.

MATRONA

Quin etiam núnc habet pallám, pater,
Ét spinter, quod ad hánc detulerat: núnc, quia resciuí, refert.

SENEX

Iám ego ex hoc, ut fáctumst, scibo: adíbo ad hominem atque ádloquar.

(ill)im caufã dicif fi ille *in ras. scripsit C* (*er.* [ill]um accufabo quã te, *ut vid.*) caõfam (ᵛ *ex* o *vel* n, *ut vid.*) *D* diciffi ille *et mox* SE Multo *BFZ. Correxit Camerarius* 800. tanta *BCD* acufaui *Z* (*) 801. ancillas, penum '*codd. antiqui*' *Pyladis.* ///anpillafpen *B.* anpilla fpen *C* (n *ex* m *incohata*) *et D.* ampulla fpem *Z.* ampillafthen *F* (*) 802. Mu. *praem. DbF* phib& *Ba.* phib& *Bb.* phibent *reliqui* meliust sanam *R.* meliuf fanam (famnam *BCDa*) eft *libri* (*) 803. fuppillat *Z* pallaf ex *DcFZ.* palla fex *CDa.* pallaf fex *Ba.* pallam ex *Bb* artif *CDa: corr. Dc* domo *Gulielmus Verisim. II 13.* modo *libri* (*) 804. clam *Acidalius.* iam *B.* etiã *FZ.* tiam me *C* (ornamentatiam me, rn *ex* rc *incohata*). iã me *D, sed* ornamen tac ///iã me *Da erasa* t, *ubi* i *in* t *corr. expunctis* tac *et* me *Dc* (*) 805. facif *ex* facit *C* 806. Quę *Db.* Que *BCDa.* Qui *F* infemulef *C.* ĩfemulef *Da.* ĩfimulef *Db.* adfimulef *Z* pallã ‖ Pater fpinter *B.* pallam pater fpinther *CD* (*sed* fpinter h *C*): *ubi* Et *initio v.* 807 *suppl. FZ* ref cini *Da: copul. Dc* refer *Ba.* refert *Bb* 808. ut *om. Ba, suprascr. Bb* factumst, scibo: adibo ad hominem *R praeeunte* scibo: hominem adibo *Saraceno*, scibo, ibo ad hominem *Camerario.* factũ è fibo adhominẽ *BaDa* (ibo *ras. ex* fibo *B*). factum eft fibo ad hominem *C.* factum eft fcibo ad hominem *DbFZ* atque alloquar *Saracenus.* adquemloquar *BaC.* atque loquar *Bb.* adquem loquar *supra* quem *eraso* atq' at, *ut vid.*, *D.* atque eloquar *FZ* (*)

Díc mi istuc, Menaéchme, quid uos díssertatis, út sciam.
Quíd tu tristis és? quid illa autem írata abs te déstitit? 810

MENAECHMVS

Quísquis es, quicquíd tibi nomen ést, senex: summúm Iouem
Deósque do testís —

SENEX

Qua de re aut quóius rei rerum ómnium?

MENAECHMVS

Mé neque isti mále fecisse múlieri, quae me árguit
Hánc domo ab se súrrupuisse atque ábstulisse, —

MATRONA

Péierat. 814

MENAECHMVS

Sí ego intra aedis húius umquam, ubi hábitat, penetraui pedem, 816
Ómnium hominum exópto ut fiam míserorum misérrumus.

SENEX

Sánun es, qui istúc exoptes, aút neges te umquám pedem
Ín eas aedis íntulisse ubi hábitas, insaníssume?

---

809. mihi *libri* menechme *B* quid *Boxhornius.* quod *libri* differtatiſ *BCDc.* diſcertatiſ *Da.* diſcertatiſ *DbF.* deſertatiſ *Z* (*) 810. Qui *CDa: corr. Dc* tu triſtiſ eſ *FZ.* tutrix eſ *BC, sed* triſtiſ *Bb marg.* tu trix eſ *Db* quod *Bb* illa *CDa.* illã *BDcFZ* irata abs te destitit *Dousa.* iratã abſte deſtituiſ *BFZ.* iratam abſte dediſtituſ *C.* iratam abſteſ dediſti tuſ *Da.* iratam abſte dediſti tuiſ *Dc, eraso* abſ, *ut vid., supra* tu (*) 812. Deoſ que *BCDa* do testes *Gruterus.* deteſteſ *B itemque ex* deteſtiſ *C.* de teſteſ *Da* (quede). de teſtor *Db.* deteſtor *BbDcFZ* SE. *Pylades. om. libri, sine sp. B* quadere *BC* cuius *libri* (*) 813. ME. *Pylades. om. libri* malieri *Da* quę *Bb.* que *BaC* *post* queme *vacuum spatium C* arruit *CDa: corr. Db*

814. dono *Ba.* dono *Bb* ſurripuiſſe *F.* ſubripuiſſe *Z* atque abstulisse — MA. peierat. ME. ☙ (*ut dicturum 'neque intra aedis eius umquam penetravisse pedem' interrumpat mulier*). atq' abſtuliſſe delurat *libri, nisi quod* deiurat *corr. Bb,* delirat *DcFZ* (*) 816. ędiſ *BbDZ.* hediſ *BaC.* ędeſ *Dc.* ediſ *F* unquam *CD* pedem *Pylades. om. libri* 817. miſerrimuſ *libri* 818. ex opteſ *C* negeſ te unquam *FZ.* necẽ umquã *Ba* necẽ. umquã *Bb.* nec eſt eumquã *C.* nec ẽ eũ quã *Da.* nec ẽ eũ quã *Dc* 819. eaſ ędiſ *Bb.* ea ſediſ *Ba CDa.* eaſ ędeſ *DcFZ* intuliſſe *FZ.* intuliſ *BaCD.* intuliſ *Bb* inſaniſſime *libri*

MENAECHMVS

Tún, senex, aís habitare méd in illisce aédibus? 820

SENEX

Tún negas?

MENAECHMVS

Nego hércle uero.

SENEX

Immo hércle id haud ueré negas:
Nísi quo nocte hac éxmigrasti.— tú concede huc fília.
Quíd tu ais? num hinc éxmigrastis?

MATRONA

Quem ín locum aut quam ob rem, óbsecro?

SENEX

Nón edepol sció.

MATRONA

Profecto lúdit te hic. non tú tenes?

SENEX

Iám uero, Menaéchme, satis iocátu's: nunc hanc rém gere. 825

---

820. Tun *BbFZ*. Tunc *BaCD* (tc̄) aiſ *BbFZ*. ait *BaCD* abitare *D* med in *Gruterus*. medin *Da*. m&din *C*. me in *BDcFZ* *Verba* ait habitare m&din illiſ ceaedib; *suppl. in marg. C* edib; *D* (*) 821. Tun *Bothius*. Tu *libri* nego *BbFZ*. neo . . *Ba*. neq; *CD* SE. *Acidalius*. MA *B*. *om. reliqui* inmo *B* hercle id haud uere ☙ (hercle *cum Vahleno Mus. Rhen. XVI p. 638*). hec eludere *BCD*. hec cludere *F*. occludere *Z*. ſin haec eludere *codd. Pyladis* negaſ *B*. neg& *CDF*, *codd. Pyladis*. negem *Z* (*) 822. quo̯ *Bb*. q̃ (*h. e.* quam) *Z* hac *Camerarius cum BbDc*. ac *BaCDa* (ᵗ *suprascr. Bb*, h *Dc*). *om. FZ* exmigrasti. tu ☙. migraſti *BCD*. emigraſti *FZ* concede *B*, *Dd* (*man. Camer.?*), *Scutarius*. conce *reliqui* huc *Camerarius*. hac *libri* (*) 823. SE. *praemittunt FZ* (*del. Acidalius*) aiſ *B ex ras.*, *Beroaldus*. agiſ *Ba cum reliquis* e(x)migrastis ℞ *cum Acidalio*. ex migraſti *B*. exaigraſti *CD*. emigraſti *FZ* MV. *Z*, *Acidalius*. ME. *F*, *Saracenus*. *om. B sine spatio* aut quam ob rem *Beroaldus*. aut obrem *CDFZ*. aut rē *B* obseoro *D* 824. SE. *Pylades*. MA *B*. *om. DbFZ* ſcio ꝓfecto *B* tu *Muellerus Add. ad Pros. p. 129*. tu ᵗᵉ *C*. tu te *BFZ*. tute *D* (*) 825. SE. *FZ*. *om. B* *Db* me nec me *BaC*: *copul. Bb* iocatuſ *BbDcFZ*. locatuſ *BaCDa* hanc rem gere *Spengelius Philologi XXIII p. 178 sq. et Studemundus Annal. phil. XCIII p. 51*. ac rem agere *Ba*. acrema gere *C*. acremagere *Da*, *ubi* ac ⁿ *corr. Bb*, hanc *suprascr. Dc et* rem agere (*c. ras. supra* [age]re) *separ. Dc*. ad rem age redi *FZ* (*)

MENAECHMVS

Quaéso, quid mihi técumst? unde aut quís tu homo's? noceón tibi
Aút adeo isti, quaé mihi moléstiaest quoquó modo?

MATRONA

Víden tu illic oculós liuere? ut uíridis exoritúr colos
Éx temporibus átque fronte: ut óculi scintillánt, uide. 829

MENAECHMVS

Quíd mihi meliust quam út, quando illi me ínsanire praédicant, 832
Égo med adsimulem ínsanire, ut íllos a me apstérream?

MATRONA

Vt pandiculans óscitatur. quíd nunc faciam, mí pater?

SENEX

Cóncede huc, mea gnáta, ab istoc quám potest longíssume. 835

MENAECHMVS

Eúhan, euhoe, Brómie, quo me in síluam uenatúm uocas?

---

834. *Huc respicere Festus Pauli p. 220 M. videtur:* pandiculari dicuntur qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo quod pandi fiunt: *cf. Woelfflinus in Archio lexicogr. lat. I p. 341 et [Philoxenus] p. 140, 9 G. (CGL II):* oscitatur: χασμᾶται

---

826. ME. *FZ. om. BDb* Quefo *BCD* tecum eft *libri* unde *suprascr. Cb* tu homo's? noceon tibi ‖ Aut ℭ. tu homo (homo tu *FZ*) ef ‖ Tibi aut *libri* (*) 827. quę *Bb.* que *BaCD* molestiaest ℭ *coll. Asin. 571. Curc. 561. Poen. 35.* molefta eft *libri* quo quomodo *BC* (*) 828. MV. *FZ. om. BDb* illic ℜ (*ut 304. 842*). illi *libri* liuere: ut uiridis ℜ. iure reutuiridif (if *ex* uf) *C.* iurereu tui ridif *Da.* urere ut uiridif *DcF.* uire . . uiridif *c. ras. Ba.* ui-ut rere.uiridif *Bb: unde* uirere? ut uiridis *Camerarius: idemque in suis codd. Lambinus esse scribit.* ueftre. ut uiridif *Z* color *DbFZ* (*)

829. *Hunc v. in marg v. 826—828 suppl. C* fintillant *CDa: corr. Dc* (*) 832. meliuf eft *libri* quam *om. FZ* ut ℜ. *om. libri* p̄dicant *BCD* 833. med *Bothius.* me *libri* apfterream *C.* abfterream *BDFZ* (*) 834. MV. *praemittunt DbFZ,* MA *ante* quid *habet B* pandiculaf *BC m. ea·l.* fatiam *BC* (*) 835. nata *libri* ef quam poteft *Ba.* ef quam potef *Bb.* quam potef *CDFZ* longiffime *BCDZ* (*) 836. Euhan, euhoe, Bromie ℭ. Eum atq· heubromie *B, sed* h Eum *Bb.* Eubi (Euhi *D.* Euboe *Z*) atq· heu bromie *C* *DZ.* Heuboae atq; eubromie *F* fyluam *F* (*)

Aúdio, sed nón abire póssum ab his regiónibus:
Íta illa me ab laeuá rabiosa fémina adseruát canis:
Póste autem illic hírcus squalus, quí saepe aetate ín sua
Pérdidit ciuem ínnocentem fálso testimónio. 840

SENEX

Vaé capiti tuo.

MENAECHMVS

Écce, Apollo, tú mi ex oraclo ímperas,
Vt ego illic oculós exuram lámpadis ardéntibus.

MATRONA

Périi, mi patér: minatur míhi oculos exúrere. 843

(MENAECHMVS

Eí mihi, insaníre me aiunt, ultro quom ipsi insániunt.) 831

SENEX

Fília, heus.

MATRONA

Quid ést? quid agimus?

SENEX

Quíd, si ego huc seruós cito? 844
Íbo, adducam qui húnc hinc tollant ét domi deuínciant, 845
Príus quam turbarúm quid faciat ámplius.

MATRONA

Enim cénseo.

---

837. habire *C et ante ras. B* ſ> *D* 838. me *rasura ex* met *B* leua *libri: atque* leuar abioſa *BaCDa* abſeruat *F.* obſeruat *Z* 839. Poste ℜ. Poſt te *BCD.* Poſtete *F.* Poſt *Z* aurem *C ante corr.* illic hircus squalus ℭ (illic hircus *cum Beroaldo*). illi circo ſaluſ *BCDZ.* illi chircoſaluſ *F* ſepe *CD.* ſeſe *B* ętate *Bb.* etate *BaC* (*) 841. SE. *om. B* Ve *libri* ME. *om. B* (*sine sp.*) *Db* appollo *BCD* tu mi ℭ. mihi *libri* exoraculo *BZ* imperas *Langenus Symb. p. 7.* imperat *libri* (*) 842. illic ℜ, *item Fleckeisenus: ut. v. 304. 828.* illi *libri* exuram *BDbFZ.* exurati *CDa* lampadis *Geppertus.* lamphadib; *Da.* lampadibuſ *BCDcFZ* (*) 843. Perii *B.* Peri *CDFZ* mi *FZ.* mihi *Bb.* mihi *BaCD* (m) exurere *BC et* (x *ex* a *inter scribendum*) *D.* eruere *FZ* 831. *Cf. append. ad v. 829 sq.* Hei *FZ* alunt *C et BD ante ras.* ultro cum *BCDZ.* cum ultro *F* ipſe *BaCDa* 844. heus MV. quid *Acidalius.* heuſ quid *BCD.* MV. heuſ quid *FZ* SE. *om. B* (*sine sp.*) *Db* ſeruoſ cito *BbDcFZ.* ſeruo ſcito *CD.* ſeruo ſciṭo *Ba* (*) 845. abducam *FZ* 846. amplius. MA. enim censeo.

MENAECHMVS

Ni óccupo aliquod míhi consilium, hí domum me ad se aúferent.
Púgnis me uotás in huius óre quicquam párcere,
Ni éx meis oculís abscedat. ín, mala, in magnám crucem?
Fáciam quod iubés, Apollo.

SENEX

Fúge domum quantúm potest: 850
Ne híc tè obtundat.

MATRONA

Fúgio. amabo, adsérua tu istunc, mí pater,
Né quo hinc abeat. súmne ego mulier mísera, quae illaec aúdio?

MENAECHMVS

Haúd male illanc ámoui. abigam núnc hunc inpuríssumum,
Bárbatum, tremulúm Tithonum, quí cluet Cucinó patre.

854. *Priscianus inst. VI 25 p. 216, 14 H.: Τιτάν Τιτᾶνος* hic Titanus huius Titani Plautus in Menaechmis 'barbatum .... patre'

ME. Ni occupo ℭ. ampliuſ enim ereo ‖ Ni occupo *Da* et, *nisi quod* Niocupo, *C: itemque FZ, nisi quod* hereo *cum Dc et* ME. *ante* ampliuſ *cum Db.* ampliuſ enim ‖ Ni occupo *Ba: quo* uero *post* enim *addidit Bb* (*) 847. aliquod *DcF, Beroaldus, Lambinus.* aliquid *B CDaZ* adſeſ *Ba,* ſ *alt. erasa* (*) 848. me uotaſ in *B* (inhuiuſore). meuota ſin *C.* me uota ſin *D.* me notaſ in *F.* MV. notaſ in *Z* *post* parcere *lenius distinxit ℜ, vulgo ? ponunt* (*) 849. Ni (Nei) ex meis *Muellerus Add. ad Pros. p. 61 praecunte* Ni iam ex meis *Camerario.* Ne iam meiſ *Ba,* (m^{h}. iſ *h. e.*) Ne iam hiſ *BbF.* Nei amiiſ *C.* Negemuſ *Da,* Neg^{ia}. m . iſ (*h. e.* Ne iam iſ) *Db.* SE. Nę iam hiſ *Z* occuliſ *CD* abscedat. in (*i. e.* isne), mala, in ℭ. abſcedat in malam *libri, nisi quod* abſcedaſ *F* (*) 850. ME. *erasum B.* Mu *Db, quod in* Men *corr. Dc* Mul *ante* fuge *suprascr.* Fatiam *CD* poteſt *B.* poteſ *reliqui* 851. adſeruo *C ante corr.* obſerua *FZ* tu *Muellerus Add. ad Pros. p. 89 coll. v. 959. om. libri* (*) 852. Nequo *B.* Neq; *CD* abeat *DcFZ.* habeat *BCDa* ſumne *ex ras. BD.* ſumme *C et ante ras. BD* illa hec *CDa* (h *exp. Dc*). illa hęc *Ba,* h *erasa* audio *BbFZ.* audeo *BaCD* 853. ME *B. om. DbFZ: cf. ad v. 855* Aut *FZ* illunc *FZ* amoui. abigam nunc ℭ. amoui. nunc *B.* amo uinum *CDa.* amo uirum *DbFZ* inpuriſſimum *BCD.* ĩpuriſſumum *F.* impuriſſimum *Z* putamē, *ut vid., in marg. Dd* (*) 854. Tithonum *Meursius.* titanum *libri, codd. Pyladis cum Prisciano.* tritauũ *Dc marg.* qui cluet Cucino *ℜ Opusc. II*

Íta mihi imperás, ut ego huius mémbra atque ossa atque
ártua 855
Cómminuam illo scípione, quem ípse habet.

SENEX

Dabitúr malum,
Mé quidem si attígeris aut si própius ad me accésseris.

MENAECHMVS

Fáciam quod iubés: securim cápiam ancipitem atque húnc
senem —:
Ósse fini dédolabo ássulatim uíscera.

---

855. *Priscianus inst. VI 77 p. 262, 5 H.:* similiter artus. hoc enim quoque cum neutro etiam genere hoc artu ueteres proferebant, bene secundum quartam declinatur. omnia enim masculina, quae neutra quoque in u desinentia inueniuntur, eiusdem sunt declinationis, ut hic tonitrus hoc tonitru, hic cornus hoc cornu. ergo similiter hic artus hoc artu. Plautus in Menaechmis 'ita mihi .... comminuam.' *Nonius p. 191, 10 M.:* Artua neutro genere Plautus Menaechmis 'ita .... artua': *cf. Reblinius p. 69 (om. Vahlenus cum R)* 859. *Nonius p. 72, 28 M.:* assulatim ut minutatim .... Plautus Menaechmis 'nisi dedolabo assulatim uiscera': *ubi* fini *Nonium voluisse Vahlenus affirmat, quod si verum esset, certe non hoc vocabulum primum posuisset. Cf. Reblinius p. 57, Caesar p. 28. Praeterea* assulatim *hinc habet glossarium Plautinum: cf. R Opusc. II p. 252*

---

p. 479, cluet *cum Scaligero et Palmerio.* qui lucet cygno *Z ex Prisciano (nisi quod* lucit *K,* cyno *KR.* cycno *H.* CYC·NO *B.* cicno *G.* cigno *ADL).* cycno prognatum *BCD, nisi quod* cicno *ex* cirno *Da.* cigno *Dc* (cycno *Dd marg.) et* prognatum *Ba, erasis* ro *litteris.* cygno prognatum *codd. Pyladis.* mofco prognatum *F: cf. v. 408. 1078* (*) 855. ME. *praemittunt F'Z (corr. Camerarius ex B)* inperaſ *Nonius* ego *ex* enif *vel* eiuſ, *ut vid., Da: unde* ego *suprascr. Dc* cuiuſ *Nonius* menbra *BC.* m̄bra *D* atque *ante* artua *om. Prisciani GLK* artuſ *B, sed* uſ *in litura Bb: cf. testim.* 856. SE. *om. Db, versui* 857 *praemittunt F'Z* 857. ꝓpiiſ (if *ex* u) *C* accerferiſ *Da: corr. Dc* 858. ME. *om. Db* Fatiam *BC* fecuri *Dc.* fecuri *BCDa* capiam *ex* cupiam *Bb* *Post* senem *(quod duce Camerario in hunc versum adhibuerunt: cf. ad v. 859) anacoluthon statuit Gronovius: scilicet caedendi verbum gestu Menaechmus poppysmoque supplet* 859. *Cf. ad v. 858* Senemoſſe fini dedolabo *B: item, nisi quod* Sene moſſe *CDa, ubi* Senem oſſe *corr. Dc,* decolabo *Db.* Senem oſſe fini decollabo *F.* Senem exoſſem niſi dedolabo *Z.* niſi dedolabo *Nonius* (*)

SENEX

Énimuero illud praécauendumst átque adcurandúm mihi. 860
Sáne ego illum metuo, út minatur, né quid male faxít mihi.

MENAECHMVS

Múlta mi imperás, Apollo. núnc equos iunctós iubes
Cápere me indomitós, ferocis, átque in currum inscéndere,
Vt ego hunc proterám leonem uétulum, olentem, edéntulum.
Iam ádstiti in currúm: iam lora téneo, iam stimulum ín manu. 865
Ágite equi, facitóte sonitus úngularum appáreat:
Cúrsu celeri fácite inflexa sít pedum pernícitas.

SENEX

Míhin equis iunctís minare?

MENAECHMVS

Écce Apollo dénuo
Mé iubes facere ínpetum in eum, quí stat, atque occídere.
Séd quis hic est, qui mé capillo hínc de curru déripit? 870
Ímperium tuóm demutat átque edictum Apóllinis.

---

860. p̄cauendū *B* eſt atque accurandum *FZ*. ē atq' adcurandum ſi *Ba* (adcurādum *Bb*). eſt atq' adcurā dumſi *C*. ē atq' adcurā dū ſi *Da* (dū eſt *Dc*, accurandū *Dd marg.*) 861. Mu *praem. Db* nequid *B* 862 mihi *libri* uinctoſ *Z* 863. ferociſ *FZ* in *om. DFZ* inſcendere *ex* incendere *C* 864. uetulum *Gulielmus.* &ulū *C.* & ulum *B.* g&ulum *ex* &tulum *Db.* getulum *F.* gętulum *Z* olentē *ex* olentū *Da* edentulum *Pius, Beroaldus.* edentuiſ *D.* edentiuſ *BCFZ* 865. adſtiti *BC ex ras. Da.* adſtitu *C ante ras.* adſtito *Db.* aſſiſto *Dc.* aſcendo *FZ* in *om. F* manu *Brixius.* manuſt *BCD.* manumſt *F.* manu eſt *Z* (*) 866. ęqui *D* facito te *CDa: copul. Dc* appareat *R* (*ex BC, ut putabat*) *idem post hanc vocem distinguens, cui* Cursu celeri *vulgo adiungebant.* apparent *BCD.* appareant *FZ* 867. facite *B.* facito te *C.* facitote *DFZ* inflexa *Dousa Explan. III 6.* inflexu *libri* ſit *BbFZ.* ſint *CD.* ſunt *Ba.* (ſunt *Bb*) 868. SE. *et mox* ME. *Camerarius. utrumque om. libri* Mihin equiſ *BbDcFZ.* Mihi nequiſ *BaCDa* minare *Camerarius ex Bb.* manare *BaCD.* manere *FZ* æcce *Db.* acce *CDa* appollo denuo· *C* (*) 869. atq' atq' *Da: prius del. Db* (*) 870. (*) 871. SE. *praemittunt FZ* tuum *libri* edictum *FZ.* dictum *BC et rasura ex* dicitum *D* apollonif *CDa: corr. Dc* (*)

SENEX

Heu hércle, morbum acrem ác durum. * * *
* * * * * * di, uostrám fidem:
Vel híc, qui insanit, quám ualuit pauló prius.
Ei dérepente tántus morbus íncidit.
Eibo átque accersam médicum iam quantúm potest. 875

MENAECHMVS

Iamne ísti abierunt quaéso ex conspectú meo,
Qui mé ui cogunt, uálidus ut uesániam?
Quid césso abire ad náuem, dum saluó licet?
* * * * * * *
Vosque ómnis quaeso, sí senex reuénerit, 880
Ni me índicetis, quá platea hinc aufúgerim.

874. derepente *hinc habet glossarium Plautinum: cf.* R *Opusc. II p. 252*

872. SE. *om.* *DbFZ: cf. ad v. 871* Heu *FZ.* Eu *BD.* Eo *C* ercle *D* acrem *ras. ex* aerem *D* ac *BCD.* atque *F.* et *Z* *Sic locum constituit* S *cum lacuna ad hoc exemplum explenda:*
Heu hércle, morbum acrem ác durum. ⟨exanimís cubat.
Vt incérta salus est hóminum,⟩ di uostrám fidem:
dii ueſtram *Z* fide *C* (*) 874. Et *FZ* 875. Eibo *CD.* Ibo *BFZ* *Act. V Sc. 3 Singulari in versu* Menechmuſ idem *habet B,* Menęchmuſ idem *C* (*uno praeterea vacuo*), Menechm̃ quidẽ *Da, sed erasis* qu *litteris. Vna autem scaena, quae hinc incipit, comprehenduntur in libris v. 876—888, nisi quod signo* 9 *v. 882 separavit Da. Quam* MENECHMVS IDEM. SENEX IDEM *inscribit B,* Menechinuſ Sacercuſ ferruſ *F,* Menęchinuſ. Sacerus ferruſ *Z. Recte v. 876—881 huic scaenae, proximae v. 882—888 Bothius post R. Warnerum tribuit novumque adeo actum a v. 882 exorsus est* 876. Iam neiſti *B* abier̃ *D.* abiere *FZ* queſo *D* conſpectũ eo *CDa: corr. Dc* (*) 877. ualiduſ ut uesaniam *Bothius.* ut ualiduſ inſaniam *libri, cum spatio ante* inſaniam *C* (*) 879. *Intercidisse talem fere versiculum sensit R:*
Facesso hercle ex his turbis iam quantum potest
880. omniſ *libri* (omĩſ *B*) queſo *D* 881. Nime *B.* nime *CDa.* ne me *DcFZ* hinc *om.* *FZ* (*)

ACTVS V

SENEX

Lumbí sedendo, óculi spectandó dolent,
Manéndo medicum, dúm se ex opere récipiat.
Odiósus tandem uíx ab aegrotís uenit.
Ait se óbligasse crús fractum Aesculápio, 885
Apóllini autem bráchium. nunc cógito,
Vtrúm me dicam dúcere medicum án fabrum.
Atque éccum incedit. móue formicinúm gradum.

---

882 *sq.* *Ausonius Lud. sept. sapient. v. 131 sq.* (*Chilon. 1 sq.*): 'Lumbi . . . . dolent Manendo Solonem quoad ad se se recipiat' (*cf. Ter. Phorm. 462*): *ubi* oculique *pro* oculi *olim ediderunt, ex Camerariana scilicet, quod mox 'ex Ausonio' Plauto reddebat Geppertus in Act. gymn. Berol. a 1865 p. 903 Bergkiusque Opusc. I p. 678, ipsius Ausonii emendationem habebant R Nov. exc. I p. 72 adn., Goetzius Act. soc. phil. Lips. IV p. 355, Vssingius: cf. Hauptius Opusc. III p. 520 et Schenkelius Stud. Pl. p. 57 [665] adn.* 888. *Priscianus inst. I 59 p. 79, 18 H.:* item i seruant omnia quae a nominibus mutorum animalium cuiuscumque sint declinationis, deriuantur in hanc formam: aper aprinus, caper caprinus, ceruus ceruinus, porcus porcinus, taurus taurinus, ferus uel fera ferinus, canis caninus, lepus leporis leporinus, lupus lupinus, formica formicinus — Plautus in Menaechmis: 'atque eccum . . . . gradum' — hirundo hirundininus *e. q. s.*

---

882. *De scaenarum distinctione vide ad v. 875* Se *praemittunt BZ,* Sac. *F* oculi ſpectando *DcF, Saracenus cum Ausonio.* oculi exſpectando *BC.* oculi expectando *DZ* (*) 884. egrotiſ *BCD* 885. abligaſſe *F* crū *Da.* cru^{s} *Dc* factum *F* 886. autē autē *B* nuncgito *CDa: corr. Db* 887. medicam *C.* me dicā *ex* medicā *Dc* (*) 888. moue *libri cum Prisciani omnibus Hertzianis, ubi* moueť *cum Pylade et Putschiana Halberst. m. sec. teste Hertzbergio* (*) *Sequuntur in B singulari versu perscripta* Adulefcenf meffenio

MEDICVS. SENEX

MEDICVS

Quid illi ésse morbi díxeras? narrá, senex.
Num láruatust aút cerritus? fác sciam. 890
Num eúm ueternus aút aqua intercús tenet?

SENEX

Quin eá te causa dúco, ut id dicás mihi
Atque íllum ut sanum fácias.

MEDICVS

Perfacile íd quidemst.
Sanúm futurum, méa ego id promittó fide.

SENEX

Magná cum cura ego íllum curarí uolo. 895

MEDICVS

Quin súspirabo plús sescenta 'oe' ín die:
Ita mágna ego illum cum cúra curabó tibi.

SENEX

Atque éccum eumpse hominem: ópseruemus, quám rem agat.

Act. V Sc. 4 MEDICVS . SENEX . *B* (*cf. ad v. 888*). MEMECHM' MESSENIO · SACEREVS SERVVS *rubr. in D erasis eisdem nominibus a Db scriptis. unius v. spat. DaC.* Senex. Medicuſ *FZ*
889. illi esse *R: item Fleckeisenus.* eſſe illi *F*, *Pius.* eſſet illi *BC D* (e&) *Z* dixeraſ *ex* duxeraſ *D inter scribendum* ME. narra *FZ* (*)
890. laruatust *R.* laruatuſ *libri* cerituſ *Z* fac ut ſciam *Dc* (*)
891. cum *Z* uetenuſ *BbDb.* uetenuſ *BaCDa* aq̃ inter cuſ *D*
892. id *om. Ba. add. Bb* 893 quidem eſt *FZ.* quidẽ . ſt *Bb.* quid aſt *Ba.* quidea eſt *C.* quid ea ẽ *D* 894. mea ego id *DcFZ.* me aeco id (*sic*) *B m. ead.* me acoid *C.* meaeco *Da* (*) 896. ME *om. B: cf. ad v. 897* plũ *D* . sescenta oe in die *S* (*cf. ad v. 282*), in die *cum Lambino.* ſeſcenta indieſ *BDa.* ſeſentia in dieſ *C.* ſexcenta in dieſ *Dc.* ſexcentum dieſ *FZ* (*) 897. ME. *praem. B* Ita magna ego illum cum cura *S.* Ita ego illum cum cura magna *libri* (*)
898. eumpse *Muellerus Pros. p. 651.* ipſum *libri* opſeruemuſ *C.* obſeruemuſ *BDFZ* rem gerat *Z* (*)

MENAECHMVS I. SENEX. MEDICVS

MENAECHMVS

Édepol ne hic diés peruorsus átque aduorsus mi óptigit.
Quaé me clam ratús sum facere, ea ómnia hic fecít palam 900
Párasitus, qui mé conpleuit flágiti et formídinis:
Méus Vlixes, suó qui regi tántum conciuít mali.
Quem égo hominem, siquidém uiuo, oppido é uita euoluám sua.
Séd ego stultus súm, qui illius ésse dico, quaé meast.
Meó cibo et sumptu éducatust: ánima priuabó uirum. 905
Cóndigne autem haec méretrix fecit, út mos est meretrícius:
Quía rogo, palla út referatur rúrsum ad uxorém meam,
Míhi se ait dedísse. heu, edepol né ego homo uiuó miser.

SENEX

Aúdin quae loquitúr?

MEDICVS

Se miserum praédicat.

SENEX

Adeás uelim.

Act. V Sc. 5 MENECHMVS ADOL. SENEX . MEDICVS. *BFZ. unius v. spat. C.* MENECHM' ADOLESC *D in v. 898, nullo vacuo relicto* 899. *Sic libri, nisi quod* m̃ *BD.* mihi *CFZ et* obtigit *FZ* 900. Quę me clam *BbDbFZ.* Quem eclam *Ba.* Quaemedam *C.* Quemeclam *Da* hic *Muellerus Pros. p. 12. 578. om. libri* (*) 901. Pafituf *CDa: corr. Db* conplebit *CD.* complebit *Bb.* cõpleuit *FZ* flagitii *libri* 902. ulyffef *Z* regitantantum *CDa* (*prius* tan *exp. Dc*) concinit *C* 903. fiquidem *B.* fi quidem *CD* uiuo, oppido e uita euoluam *S.* uiuo nitae uoluam *BaC.* uiuo uita euoluã *Bb.* uiuo nite uoluam *Da.* uiuo uita uoluam *Db.* uiuo uita foluam *FZ* (*)
904. quę *Bb.* que *BaCD* mea est *Camerarius.* mea fit *libri*
905. cibo *ex* ciuo *Bb* educatuf eft *libri: correxit Bentleius* (*)
906. hec *D* meretricibuf *B* 907. palla *BCDa.* pallam *Db FZ: corr. Abraham Stud. Pl. p. 233 adn.* referratur *Z* 908. heu *FZ.* ꝶeu *Bb.* eu *BaCD* ędepol *Z* ne ego *Dd et val Dd marg.*
909. Me. *praem. Db* quę *Bb.* que *BaDZ* S *ex* M *in spat. Db. spat. B.* fed *BaCDa.* fe *DcFZ* p̃dicat *BD.* predicat *C* SE. *om. BDb sine spat.* adeaf, d *in* t *mutavit Bb* (*)

MEDICVS

Sáluos sis, Menaéchme. quaeso, cúr apertas bráchium? 910
Nón tu scis, quantum ísti morbo núnc tuo faciás mali?

MENAECHMVS

Quín tu te suspéndis?

MEDICVS

Ecquid séntis?

SENEX

Quidni séntiam?

MEDICVS

Nón potest haec rés ellebori iúmento optinérier.
Séd quid ais, Menaéchme?

MENAECHMVS

Quid uis?

MEDICVS

Díc mihi hoc quod té rogo:
Álbum an atrum uínum potas?

MENAECHMVS

Quín tu is in malám crucem? 915

MEDICVS

Iam hércle occeptat ínsanire prímulum.

910. MED. *om.* *BDb* faluuſ ſiſ menaechme *B.* Saluuſiſ menechme *C.* ſaluú ſiſ menechme *D* queſo *BCD* aptaſ *D.* aptaſ *Z* 911. mo̊bo *C* tuo *BC.* tuto *Da.* tuto̊ *Dc.* tu te *FZ* mali? *R.* mali. *vulgo* 912. MEN. *om.* *BDb* Quintu te *B.* Quintute *CD* MED *BFZ.* Me *Db in sp.* ec quid *BCDFZ* SE. ꝑ. MEN *BFZ. spat. D* quid ni *BFZ.* quid mi *C* (*) 913. MED. *om.* *Db* hec *BCD* hellebori *F.* elebori *Z* iumento ꝑ *coll. Amph. 327 sq. (Gell. N. A. XX 1, 28) et Platonis Euthyd. p. 299 B* (ἐλλεβόρου ἅμαξαν). iungere *BaCD.* iungere̊ *Bb.* ungere *F.* iugere *Z* obtinerier *FZ* (*) 914—917 *suo in loco, quem vacuum reliquerat Da, addidit Db* 914. menachme *B.* menechme *C.* menae chine *D* MEN. *et* MED. *om.* *BCD sine spatiis, sed* ME *suprascr.* *Db*, MED. *Dc* dic *in marg.* *Bb* (*locum ante* mihi *designans*) te *om.* *B* 915. Albumanatrũ *Ba.* Albv (v *ex* a *inter scribendum*) ma na trũ *D, ubi* ma *separ.* *Db, reliqua corr.* *Dc: cf. ad v. 916 sq.* MEN *suprascr.* *Dc* tuiſ *Ba* 916. MED. *Acidalius.* SE. *FZ. om.* *BDb* occeptat *BbF.* occepta *BaCDb.* occeptå *Dc.* hoc ceptat *Z* *Post* primulum

SENEX

* * * *

Quíd tibi quaesito ópus est?

MEDICVS

* *

MENAECHMVS

Quin tu me intérrogas,
Púrpureum panem án puniceum sóleam ego esse an lúteum?
Sóleamne esse auís squamossas, píscis pennatós?

SENEX

Papae,
Aúdin tu, ut delíramenta lóquitur? quid cessás dare 920
Pótionis áliquid, priusquam pércipit insánia?

MEDICVS

Máne modo: etiam pércontabor ália.

SENEX

Occidis fábulans.

MEDICVS

Díc mihi hoc: solént tibi umquam óculi duri fíeri?

MENAECHMVS

Quíd? tu me lucústam censes ésse, homo ignauíssume?

---

libri statim habent turbato metro Menaechmi verba Quin tu me interrogaſ: *ubi ducibus* ℜ *et Vahleno adhibita hac notatione, quam a manu saec. XIV iudice Hinckio, XIII/XIV iudice Loewio B Fol. 51r marg. Curculionis versibus 243 sq. ascriptam habet:*

albũ an'atrũ uinũ potaſ
quđ tibi queſito oꝑ eſt

lacunam signavit ℜ *ad hoc exemplum explendam:*
MED. Iam hercle occeptat insanire primulum. ⟨SE. Quin fac tuom. Quid tibi quaesito opus est? MED. Quin tu dic.⟩ MEN. Quin tu m. i.

(*) 918. puniceum *BCZ.* pu.ceu *D.* pumiceum *F.* poeniceum 'nonnulli libri' *Lambini: ut Pseud. 229* 919. ſquamoſaſ *DcFZ.* quamoſaſ *CD* (*ubi* ſaſ *a* piſ *separ. Db*). quam oſſaſ *Bb.* quam oſſa *Ba* pape *B* 920. Sen *praem. Dc* Audin tu *BbDbF.* Auditu *BaCDa.* Audin *Z* delira menta *C.* deliramenta, ra *ex* ru *Da* ceſ ſaſ *D* 921. priuſ quam *BC* peribit *F* (*) 922. MED *BDc Z.* MED. Faciam *F* modo]uero *FZ* percunctabor *Z* alia. SE. *FZ.* ME alia *B.* alia *CD* occipiſ *ex* occidiſ *Bb* fabulans *Acidalius.* fabulam *B.* falam *CD.* fac iam *Z. om. F* (*) 923. 924. *Huc spectant quae Curculionis versibus 222. 223 eadem qua supra* (*vide ad v. 916 sq.*) *manu eodem folio in B marg. adscripta sunt:*

MEDICVS

Díc mihi, en umquam íntestina tíbi crepant, quod séntias? 925

MENAECHMVS

Vbi satur sum, núlla crepitant: quándo esurio, túm crepant.

MEDICVS

Hóc quidem edepol haú pro insano uérbum respondít mihi.
Pérdormiscin tu úsque ad lucem? fácilin tu obdormís cubans?

MENAECHMVS

Pérdormisco [sí * * * * *:
Óbdormisco] sí resolui argéntum, quoii débeo. 930

MEDICVS

* * * * * * *
* * * * * * *

MENAECHMVS

Quí te Iuppitér dique omnes, pércontator, pérduint.

---

folent tbi oculi duri fieri
cenfefne locuftã éé

(*) 924. ME *Db, cui* n *adscr. Dc* lucuftam *BaCD.* lacuftam *Bb.* locuftam *FZ: v. s.* ignauiffime *libri* (*) 925. MED. *Dc* mihi en unquam *Z ex Nonio.* me hi . numquã *Ba.* me hie numquam *CDa.* mihi anumquã *Bb.* me hie numquam (*h. e.* mihi numquid) *Dc.* mi hoc nunquam *F* tibi *om. Nonius* (*) 926. ME *Db* tum *om. Z.* tunc *F, Nonius* 927. MED. *Dc* hau pro *BaCDa.* haud pro *BbDcFZ* 928. Perdormiscin tu usque *R.* Perdormifcin ufque *Z.* Perdormiftin ufque *F.* Pdormifcaniuf que *Ba.* Pdormifcan · uf que *Bb.* Perdormif caniuf que *CDa.* Perdormifcam ufque *Dc* facilin *CD.* ME facilin *B* (e *Bb*). MEN. facilin *FZ* obdormif cubans *R ducibus Acidalio et Scioppio.* dormif curanf *libri* (*) 929. 930. *Duos versus flagitare sententiarum rationem et concinnitatem sermonum iudicabat R, velut hoc exemplo:*

Perdormisco, ⟨si me flore satis compleui Liberi:
Obdormisco,⟩ si resolui a. q. d.

Quorum mediis elapsis unus in libris hic restat, cui MED *praemittit B:*

Perdormifco fi refolui argentum cui debeo

nisi quod Perdormif cof ire folui *disiungunt CDa (recte et in contextu et in marg. iungit Dd):* quoii *corr. Brixius* (*) 931. 932. '*Desunt duo nisi fallor versus, quorum prior simili sententia fuerit oportet atque v. 927, altero denuo Menaechmum percontabatur Medicus*' *R* 933. ME *praemittunt BDbFZ* Qui *BC.* Cui *D* (*ubi ? adscr. Dd*). Quin

MEDICVS

Núnc homo insaníre occeptat. de íllis uerbis cáue tibi.

SENEX

Ímmo Nestor núnc quidemst de uérbis, praeut dudúm fuit: 935
Nám dudum uxorém suam esse aiébat rabiosám canem.

MENAECHMVS

Quíd ego dixi?

SENEX

Insánus, inquam, —

MENAECHMVS

Égone?

SENEX

Tu istic, quí mihi
Étiam me iunctís quadrigis mínitatu's prostérnere.

MENAECHMVS

* * * * * * *

SENEX

Égomet haec te uídi facere: égomet haec ted árguo. 940

MENAECHMVS

Át ego te sacrám coronam súrrupuisse Ióui scio:

FZ iupiter *FZ* diique *F* omſ *BD* perduint *Pius.* perdunt *BaCDa.* perdunt *Bb.* perdunt *Dd.* perdiunt *FZ* 934. MED *B.* SE. *FZ* illiſ *ex* illoſ *Da* 935. SE *BDc. om. FZ* Immo neſtor *D: cf. Spengelius T. M. P. p. 12.* Immoneſtor *B.* Immoneſter *C.* Modeſtior *FZ* eſt *libri* deū biſ *Da: corr. Dc.* de uebiſ *C* prae ut *B* p̄ ut *D.* prout *F* (*) 936. aiebat *DcFZ et B ex ras.* alebat *CDa et B ante ras.* ca mem *Da: corr. Dc* 937. Quid....iſtuc *uni Menaechmo tribuit B, nec in CD spatia relicta sunt, ubi personas suprascr. Dc* infanuſ *BCD.* infaniſ *FZ* *Interruptam post* inquam *orationem significavit* ℞ (*dicturus est 'ut dudum eras, uxorem aiebas rabiosam canem'*) Ego ne tuiſtic *D.* Ego necuſtic *C.* Ego ne iſtuc SE *B* (*) 938. Et iam me *B.* Etiam ne *C* minitatuſ *B ex ras. DcZ.* miniſtatuſ *Da.* miniſ ſtatuſ *BaC.* minitatuſ ē *F* prorſternere *C* (*) 939. '*Menaechmi responsum hic interciderit necesse est*' ℞ (*) 940. SE *om. B* hec te *BCDc.* ecte *Da.* ecce *FZ* (*corr. Camerarius*) uide *BaCDa: corr. Dc* haec ted *Guieto duce Bothius.* hec te *BCD.* ecce *FZ* (*) 941. Men. *Dc* te] tam *F* furrupuiſ ſe *D.* furripuiſſe *Z.* fubripuiſſe *F* Ioui scio *Camerarius praeeunte* Iouis scio *Pylade.* iouiſ *BDcFZ.* Io iouiſ *CDa* (*)

Ét ob eam rem in cárcerem ted ésse conpactúm scio:
Ét postquam es emíssus, caesum uírgis sub furcá scio:
Túm patrem occidísse et matrem uéndidisse etiám scio.
Sátin haec pro sanó male dicta mále dictis respóndeo? 945

SENEX

Óbsecro hercle, médice, propere, quídquid facturú's, face.
Nón uides hominem ínsanire?

MEDICVS

Scín quid facias óptumum?
Ád me face uti déferatur.

SENEX

Ítane censes?

MEDICVS

Quíppini?
Íbi meo arbitrátu potero cúrare hominem.

SENEX

Age, út lubet.

MEDICVS

Élleborum potábis faxo hosce áliquos uigintí dies. 950

MENAECHMVS

Át ego te pendéntem fodiam stímulis trigintá dies.

---

942. Et obeatã *B, ubi* at *exp. Bb* ted esse *Camerarius.* te deesse *Ba.* te d esse *B ex ras.* teb deesse *C.* tebde ẽẽ *D.* te esse *FZ* conpactum *B.* cōpactum *CD* (*) 943. Et] E *CD* es emissus, es e *in ras. B m. ead.* ese missus *C* cesum *libri* sub furca *BbDcFZ.* suffurca *Ba.* sufurca *CD* 944. Tum] tuum '*alibi scriptum*' *Pius narrat* 945. Satim *Z* hec *BC* maledicta maledictis *BC* respondeo *BbDcFZ.* rescondeo *CDa.* res condeo *Ba* (*) 946. ercle *Da: corr. Dc* medice *BbDcFZ.* maledice *BaDa et, cum ras. ex* male dicte, *C* quidquid *BC.* quid quid *Da.* quicquid *DcFZ* facturus *BCD: corr. Lambinus.* sis facturus *F.* scis facturus *Z* (*) 947. scin *DcFZ.* sin *BaCDa* optumum *F.* optimum *Z.* optimum es *BaC* (est *Bb*). opti mumes *Da.* optume *Dc* 948. uti deferatur *Dc, Acidalius.* ut id eferatur *CDa.* ut deferatur *B, Camerarius.* ut efferatur *FZ* itane *Bb, Acidalius.* itana *BaCDa.* itan *DcFZ* quippini *BCD.* quidni *FZ* 950. 951 *hoc ordine Camerarius: inverso libri, sed ut in BC* 2 *et* 1 *numeri praepositi sint m. rec.* 950. MED *om. B* Helleborum *DcF.* Eleborum *Z.* Helles borum *BaCDa.* Helles forum *Bb* hosce *praeter libros add. Brixius praeeunte* hos *Muellero Annal. phil. LXXXIII p. 264* aliquos *i. e.* alios *Bb* (*)

951. At ego, t ego *e corr. B m. ead.*

MEDICVS

I, árcesse homines, qui íllunc ad me déferant.

SENEX

Quot súnt satis?

MEDICVS

Proínde ut insaníre uideo, quáttuor, nihiló minus.

SENEX

Iam híc erunt. adsérua tu istunc, médice.

MEDICVS

Immo ibó domum,
Vt parentur, quíbus paratis ópus est. tu seruós iube 955
Húnc ad me feránt.

SENEX

Iam ego illic fáxo erit.

MEDICVS

Abeó.

SENEX

Vale.

MENAECHMVS

Abiit socerus, ábiit medicus: sólus sum. pro Iúppiter,
Quíd illuc est, quod me hí nunc homines ínsanire praédicant?
Nam équidem, postquam gnátus sum, numquam aégrotaui
unúm diem.

952. MED *B. om. FZ* I arcesse *Pareus.* Larceſſe *BaC.* A arceſſe *Da.* arceſſe *B ex ras. Dc.* Accerſe *FZ* illunc *Camerarius.* illum *libri* defferant *Z* qd̃ *i. e.* quot *ex* quod *D* 953. MEN. *FZ* Proin de *F* ut *B, Pius.* ui *reliqui, quod exp. Dc* uideo *B ex ras.* uideor *BaCDFZ* quatuor *B.* MED. quatuor *FZ* nihilo minuſ *DcF.* nihilominuſ *BbZ.* nihil hominuſ *BaCDa* 954. tu iſtunc *BbDcF.* tuiſ tunc *BaC et* (tĉ) *Da.* tu iſtuc *Z* immo ibo *etiam B* (*) 955. opuſt *F* tu *DcFZ.* tuſ *CDa.* tuoſ *B* lube *CD* hunc | Ad *libri: corr. Lambinus* (*) 956. erit abeo uale *B* (*) 957. ſocruſ *F* habiit *C et,* h *expuncta, Da* solus *Guietus, Bentleius.* nunc ſoluſ *libri* p^h *Dc* iupiter *FZ* (*) 958. me hi nunc *S: cf. ad v. 957.* me hic *BCD.* me hii *Z.* me hi *F* p̃dicant *BD.* predicant *C* (*) 959. *Hunc solus B servavit, sed ut ei 2, proximo 1 praescriptum sit m. rec.* egrotaui *B*

Néque ego insanió neque pugnas néque ego litis coépio. 960
Sáluos saluos álios uideo: nóscito homines, ádloquor.
Án illi perperam ínsanire me áiunt, quom ipsi insániunt?
Quíd ego nunc faciám? domum ire cúpio: at uxor nón sinit,
Húc autem nemo íntromittit. nímis prouentumst néquiter.
Híc ero usque: ad nóctem saltem, crédo, intromittár domum. 965

MESSENIO. (MENAECHMVS I)

Spectámen bonó seruo id ést, qui rem erílem
Procúrat uidét, collocát cogitátque,
Vt ábsente eró tam rem erí diligénter
Tutétur, quam si ípse adsit, aút rectiús.
Tergúm quam gulám, crura quám uentrem opórtet 970
Potióra esse, quoí cor modéste sitúmst.

960. *Nonius p. 89, 16 M.:* coepere incipere . . . . Plautus Menaechmis 'neque ego . . . . coepio': *cf. Caesar p. 38, 39*

960. Neque inſanio *D* neque ego *BCDF.* ne *Nonius.* ue *Z* litiſ *libri cum Nonio* coepio *codd. Pyladis cum Nonio.* cepio *FZ.* cupio *BCD* (*) 961. Saluuſ ſaluoſ *BCDc.* Salinif ſaluoſ *Da.* Sanoſ ſaluoſ *Z.* Sacroſ ſaluoſ *F* noſcito ☙. noui *libri* (*) 962. An̥ *Dc* perperam *Dc.* perderam *BDa.* ꝑderã, ã *ex* e *corr., C* me aiunt *in litura BbDc.* mea lunt *Da.* mealunt *C.* me uolunt *FZ* quom ☙ *coll. v. 831. om. libri* ipſ///i (*erasa* o, *ut vid.*) *D* (*) 963. fatiam *B* at *Camerarius. om. libri* (*) 964. prouentum eſt *libri* nequitur *Bb* 965. ero usque: ad noctem saltem *Bothius cum Pio post* noctem *distinguente.* ergo uſque ad noctem ſaltem *libri, nisi quod* uſce *BaCDa.* uſque *Dc. in marg.* uſce i. uſq' *Dd* intromittat *Z* (*)

Act. V Sc. 6 SERVVS *B et, in v. 965 sine sp., D.* Meſſenio ſeruuſ *FZ. om. C versu in fine pag. anteced. vacuo. Mutam personam* MENAECHMVM *add.* ℟ *Eadem est in B discriptio versuum, nisi ubi contrarium testati sumus* (*) 966. ſeruid *Ba.* ſeruo id *Bb cum reliquis* quirẽ erilem *Bb.* quire e . ilem *c. ras. Ba.* qui rem herilem *CDFZ* 967. ꝓcurat· uidet · collocat · cogitatq' *B* (*) 968. ero, o *in ras. Bb.* hero *DcFZ* tam rem eri *Vssingius praeeunte* rem eri tam ℟. re . . eri *c. ras. Ba.* rẽ eri *BbCD* (erorẽ). rem heri *FZ* (*)

969. quam ſi ipſe adſit *B ex ras.* Quã ſiipſeaſſit *CD.* quam ipſi ipſe adſcit *Ba* (*) 971. cui *libri* modeſteſitũ *B* eſt *libri* (*)

Réccordetur íd, qui nihili súnt quid eis pretí
Détur ab eris suís ignauis ímprobis uirís.
Vérbera, compedés, 974
Mágna crux, molaé,
Lássitudó, fames, 975
Frígus durum.
Haec prétia sunt ignáuiae: 976
Id égo malum metuó male.
Própterea bonum ésse certumst pótius quam malúm. 977
Nám eo exemplo séruio, 978
Térgo ut in rem esse árbitror.
Magis múlto patior fácilius ego uérba, uerbera ódi, 979
Nimióque edo lubéntius molitúm quam molitum praehíbeo.
Proptérea eri imperium éxsequor, bene ét sedate séruo id:
Atque íd mihi prodest: álii sese hilarént, ita ut in rem esse dúcunt sint:
Ego íta ero ut me esse opórtet.

---

972. Reccordetur ☙. Recorde cordeť *B*. recordeť *CDFZ* iiſ *BDZ*. uiſ *C*. hiſ *F* ꝑtii *B*. pretii *Dc*. precii *DaFZ*. precu (precudetur) *C* (*) 973. eris suis ☙ ſuiſ eriſ *libri, nisi quod* ereiſ, *ut vid., B ante ras.*, heriſ *FZ* ſignauiſ *B ante ras.* (*) 974—977. *Sic constituit* ☙ (*v. 977 cum Bergkio*) *duce B, qui habet:*

Verbera . compedeſ . Mole magna (gna . *e corr. Bb*)
Laſçituto . fames . friguſ durũ . Hęc ꝑtia ſunt ignauię.
Id ego male malũ metuo . ꝓpterea bonũ ꝗ certũ ſt potiuſ quã malũ.

itemque ceteri, nisi quod Molę *Z*, laſſitudo *CDFZ cum Bb*, Hęo *CDa* (Hęc *Dc*), precia *CFZ*. p̃cia *Da*. p̃tia *Dc*, id ergo *C*. Ideo ego *F*, certũſt *CDZ*. certum eſt *F*, pocius *C*

Post v. 977 hunc habent libri:

Nam magiſ multo patior faciliuſ uerba uerbera ego odi,

nisi quod pacior *Da* (*corr. Dc*), ũba *B*, egodi *Ba* (*corr. Bb*): *ubi* ego *traiecit* ℟ *deleto* Nam: *quo servato huc transposuit* ☙ (*post v. 980* ℟) *quem ante v. 986 libri exhibent versum:*

Ego exemplo ſeruio tergo ut in rem eſſe arbitror,

ubi pro Ego *Gruterus* Eo, tergo *B solus*. terge *CDF*. tergi *Z*, arbitor *Da* (*) 980. libentiuſ *CD* (*non B*) molitum Quã mollitum *CD* ꝑhibeo *Ba*. ꝓhibeo *BbCD*. perhibeo *FZ*. praebeo *Saracenus* (*)

981. exſecor *Bb*. exequor *CDFZ* ſeruo id *BbCDFZ*. ſeru . *Ba*

Ceterum v. 981—983 *sic B:*

Ꝑpterea eri imperiũ exſecor bene & ſedate . ſeruo atq' mihiid ꝓdẽ
Aliiſ ꝗ ita ut inrem ꝗ ducunt ſint. ego ita ero ut me ꝗ oport&.

ubi v. 982 id atque (*ex* adq' *Da*) id mihi prodeſt *CDFZ*, alii sese hila-

Metum id míhi adhibeam, culpam ábstineam a me, ero ut
ómnibus in locis sím praesto. 984
[Seruí qui quom culpá carent metuont, eí solent esse eris
útibiles:
Nam illí qui nil metuónt, postquam malum prómeriti, tum
aequé metuont.]
Metuam haúd multum: propest quándo erus, sic si fáciam,
pretium exsóluet. 985
Postquam ín tabernam uása et seruos cónlocaui, ut iússerat,
Ita uénio aduorsum. núnc foris pultábo, adesse ut mé sciat.

---

rent, ita ut ℬ. aliiſ ee ita ut *cum Ba* (ſ *erasum*) *DFZ*. aliiſ ita eſſe ut *C*. alii ſe eſſe ita ut *codd. Lambini*, eſſe ducunt. ſin ego *CD*, *sed* ſint *D ante ras.* eſſe dicunt. ſin ego *FZ* (ducunt *codd. Pylades*), *v.* 983 ita *om. CDFZ* (*) 984. mecum *FZ* (metum *etiam codd. Pyladis*)
Adhibeam, d *ex* u, *ut vid.*, *Db* culpam *C*. culpã *BaD*. culpa *BbFZ* a me ℬ. *om. libri* (*inter* am e) ſim preſto *libri*, *nisi quod* ſĩ. preſto *ex* inpreſto *Bb* *Post hanc vocem duos hos exhibet Ba:*
Serui qui cum culparent & metuo ni ſolent ee eriſ ut ibileſ
Nam illi qui nihil metuunt. poſtquã malũ ꝓmeritũ que ei metuunt. *ubi* cum *om. reliqui*, culpa carent metuunt ⊢i ſolent *Bb*. culpa carent et metuunt ſolent *reliqui* (ſolent *D*) *[quo adsciscendum* ei *in alt. v. iuxta* metuunt *excurrens]*, utibileſ *BbCDFZ*, poſtquã *cum CD etiam codd. Pyladis*. priuſquam *Z*. poſt *F*, ꝓmeritũq⁹ ei metuunt *etiam CD*. promeritum eſt metuunt *Z*. promeritumſt metuant *F*. promeriti tum aeque metuont ℬ (promeriti sunt tunc m. *Pylades*). *Quos versus perperam huc translatos esse e Mostellariae act. IV initio* (*v. 858 sqq.*) *Hermannus vidit Elem. doctr. metr. p. 310, ubi sic habet B:*

Serui qui quo.culpa carint. tamen malum metuunt.
Hii ſolent//////////// eſſe eriſ utibileſ
Nam illi qui nihil metu.nt poſtquam ſunt malum meriti
(Stulta ſibi expetunt conſilia),

ubi quom *CD*, carent *Dc*, Hu *C* (Hi *FZ*), ſolent eſſe *sine spat.* (*ex ras.*) *et* metuunt *CD* (*) 985. Metuam haud *Pylade duce* (*qui* metuam *ex 'codd. ant.' sumpsit*) *Gruterus*. Metum aut *BCD*. Metum haud *F*. Mecum haud *Z* prope eſt *CDFZ*. ꝓpe eſ *B* quando erus, sic si faciam ℬ. quando ceruſo faciam *libri* (*etiam Pyladis*), *nisi quod* fatiam *B* p̄tium *B*. p̄ciũ *C*. precium *FZ* (*non D*) exſoluꝗ *B*. exoluet *CDFZ* *De versu qui sequitur in libris cf. ad v. 977 sq.* (*)
986. poſtqua *C* tabnam *B* uaſa et *FZ cum B corr.* uaſa-ſed *B*. uaſ ſed *CD* collocaui *CDFZ* (*non B*) 987. aduerſum *B CDF* meſciat *B ex corr. D*. miſceat *B ante corr.* *Ante versum* 988 *lacunam signavit* ℬ *ad hoc exemplum explendam:*

* * * * * * * *

Néque uirum ex hoc sáltu damni sáluom ut educám foras.
Séd metuo ne séro ueniam dépugnato proélio.

SENEX. MENAECHMVS I. LORARII. MESSENIO

SENEX

Pér ego uobis deós atque homines díco, ut imperiúm meum 990
Sápienter habeátis curae, quae ímperaui atque ímpero.
Fácite illic homo iam ín medicinam ablátus sublimén siet,
Nísi quidem uos uóstra crura aut látera nihili pénditis.
Cáue quisquam, quod illíc minitetur, uóstrum flocci fécerit.
Quid státis? quid dubitátis? iam sublímen raptum opórtuit. 995
Ego íbo ad medicum: praésto ero illi, quóm uenietis.

MENAECHMVS

Óccidi.
Quid hoc ést negoti? quíd illisce homines ád me currunt, ópsecro?

Néqueo facile cómminisci ut hánc deludam múlierem

988. uirum *Bothius*. utrum *BCD*. meum *FZ* ſaluom *B*. ſaluum *CD*. alium *FZ* ut educam foras *Pareus*. ute duo anfora *BCD*, *nisi quod* ut eduo *C*, uteduo *D*. eluo anfora *Z*. eluo amphora *F* (*)

989. ſero *rasura ex* ſeruo *B*, *ex* ſerb, *ut vid.*, *D* proelio *Z et*, r *ex* ſ, *ut vid.*, *inter scribendum*, *D*. p̄lio *B*. prelio *CF* (*)

Act. V Sc. 7 SENEX MENECMVS ADOLESCENS. LORARII. MESSENIO SERVVS *B ita ut initio* SER *erasum mox* MEN *super* AD., MES. *super* SERV. *scriptum sit*. SENEX · ADOLESCENS · LORARII · SERVVS *rubr. in D ex eisdem nominibus a Db scriptis. unius v. spat. C.* Senex. Menechinuſ. Lorarii. Meſſenio *F et, addito* ſeruuſ, *Z*

991. curę quę *B*. cureq; *C*. curęq' *Da*. cur ęq' *Dc*. ut que *F*. utq' *Z*. curae: quaeque *codd. Pyladis* 992. facile *Z* ſublimen *BF*. ſublimem *CDaZ*. ſublime *Dc*. ſublimiſ *codd. Pyladis* ſ. & *c. ras. Ba*. ſi& *Bb*. 993. uſra *BCD*. ueſtra *FZ* nihil *B*. nihilli *Z* penditi *Ba: corr. Bb* 994. Cauete *FZ* uoſtrum *omnes* 995. Qui *C* ſtatiſ *BbDbFZ*. ſatiſ *BaCDa* ſublimen *BCF*. ſublimem *DZ* oportum *CDa: corr. Dc* 996. p̄ſto *B*. preſto *CD* illi cum *BCD*. illic ut *FZ* AD *B*. Adoleſcenſ *Db sine spat.* 997. negotii *BZ*. negocii *reliqui* illisce *Brixius*. illic *libri* opſecro *CDa*. obſecro *BDcFZ* (*)

Quid uóltis uos? quid quaéritatis? quíd me circumsístitis?
Quo rápitis me? quo fértis me? perii. ópsecro uostrám fidem,
Epidámnienses súbuenite cíues. quin me míttitis? 1000

MESSENIO

Pro di ímmortales, óbsecro, quid ego óculis aspició meis?
Erúm meum indigníssume nescíoqui sublimén ferunt.

MENAECHMVS

Ecquís mihi suppétias audet férre?

MESSENIO

Ego, ere, audacíssume.
O fácinus indignum ét malum,
Epidámnii ciués, erum 1005
Meum híc in pacato óppido
Lucí deripier ín uia, 1006
Qui líber ad uos uénerit.
Mitti ístunc * * 1007

---

998. uoltiſ uoſ *D ex ras. FZ.* uoltiſ quoſ *BCD ante ras.* queritatiſ *BCD* circumſiſtitiſ *Dd marg. FZ.* circumſtitiſ *BaCD.* circumſtatiſ *Bb* 999. raptiſ *Da: corr. Dc* opſecro *Da,* obſecro *BCDcFZ* ueſtrã *BC.* urãm *D* 1000. Epidam nienſeſ *C.* Epidã menſeſ *B.* Epidannenſeſ *F.* Epidannienſeſ *Z* quin *BCDF,* '*membr. exempl.*' *Pii.* quid *Z* mit titiſ *D* 1001. MES. *FZ.* SER *B: et sic constanter.* Sacerenif *Db: del. Dc, ut vid.* ꝑ di immortaleſ *B.* Produm mortaleſ *C.* Prodummor taleſ *Da.* Pro^{h} dii ĩmortaleſ *Dc.* Pro dii immortaleſ *FZ* aſpitio *BC* 1002. indigniſſime *BCDcFZ.* indigitiſ ſime *Da.* indigniſ ſime *Db* quid *FZ* ſublimen *BCDaF.* ſublimem *DbZ* 1003. MEN.] AD *B: et sic constanter* mihi suppetias ꝑ. ſuppetiaſ mihi *libri, nisi quod* ſubpetiaſ *D,* ſuppeciaſ *C* audet ferre *BbDc.* aut et ferre *BaC.* aut etferre *Da.* audet afferre *FZ* ego] eo *Z* audaciſſime *BCDbFZ.* audaciſ ſime *Da* (*) 1004—1006. *Dimetris discripsit Geppertus, quos sic habet Ba:*

O facinuſ indignũ & malũ epidam nii . ciueſ · erum
Meũ hic inpacato opido lucideri pierin uia qui liberat uoſ uenerit

ubi v. 1004 indignũ *ex* indignuſ *c. ras. C, v.* 1005 epidamnii ciueſ *Bb Dc.* epidam nuciueſ *CDa.* epidamnii ciueſ *FZ,* paccato oppido *Z.* pacato opido *etiam CDF, v.* 1006 luci deripier in uia *FZ.* lucideri pierinuia *etiam CDa.* lucide rapier in uia *Bb.* lucide eripi et cum ui *Dc,* liber ad *BbDcFZ.* liberat *etiam CDa* (*) 1007. Mitti istunc (*cum lacuna exempli gratia per* actutum uolo *explenda*) ||

MENAECHMVS

Ópsecro te, quísquis es, aduléscens, operam mi út duis
Neú sinas in me ínsignite fíeri tantam iniúriam. 1008

MESSENIO

Ímmo operam dabo ét defendam et súbuenibo sédulo.
Númquam te patiár perire: mé perirest aéquius. 1010
Éripe oculum istí, te ab humero quí tenet, ere, te óbsecro.
Hísce ego iam seméntem in ore fáciam pugnosque óbseram.
Máxumo hercle hodié malo uostro ístunc fertis. míttite.

MENAECHMVS

Téneo ego huic oculúm.

MESSENIO

Face ut oculi lócus in capite appáreat.
Vós scelesti, uós rapacis, uós praedones.

LORARII

Périimus. 1015
Óbsecro hercle.

MEN. Opsecro ☙ *duce A, in quo* OPSE*ROTE *apparuit ab initio versus (noni paginae usque ad hunc locum prorsus detritae), ubi voci* obſecro *praemittunt* Mittitiſ tunc *BaC.* Mitti iſtunc *B ex rasura et lineola minio ducta.* Mittitiſtunc *D, ubi* A *praemisit Db,* Mittite iſtunc *corr. Dc.* Mittitiſ. ME. nunc *FZ* (Mittite iſtunc. MEN. *Gruterus*) quisquis es, adulescens ☙ (*cf. 1021. 1065. Pseud. 1141: facile hoc loco* ADOL. *ut personae nota omitti potuit*). quiſquiſ eſ *CFZ.* quiſ quiſ eſ *D.* quiſquiſ *B* mi ut duis ℟. mihi ut deſ *BbFZ.* mihi uideſ *BaCD* (*)
1008. NE— - *A* 1009. Sa *praem. Db* IMMO— — — *A* operam *Guietus.* et operam *libri* ſubueniębo *Bb* (*) 1010. N— *A* potiar *D ante corr.* me perire est aequius *Camerarius* (perire *cum Saraceno*). me deriref tecuiuſ *CD.* me derideref te cuiuſ *B.* me deriſ te citiuſ *F.* mederi te cuiuſ *Z* 1011. ER— *A* isti, te *Bothius.* iſti *libri* ⊢umero *B m. ead.* umero *CD* tenete rete *BC Da* (tenet *separ. Db,* ere *copul. Dc*). tenet here te *FZ* (*) 1012. ***CEEG— *A* Hiſce, H *in ras. C* ſementē *ex* ſemet ne *D* fatiā *B* (*contra* t *ex* c *D*) 1013. —ITE *A* Maximo *libri* hercle hodie malo *Bothius olim.* hodie malo hercle *BFZ.* hodiemalum hercle *C ante corr.* hodi malo hercle *C ex ras. et corr.* hodimaloher de *Da* (hercle *corr. Dc*) uoſtro *ex* uoſtru *D* (*)
1014. TENEOEG—RE** *A* A *praemittit Db,* AD *ante* Face (*non ab initio*) *habet B* 1015. ***S**L— *A* Sa *praem. Db* ſceleſti. uoſ, *erasa* ſ, *C* rapaciſ *BCDc.* rapatiſ *Da.* rapaceſ *FZ* p̄doneſ *B.* predoneſ *Z* Lora. *F.* lora *Z. om. B(CD) sine spat.* perimuſ *libri: corr. Camerarius* (*) 1016. *BS*C— *A* hercli *C*

MESSENIO

Míttite ergo.

MENAECHMVS

Quíd me uobis táctiost?
Pécte pugnis.

MESSENIO

Ágite abite: fúgite hinc in malám crucem.
Ém tibi etiam: quía postremus cédis, hoc praemí feres.
Nímis bene ora cómmutaui atque éx mea senténtia.
Édepol, ere, ne tíbi suppetias témperi aduení modo. 1020

MENAECHMVS

Át tibi di sempér, adulescens, quísquis es, faciánt bene.
Nam ábsque te esset, hódie numquam ad sólem occasum uíuerem.

MESSENIO

Érgo edepol, si récte facias, ére, med emittás manu.

MENAECHMVS

Líberem ego te?

Personas om. B(CD) sine spat. uobiſ] uoltiſ *F* tactioſt *B Dc.* tactioſi *CFZ.* tactio ſi (*vel* ſ) *Da* 1017. *EC*EPUGNIS#AGITEABITEFUGITEKINCIN——— *A* Plecte *FZ* pugniſ agite *om. pers. B* habite *BaCDa: corr. Dc* 1018. Em *Ribbeckius de partic. p. 33.* En *BCD* '*notabili exemplo*'. Hem *FZ* p̄mi *B.* premi *CD.* premii *FZ* 1019. Nimis *Bothius.* Nimiſ aut *BCD.* Nimiſ haud *FZ* hora *BCD* commutaui '*sunt qui legant*': *Pius* (*cf. Amph. 317 et* aut *antea excurrens, fortasse ex* ut *vel* aſ ut *olim suprascripto*). commetaui *BaC.* cõmeta ui *D.* commetaui *Bb.* commentaui *FZ* ſententia *C.* ſentencia *D* (*) 1020. Sa *praem. Db* temperi *R.* tempore *libri* 1021. At *BC, Scioppius Susp. lect. V 1.* Et *DFZ* aduleſcenſ *B.* adoleſcenſ *ceteri, cum rasura* (r *litt., ut vid.*) *inter* ſc *C* eſ, ſ *in ras. Bb* fatiant *B.* faciant *ex* facie . . *c. ras. C.* faciunt *Z* 1022. Namq; (*sic*) abſque *B.* Nam ſi abſque *Z* te eſſet *Lambinus.* te ee . *Ba.* te ee̅m *Bb.* te eſſem *FZ.* tedee̅t *C.* tedee̅& *D* A *ante* Hodie nũquam *Db* aſolẽ *C.* ad ſoliſ *B, sed* ſ *a Bb* occauſum *C* uiuere *Ba* (*) 1023. ——— ———NU *A* Sa *Db. spat. CDa* Ego *Z* hedepol *B* fatiaſ ere *B.* faciaſ ore *C.* faciaſ habere *Z* med *Bothius.* me *libri* emittaſ *C* (aſ *in ras. ex* eſ *ut vid.*) *DFZ.* mittaſ *B* 1024. ——— ———I#Q****ST *A* A *Db. spat. CDa* Liberẽ *BaDcZ.* Liberũ *Bb.* libertẽ *CDaF* te Sa *Db.* te# *C.* #*Da*

MESSENIO

Vérum: quando equidem, ére, te seruauí.

MENAECHMVS

Quid est?
Ádulescens, errás.

MESSENIO

Quid, erro?

MENAECHMVS

Pér Iouem adiuró patrem, 1025
Méd erum tuóm non esse.

MESSENIO

Nón taces?

MENAECHMVS

Non méntior:
Néc meus seruos númquam tale fécit quale tú mihi.

MESSENIO

Síc sine igitur, sí negas tuom me ésse, abire líberum.

MENAECHMVS

Meá quidem hercle caúsa liber ésto atque ito quó uoles.

MESSENIO

Némpe iubes?

---

post uerũ *suprascr.* e *Bb* quando equidem *Muellerus Pros. p. 935 sq.* quando quidem *BC (cf. Bb antea).* quandoquidem *DFZ* A *ante* quid eſt *Db, spatium post* quid eſt *C* quidẽ *B* (*) 1025. ——UR****RĒ *A* Aduleſcenſ *B.* adoleſcenſ *CDFZ* eraſ ‖ Quid ero p *Da.* eraſ ‖ Sa Quid ero p *Db* iouẽ, i *ras. ex* t, *ut vid., D,* ioı *ex* uen, *ut vid., c. ras. corr. C* 1026. ——IOR *A* Med *Bothius.* Me *libri* tuum *libri* eſſe ñtaceſ. *D.* eſſe netaceſ *C: cf. ad v. 1027* ñmencior *Da* (mentior *Dc*) (*) 1027. ——ETUMIKI *A* Nec meuſ ſeruuſ *BD* (ſer uuſ) *FZ.* Neconſeruuſ meuſ *C* numquã *B.* umquam *CFZ.* unquam *D* talẽ fecit qualẽ (˜˜ *er.*) *Ba* (*) 1028. Sa *praem. Db* ——LIBERŪ *A* si negas tuum me esse *Brixius olim.* ſi tuum negaſ me eſſe *BCD* (*uncis verba haec incl. Da*) *Z.* ſi ſic negaſ me eſſe *F* (*) *Post v. 1028 sequuntur in BCDZ versus 1037—1043 suo loco redeuntes. Omisit h. l. et A et Z, nisi quod versui 1028 post* liberũ *etiam adhaerent* cũ uiatico *verba* 1029. ME. *Z. om. BF* ——OLES *A* herde *C* atq; ito *Bb.* at quito *Ba.* atque abito *Z*

MENAECHMVS

Iubeo hércle, si quid ímperist in té mihi. 1030

MESSENIO

Sálue, mi patróne. — 'quom tu líber es, Messénio,
Gaúdeo.' — credo hércle uobis. — séd, patrone, te ópsecro,
Né minus imperés mihi umquam, quám quom tuos seruós fui.
Ápud ted habitabo ét, quando ibis, úna tecum ibó domum.

MENAECHMVS

Mínume.

MESSENIO

Nunc ibo ín tabernam, uása atque argentúm tibi 1035
Réferam. rectest óbsignatum in uídulo marsúppium
Cúm uiatico: íd tibi iam huc ádferam.

MENAECHMVS

Adfer strénue.

MESSENIO

Sáluom tibi ita, ut míhi dedisti, réddibo: hic me máne modo.

1038. *Nonius p. 476, 25 M.:* reddibo pro reddam. Plautus . . . .

1030. ——————NTEMIKI *A* Sa *praem. et mox* A *suprascr.* *Db* ſiquid *B* imperii eſt *BCZ.* imperiiẽ *D.* imperii eſ *F* 1031. *Nihil apparuit in A* cum *libri* libereſ *BCZ* (*) 1032. ——————NETEOP——— *A, ubi personarum spatia spatium non admittit* gaudeo ‖ Credo *CD.* Gaudeo SER credo *B.* gaudeo MES. credo *FZ* ercle uob, *alt.* e *ex* o, *C* obſecro *BCD FZ* (*) 1033. ——————FUI *A, qui ceteris certe non auctior fuisse videtur* Neminuſ *B* mihi umquam quam quom *B.* mihi quam cum *libri* (cũ *D et,* ˜ *evanida, C*) tuuſ ſeruuſ *libri* (*) 1034. ——————IBODOMU (˜ *in fine non apparuit*) *A* apud *ex* adud *C, ex* aput *D* ted *Guietus.* te *libri* 1035. ——— BO***ABERNAUASAATQ·ARGENTUMTIBI *A* (*vix* TABERNÃ) Sa *Db in spat.* Minime *libri spat. ante* nunc *C* (*non D*) uaſſa *Bb* atque *B cum A.* at *C.* ad *D.* et *FZ* ibi *Z* (*) 1036. R**ER——— ——— *A* recte eſt *libri, nisi quod* A *praem. Db s. sp.* obſignanũ *C* marſupium *BFZ* *Sequitur in BCDFZ versus 1044, suo loco iteratus, hic deletus a Pylade. In A quoque duo versus inter v. 1036 et 1038 sunt, quorum nihil legi potuit: ubi tamen etiam de versu 1037 bipartito cogitari potest. Versuum 1037 sqq. in priore loco (cf. ad v. 1028) scripturam additis circulis signavimus* 1037. Quom *(B)* uiatio *C.* iuatico *(D)* id *CDa (F):* Sa *praem. Db s. sp.* SER id *B.* AD id *(B).* MES. id *FZ* iam huc *B (BCD).* huc *CF et, in ras. paulo longiore, D.* iam nunc *(F)Z* adferam *B (B).* afferam *reliqui* MEN. *F(F)Z.* AD *B.* SER *(B).* A *Db (Db). spat. (CD)* adfer *B (B).* affer *reliqui, nisi quod* affert *(C)* 1038. SAL——— *A* SER *B. om. (B)* Saluom *B(B).* Saluum *reliqui cum Nonio* tibi ita

MENAECHMVS

[Nímia mira míhi quidem hodie exórta sunt mirís modis.]
[Álii me negánt eum esse quí sum atque excludúnt foras.] 1040
Étiam hic seruom esse sé meum aibat, quem égo modo emisí manu
* * * * * * * *
Ís ait se mihi állaturum cum árgento marsúppium:
Íd si attulerit, dícam ut a med ábeat liber quó uolet,
Né tum, quando sánus factus sít, a me argentúm petat. 1045
Sócer et medicus me ínsanire * * * * *

---

idem in Menaechmis 'saluum .... reddibo': *cf. Reblinius p. 53, Caesar p. 39*

BCD, Nonius. tibi itē *(B).* itē tibi *(CDF).* tibi *FZ* reddibo *Nonius.* reddebo *(B) et, cum lacunula post eam vocem, (C).* redhibeo *C et margo (C) F(F)Z.* red.hibeo (*eraso* ', *ut vid.*) *D.* redhibeo[t] reddebo *(D): alt. exp. (Dc).* ſed habeo *B* hic me mane modo ꝑ. hic me mane *(CDF)Z.* hic mame *(Ba).* hic mane *(Bb).* hic (*nihil praeterea*) *BCF et, cum spat. in fine v., D* (*) *Post hunc versum in A sequitur in quo* AL *apparuit initio* (*ut v.* 1039 *aut non habuerit aut alio loco habuerit A, ut vid.*) *ac dein* (*ante v. 1046, ut vid.*) *octo versus, in quibus nihil apparuit* 1039. AD *(B).* A *Da* Nimia *ex* Nimii *B m. cad.* hodie *B. om. (BCDF)* miriſ *(BCDF).* multiſ *BCDFZ* (*) 1040. *Hunc versum del. Kayserus cens. p. 417 sq.* eū *D(D). om. FZ* qui ſumat que *(Ba).* quiſum atque *(Bb)* excluſum[t dunt] *Bb* (*) 1041 *sq. Sic constituit* ꝑ (*cum eiusmodi supplemento:*

Quamquam nusquam ante hunc diem uidi: certo non sanust satis)

quorum haec est scriptura in (BCDF):

Vel ille qui ſe petere modo argentū . modo qui ſeruom ſe meū
Eſſe aiebat . quem ego modo emiſi manu,

nisi quod v. 1041 quiſepe te reargentū *(Ba).* qui ſe petere argentum *et in marg.* modo *(Bb) et* ſeruū *(CDF), v.* 1042 alebat *(Ba) et* modo ego *(F). Pro his autem duobus versibus unum hunc BCDFZ exhibent:*

Etiam hic ſeruom eſſe ſe meum aiebat quē ego emiſi manu

ubi ſeruum *CD* (*) 1043. mihi *B(B). om. reliqui* allatorū *(Bb)* cum] arcū *Bb.* c̄ *(C)* marſoppium *C.* marſopiū *(B).* marſupium *BF(F)Z* (*) 1044. *Recte hic redit, qui iam post v. 1036 scriptus erat in libris* AD *praem. (B),* MEN *(F)* Ipſe ſi adtulerit *Bb, non (B)* med *Bothius.* me *libri* abeat *D ex ras. FZ(BbCDF).* labeat *D ante ras.* habeat *BC(Ba)Z* lib *C(C)* 1045. Ne tum *Lambinus.* Nec dum *B.* Nedum *reliqui* a me *om. Z* 1046. *Sic constituit* ꝑ *cum lacuna ad hoc exemplum explenda:*

Socer et medicus me insanire ⟨praedicabant nec tamen

* * * * * dicébant quid sit. míra sunt:
Haéc nihilo esse míhi uidentur sétius quam sómnia. 1047
Núnc ibo intro ad hánc meretricem, quámquam suscensét mihi:
Seí possum exoráre, ut pallam réddat, quam referám domum.

1047. *Gellius N. A. XVIII 9, 4 sq.* (Insecenda quid esset quaeri coeptum . . . .). Alter autem ille eruditior nihil mendum, sed recte atque integre scriptum esse perseuerabat et Velio Longo, non homini indocto, fidem esse habendam, qui in commentario quod fecisset de usu antiquae lectionis scripserit non 'inseque' apud Ennium legendum sed 'insece': ideoque a ueteribus quas narrationes dicimus 'insectiones' esse appellatas. Varronem quoque uersum hunc Plauti de Menaechmis 'nihilo minus esse uidetur sectius quam somnia' sic enarrasse 'nihilo magis narranda esse quam si ea essent somnia'. Haec illi inter se certabant. Ego arbitror et a M. Catone 'insecenda' et a Q. Ennio 'insece' scriptum sine u littera. . . . . Nam quod in uersu Plautino est 'sectius quam somnia' nihil in alteras partes argumenti habet. *Cf.* ℞ *Prol. Trin. p. LXXV, Bergkius 'Beiträge' p. 158 sq., Nettleshipius 'Journ. of phil.' XI p. 109 (= 'Lect. and Ess.' ed. Oxon. a. 1885 p. 369): qui mire excogitavit* Haec nihilo est mage ut uidetur sectio (*vel* H. n. mage u. u. sectiost) quam somnia *et mox* quod in uersu Plautino est 'sectio (est) quam somnia': *quod. neque cum Varronis explicatione neque cum ipso loco concinit* (*quaenam enim est narratio apud Plautum?*). *Varronem per* nihilo magis *reddere* nihilo setius (*eodemque spectare* minus *apud Gellium interpolatum*) *luce clarius est — etsi Vahlenus negat omnino* setius *illum legisse — videturque Gellius obiter inspecto Velii loco ad* se(c)tius *traxisse quae ad aliquam 'secendi' formam in eodem versu a Varrone lectam pertinerent. Fuit fortasse velut* mira sunt Et nihilo haec (*vel* sunt. Nihilo haec mihi) uidentur sectu setius quam somnia, *ubi 'sectu (esse)' coll. 'usu (esse)' potuit Varro enarrare per 'narranda esse', cum rectius 'sectu' = dictu scil. 'mira esse' enarrasset.*

Quor pro insano haberent me⟩ dicebant quid sit. mira sunt quid ſi *F iungens* quid ſi mira ſunt haec *In A sub finem alterius supra v. 1048 versus* UNT *litterarum ligatura apparere visa est, nihil versu sequenti* (*) 1047. Hęc *BCD. om. Gellius* eſſe mihi uidentur *BCD.* mihi eſſe uidentur *FZ.* minuſ eſſe uidetur *Gellius* ſetiuſ quam *CDZ.* ſed uſquam *Ba.* ſecuſ quam *Bb.* ſeciuſ quam *F.* ſectiuſ quam *Gellius* ſomna *B.* ĩſomnia *Z* *Cf. testim.* (*) 1048. ATN**Q ——— *A, qui fortasse* At nunc ibo ad *habuit pro* Nunc ibo intro ad quan quã *CD* ſuſcenſ et *BaC.* ſuſcenſed *Da.* ſuccenſet *BbDcZ.* ſuccenſerit *F* 1049. SEIPO——— ———OMUM (MUM *per ligaturam*) *A* Si *BCDFZ* reddet *C ante corr.*

MENAECHMVS II. MESSENIO

MENAECHMVS

Mén hodie usquam cónuenisse te, aúdax, audes dícere, 1050
Póstquam aduorsum mi ímperaui ut húc uenires?

MESSENIO

Quín modo
Éripui, homines quóm ferebant té sublimen quáttuor,
Ápud hasce aedis. tú clamabas deúm fidem atque hominum ómnium:
Quóm ego accurro téque eripio uí pugnando, ingrátiis.
Ób eam rem, quia té seruaui, me ámisisti líberum. 1055
Quom árgentum dixí me petere et uása, tu quantúm potest
Praécucurristi óbuiam: ut quae fécisti, infitiás eas.

MENAECHMVS

Líberum ego te iússi abire?

MESSENIO

Cérto.

Act. V Sc. 8 M————US - - - - - *A* (MENAECHMUS, *ut vid., ab initio versus*). Menaechm̃ meſſenio *versu singulari ac dein* MENECHM' ADOL̃. MESSENIO. SOSICLES· *B.* MENECHM' SOSICLES MESSENIO SERVVS *rubr. in D erasis eisdem nominibus a Db scriptis itemque, sed* Menęchinuſ Soſideſ, *Z.* Menechinuſ. Meſſenio *F. unius v. spat. C* 1050. TUMEKO*****QUAM*O*UE*IS***U*****DESDIO— *A* te *B. om. reliqui cum A, ut. vid.* (*) *Quartum ab hoc versum cum medium inter quattuor quorum legi nihil potuit habere videatur A ante v. 1056, aut ordo aut ipse contextus horum versuum alius fuerit oportet neque improbabile est v. 1053 sq. inversos illum exhibuisse* 1051. aduorſum mihi *libri* (Aduor ſum *D*) MESSEN. *CDa in spat. om. Z* quomodo *B* 1052. quom *R.* qui *libri* ferebant te *Gruterus.* te ferebant *libri* ſublimen *BF.* ſuplimem *C.* ſublimem *D Z* quatuor *libri* (*) 1053. haſcę *D.* haſ ce *C* ediſ *CF.* hędiſ *Da.* haedeſ *Dd* 1054. ——— ————IS *A: vide ad v. 1050* Qum *BD.* Quin *CZ.* qn *F* te q . . *c. ras. Ba.* te q; *Bb.* tequę *D* ui pugnando *Camerarius.* uel inpugnando *B.* oppugnando *reliqui* ingraciiſ *C.* ingratiſ *FZ* 1055. Obeatam rẽ *Ba:* at *exp. Bb* mea miſiſti *D:* a *exp. Dc* 1056. Cum *BCD* argento *B* poteſt *BaDaFZ.* poteſ *B ex ras. CDc cum A, ut vid., in quo* s *in fine versus apparuit* (*) 1057. ——— - — —s *A* p̄cucurriſti *D.* pręcucurriſti *C.* Precucurriſti *B.* percurriſti *FZ* utq' *BCD* infitiaſ *BD.* inficiaſ *CFZ* 1058. – ————— ———NCER*******ST *A* Sos *B.* SUSICLES *CD in spat.* abire certo cui *BCD, ubi personas*

MENAECHMVS

Quin certíssumumst
Mépte potius fíeri seruom, quám te umquam emittám manu.

MENAECHMVS I. MESSENIO. MENAECHMVS II

MENAECHMVS I

Si uóltis per oculós iurare, níhilo hercle ea causá magis 1060
Faciétis ut ego hinc hódie abstulerim pállam et spinter,
péssumae.

MESSENIO

Pro di ímmortales, quíd ego uideo?

MENAECHMVS II

Quíd uides?

MESSENIO

Speculúm tuom.

inser. FZ, quin *corr. Saracenus cum A, ut vid.* certiſſimũ ſt *B item-que ex* tertiſſimũſt *Dc.* certiſſimumſt *CZ.* certiſſimum eſt *F* (*) 1059. ——————ṆṮ *A* Mepte, *sed* p *corr. ex* n, *B.* meapte *CD.* Me a te *FZ* ſeruom *B.* ſeruum *ceteri, nisi quod* ſeruũ *rasura ex* ſeruiſ, *ut vid., D* unquã *CD* emit amanu *Ba.* emittãmanu *Bb.* emitteam manu *C*

Act. V Sc. 9 —— ——— - ——ḲMṮṢ, *ut vid.* (MU *per ligaturam*) *A.* . . . . . Menaechm' Meſſenio *singulari versu et mox* MENECHM' ⌉ FRAT̄ EIVS. MESSENIO SERVVS *B.* MENECHM' MESSENIO *rubr. in D delens initio* Me *et* Mes *adhibens a Db scripta.* Menęchinuſ. Meſſenio. Soſideſ Menęchinuſ *Z et, nisi quod* Soſicleſ, *F. unius v. spat. C. In ipsis sermonibus utrumque fratrem BZ eadem nota* (ME *B.* ME. *vel* MEN. *Z*) *significant: in F alter* Mene. *alter* Mene. (*sic*) *scribitur: de CD vide singulos locos et ad v. 1102. Ex editoribus primus distinxit Camerarius* ME. SV(*rreptum*) *et* ME. SO(*siclem*) 1060. —— ——
ḀGIS *A* M *Db* (*del.*) occuloſ *C* uira re *D* hercle *C* (*) 1061. Fatietiſ *B* hinc hodie ℞ *in adn.* hodie *BCDFZ: in A versus* (*post* SPINTER, *ut vid.*) *bipartitus fuit: unde probabile est ceteris eum auctiorem fuisse. Sed legi praeter incertas vocis* SPINTER *reliquias nihil potuit* abſtulerem *C* ſpinther *BCDF, cui voci* ? *adscr. Db* peſinae *Bb.* peſſume *F.* peſſime *DZ.* poſſime *C* 1062. ——————
——————ṮḶṮMTUŪ (UM *et* UU *per ligaturam*) *A* Pro^h *Dc* diimmortaliſ *CDa: separ. Dc.* dii immortaleſ *BFZ* #quid *CD* uideſ ſpeculum *s. sp. CD* tuum *libri cum A* (*)

MENAECHMVS II

Quíd negotist?

MESSENIO

Tuást imago: tám consimilest quám potest.

MENAECHMVS II

Pól profecto haud ést dissimilis, meám quom formam nóscito.

* * * * * * * *

MENAECHMVS I

Ó adulescens, sálue, qui me séruauisti, quísquis es. 1065

MESSENIO

Ádulescens, quaeso hércle, eloquere tuóm mihi nomen, nísi piget.

MENAECHMVS I

Nón edepol ita prómeruisti dé me, ut pigeat óbsequi
Quaé uelis. mihíst Menaechmo nómen.

1063. negoti *D.* negoci *C.* negotii *B.* negocii *FZ* eſt *libri* (*om. sp. CD*) tua eſt *FZ.* tumſt *D et* (tum ſtimago) *B.* tumeſt *C* inmago *D* consimilest ☞ (*cf. ad Truc. 505. 507, Amph. 537, al.*). conſiliaeſt *CD.* conſi! ..... *Ba.* conſimiliſ ÷ *Bb itemque, sed* eſt, *FZ.* consimilis, *ut vid., A, in quo apparuit* ——————LIṢQU****T*ST

1064. ME. *om. F* havdeſt *C* (v *in ras. paulo maiore ex* de, *ut vid.*). haud *Z* mea *CD* quom formam *Acidalius praeeunte* formam quum *Pylade.* quã formã *CD.* quam formã *Ba* (q²ụạm *Bb*). formam *FZ* noſ ſcito *Ba: corr. Bb* (*) *Inter versuum 1063 et 1065 reliquias tres versus sunt in A, in quibus nihil nisi* M *sub medii finem legi potuit: unde patet praeter v. 1064 in A duos alios exstitisse aut unum bipartitum. In ipso autem versu* 1065 – ———Q———Q*** QṲIṢ—— -- -- *ita apparuit, ut ante primam et alteram* Q *ceterorum scriptura paulo excedere spatium videatur et aliquid post* quisquis es *exstitisse. Quae conformatio illustretur velut hoc exemplo:*

MES. Est lubido adire hominem. MEN. II. Adeas. MES. Salue multum, ‖ quisquis es.

MEN. I. Et tu edepol, qui me seruasti, quisquis es, saluos sies.

1065. ME *del.* SoS *Db* aduleſcenſ *B: non item proximo v.* adoleſcenſ *utroque reliqui* ſeruauiſti *B.* ſeruaſti *CDZ.* ſaluaſti *F: de A vide antea* 1066. MES *Db* quęſo *Z.* queſo *BDbF.* queſ *Da.* quiſ *C* ercle *C, ante quam vocem* M, *ut vid., erasum* eloquere *Fleckeisenus.* loquere *libri* tuum *libri* piget *DF.* piger *Bb.* pier *C.* pigeſ *Z* (*corr. Scutarius*) 1067 *sq.* edepol ita *Bb, Camerarius.* me depolita *Bb.* me edepol ita *reliqui* obsequi ‖ Quae uelis. mihi ☞ *coll. Ter. Phorm. 79 praeeunte* quae uelis ‖ Obsequi. mihi *Vahleno.* quae uelis ‖ Mihi *libri* (que *Ba*) eſt *libri* menęc h mo *C.* menechmo *BD ante*

MENAECHMVS II

Immo edepól mihi.

MENAECHMVS I

Sículus sum Surácusanus.

MENAECHMVS II

Ét mihi illi patriást domus.

MENAECHMVS I

Quíd ego ex te audio?

MENAECHMVS II

Hóc quod res est.

MESSENIO

Nóui equidem hunc: erus ést meus. 1070
Égo quidem huius séruos sum, sed méd esse huius crédidi.
Égo hunc censebam téd esse: huic etiam éxhibui negótium.
Quaéso ignoscas, sí quid stulte díxi atque inprudéns tibi.

MENAECHMVS II

Délirare míhi uidere. nón commeministí semul
Té hodie mecum éxire ex naui?

MESSENIO

Énimuero aequom póstulas. 1075
Tú erus es: tu séruom quaere. tú salueto: tú uale.
Húnc ego esse aió Menaechmum.

---

ras. menaechm̃ *Db.* menęchinuſ *FZ* ME *Db in spat.* mi *C c. spat. in fine v.* (*) 1069. Si c . . duſ *c. ras. Ba.* Si culuſ *Bb.* Syculuſ *D* ſiracuſanuſ *BCDZ* et mihi illi patriast domus ☙. ea domuſ et patria eſt mihi *libri* (*) 1070. ME *Db, mox* SoS *et* MESSENIO *CDa* noui *B, Pylades.* noui ‖ Noui *CDFZ* meuſ, euſ *e corr. Bb* 1071. ſeruuſ *libri* med *Pareus.* me *libri* (*) 1072. ĉſebam *C* ted esse *Pareus.* te eſſe *BCDF.* eſſe te *Z* hunc *C* exibui *Ba Da:* ⌞*suprascr. Bb,* h *Dc* negocium *FZ* (*) 1073. Queſo *BCD* ſiquid *B* inprudenſ *BC.* imprudenſ *DF, codd. Pyladis.* imprudenter *Z* 1074. SoS *CDa* cõminuiſti, nui *ex* niv, *ut vid., corr., C* ſemul *B.* ſimul *CDFZ* 1075. e naui *Z* M *Db.*♯*CDa* enimuero aequom *B.* equũ *CF.* æ quũ *D.* ęquum *Z* poſtulaſ *C in ras.* (*) 1076. eſtu *Ba.* eſ♯tu *BbCDa, ubi* S *Db* ſeruom *BF.* ſeruũ *CDZ* quere *B.* quaere♯*D.* quę re♯*C* tu ſalueto tu *Bb.* tu ſalue totu *Ba.* ſalueto tu. tu *reliqui, nisi quod* tuuale *in ras. C,* ♯tu uale *D* 1077. MeS *praem. Db* aio eſſe *F*

MENAECHMVS I

At ego me.

MENAECHMVS II

Quae haec fábulast?

Tú's Menaechmus?

MENAECHMVS I

Mé esse dico, Móscho prognatúm patre.

MENAECHMVS II

Tún meo patré's prognatus?

MENAECHMVS I

Ímmo equidem, adulescéns, meo.

Tuóm tibi neque óccupare néque praeripere póstulo. 1080

MESSENIO

Di ímmortales, spem ínsperatam dáte mihi, quam súspicor.
Nám nisi me animus fállit, hi sunt géminei germaní duo:
Nam ét patriam et patrém commemorant páriter qui fuerínt sibi.

Séuocabo erúm. Menaechme.

MENAECHMI AMBO

Quíd uis?

MESSENIO

Non ambós uolo.

Séd uter uostrorúmst aduectus mécum naui?

---

menec hum·at ego *B*. menaechmum#at ego *CDa*, *ubi* SoS *Db* me quae *CD*, *ubi* Mef *suprascr. Db* que hec *Ba* (quę *Bb*) fabulaſt *B*. fabulaē *CD* (*) 1078. So *Db* Tuef *BCD* menechm̄ *B*. mẹnechmuſ *C* ME *Db*.#*om. CD* moſco *F*. meſco *C* 1079. S *Db* Tun meo *Pylades*. Tun ameo *B*. Tuñameo *C*. Tunā meo *DFZ* patre eſ *libri* MeS *er*. S *Db*.#*CD* adoleſcenſ *B CD* meo *CD ante ras. om. B*. nec *D ex ras FZ proximis iunctum* 1080. Tuum *libri* tibi nec *F* p̄ripere *B* (*) 1081. MES *CDa* Dū mortaleſ *CD*. Dii immortaleſ *BFZ* ſuſpico *BaCDa* (*) 1082. geminei *Ba*. gemini *BbDFZ*. gemui *C* 1083. patriam et patrem *Lipsius Epistol. quaest. IV 6*. patrem et matrem *libri* commorant *C* quę *Bb* fuerunt *DFZ* (*) 1084. Seuocabo *BC Da*. Sed uocabo *DbFZ* . . menechme, *eraso* ME, *B* MEN. AMBO *Camerarius*. ME *BDbZ*.#*CDa*. *om. F* MESSEN *CD* ñambo[f] *Da*. nāboſ *C* 1085. uostrorumst *Gruterus*. uoſtrū eſt *BC et*, *ex* ueſtro *corr.*, *D*. ueſtrum eſt *FZ* naui mecum *Z* MEN *CD* (*)

MENAECHMVS I

Nón ego. 1085

MENAECHMVS II

Át ego.

MESSENIO

Te uolo ígitur. huc concéde.

MENAECHMVS II

Concessí. quid est?

MESSENIO

Íllic homo aut merus súcophanta aut géminus est fratér tuos.
Nam égo hominem hominis símiliorem númquam uidi usquam álterum,
Néque aqua aquae neque láctest lactis, créde mi, usquam símilius,
Quam híc tuist tuque húius autem. póst eandem patriam ác patrem 1090
Mémorat. meliust nós adire átque hunc percontárier.

MENAECHMVS II

Hércle qui tu me ádmonuisti récte et habeo grátiam.

1089. *Priscianus inst. VI 20 p. 212, 6 H.:* in c duo sunt generis neutri 'lac lactis' — quod antiquissimi etiam 'hoc lacte' protulisse inueniuntur teste Capro, apud quem exempla inuenis (Plautus in Menaechmis: 'neque aqua . . . . similius') — et allec allecis: *cf. ad Bacch. v. 19*

1011. qui te tenet, here, te obsecro *Camerarius.* qui tenet te, here, te obsecro *Bothius ed. III.* qui tenet te, ere, opsecro (*et antea* istic ab humero) *Fleckeisenus.*

1013. malo hercule hodie uostro *Bothius ed. II,* malo hercle hodie uostro *idem ed. III cum Guieto.* hodie cum malo hercle uostro *Lomanus p. 18 simul* hunc *pro* istunc *substituens.* malo hercle uostro hodie *Brixius olim* (*vide Muellerum Pros. p. 317. 558*) *probante Koehlero de septen. troch. p. 45: at cf. Fleckeisenus Philol. II p. 84, Seyffertus Stud. Pl. p. 5, Brixius.*

1015. Vos scelestos *R: quam exclamationem non modo improbavit, sed ne intellexit quidem Vssingius male* agite, abite *ex v. 1017 ad* Vos scelesti *e. q. s. adhibens verba* Mittite . . . pugnis *Menaechmo continuans. At est* Vos scelesti *scil.* estis.

1019. Nimis sat ora *Bergkius Opusc. I p. 678.* Nimis bona hora *Vssingius Brixii de* commetaui *errorem notans.* — commentaui *def. Turnebus Adv. II 28, Acidalius.* carmentaui *vel* carminaui *Gulielmius Veris. III 20.* — *V.* 1020 *dubitabat Fleckeisenus an* tetuli *potius pro* adueni *scribendum sit. At cf. Lobeckius ad Soph. Aiac. 290. Ibidem adde R Opusc. III p. 246.*

1022. Nam absque ted esset, numquam hodie *R* (*etiam Nov. exc. I p. 23*)*: at cf. Muellerus Pros. p. 727, Bergkius 'Beitr.' p. 38 sq., al. V. Brugmanus Mus. Rhen. XXXII p. 485 sq. Iordanusque 'Krit. Beitr.' p. 308.* — *V.* 1023 o here, me emittas *Bothius ed. III abusus cod. C* (ore), *qui saepissime* e *et* o *permutat. Cf. Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 38 Schererusque de* QVANDO *part. p. 30 adn.* — *V.* 1024 *etiam* quando quidem te *om.* ere *proponebat Muellerus: at cf. Trin. 352. 991.*

1026. Mepte erum *Fleckeisenus.* Me quidem erum *Koehlerus l. s. s.* Memet erum *Vmpfenbachius melet. Pl. p. 26.*

1027. umquam tale faxit *Seyffertus Philol. XXIX p. 396, mire. Ceterum* numquam (*B*) *spreverunt omnes, vix recte: sed fortasse praestat* tale numquam fecit.

1028. *De* igitur *cf. Schererus p. 31 adn.* — si esse tuum negas me *R Proleg. Trin. p. CXLVIII.* si negas me tuom esse *Muellerus p. 204.* si tuum negas med esse *Brixius postea male deleto* Sic (*quamquam probat Koehlerus l. s. s. p. 64*). — *De versibus mox per errorem repetitis cf. Spengelius T. M. P. p. 49 sq.*

1031 *sq.* Messenio *et* uobis *del. Saracenus. Verba* cum tu . . . gaudeo SERVO ALII *Camerarius,* LORARIO *Scaliger,* TIBICINI *dubitanter Vssingius tribuebat, cum de ipsius Messenionis prosopopoeia Brixius paulo rectius cogitet. Interpolata e v. 1148 verba credens Ladewigius Philol. I p. 295 in unum versum contraxit talem fere:* MES. Salue mi patrone, amo te; sed, patrone, te obsecro. *Cum Balbachio Observ. crit. p. 29 sqq. dedit R:* MES. Salue mi patrone. quom tu liberas me serio, Gaudeo. MEN. credo hercle uero. *At cf. Lorenzius 'Jahresber.' XXII p. 79 Dombartusque 'Bl. f. bayer. G.' XVII p. 38 sq.* — *V.* 1031

—1034 *aliis versibus substitutos credit Sonnenburgius p. 38 sqq. Item v.* 1037 *sq. et v.* 1042 (*non* 1040). 1046. 1048 *secl.: cf. Langenus p. 156.*

1033. olim *post* tuus *inserebat Guietus, post* minus ℟ nunc, *Muellerus 'Nachtr.' p. 129* libero*: Fleckeisenus* mihi imperes *trai. 'Fortasse tamen praestat versus forma talis:* Né nunc minus mihi ímperes, quam quándo tuus seruós fui' ℟. *Versum non modo debilem, sed etiam sententiam mancam admittunt Vssingius aliique.*

1035. Mane me *pro* MEN. Minime. MES. *cum Acidalio* ℟, *ubi de* Meminens *vel* Minimo (*scil. pretio*) *item Messenioni continuando Bothius cogitabat. At* Minime (*quod artificiosius explicat Vssingius*) *sibi spectatoribusve dicit Menaechmus aptissime. Cf. ad v. 986* (uassa).

1038. reddebo *probatum Scioppio.* redhibebo *Gruterus. 'Valde dubii res iudicii quam disceptavit Struvius de decl. et coniug. lat. p. 149 sqq.' ℟, qui* tu *post* reddibo *suppl.: ubi* ibo *Palmerus Hermath. X p. 61,* omne *Vssingius.*

1039 *sqq. 'Nihil vel Acidalius profecit* At iam *pro* Etiam *proponens vel Kampmannus de reb. mil. Pl. p. 38. Nec Bothiana ratio placere potest, qui v.* 1046 *post v.* 1040 *traiecto scribit* Vel ille, qui modo sese aiebat petere argentum, qui meum ‖ Se modo esse aiebat seruom, quem ego modo emisi manu*: quae deletis, in quibus interpretis manus manifesta, coniunxi in versum* 1042 *antea de coniectura addens, qualem olim lectum esse cum sententia arguit tum proximorum scriptura' ℟. Itaque sic dedit:*

Nímium mira míhi quidem hodie exórta sunt mirís modis.
1040 Alii me negant eum esse quí sum, atque excludúnt foras,
⟨Alii me esse aiúnt qui non sum, ac séruos se esse mĕos uolunt:⟩
Vél ille qui se pétere argentum ait, quem égo modo emisí manu.

Vbi v. 1039 Nimia *vindic. Luchsius Herm. VIII p. 120, v.* 1040 (*cf. ad v. 1031*) *post Kayserum del. Langenus Philol. XXX p. 434 sqq. proxima sic contrahens:* Vel ille se esse seruom meum aibat, quem ego modo emisi manu (*item Brixius, sed* seruom se meum esse aibat, *et Vssingius, sed* seruom esse se meum aibat), *ubi Kayserus temptabat:* Vel ille qui se petere argentum ait, modo qui se seruom meum ‖ Esse aiebat, ⟨alienum⟩ quem e. m. e. m., ‖ ⟨Non uidetur sanus esse: tam ridicule se gerit⟩, *Onions vero p. 73:* Vel ille qui se uasa aiebat petere et argentum modo, Qui seruom se meum esse aiebat, quem ego m. e. m., Is *e. q. s. De vera loci restitutione etsi desperandum erit cum Vahleno, tamen cum v.* 1039 *hoc loco omittere videatur A, versus autem* 1040, *quem habere videatur quique socium necessario sibi postulet, — nisi ex alia omnino comoedia adscriptus sit — in hac fabula non possit non alterius Menaechmi esse (cf. Act. V Sc. 2, ubi alium habent et Matrona domum fugit occludens), accedente ipsorum versuum dittographia ac discrepante, ut vid., ambitu in A cogitari potest de tali illius oratione post v. 1059 habenda:*

Nímia mira míhi quidem hodie exórta sunt mirís modis:
⟨Álii me uocánt benigne béneque accipiunt prándio,⟩
Álii me negánt eum esse quí sum atque excludúnt foras,
⟨Quási ego intromitti áb eis quos non nóui omnino póstulem⟩.
Vél ille qui se pétere argentum ait, módo quem ego emisí manu,
⟨Vt quidem credit, míhi uidetur ínsanire cum ómnibus.⟩

Talia vero propter ipsum parallelismum cum Menaechmi I versibus 1042 —1047 confundi poterant facilius.

1043. Is quod ait se ℛ. *Totum v. del. Vahlenus Mus. Rhen. XVI p. 635.* — *De v.* 1044 (*ubi possis* a me abetat liber *vel* a me liber abeat) *cf. Muellerus Pros. p. 737.* — *V.* 1045 suus *pro* sanus *cum Scaligero Casaubonus in Pers. Sat. V 88.*

1046. *Hunc v. del. Kayserus: cf. ad v. 1031. At contractum potius esse cum metrum tum mirum illud* quid sit, mira sunt *demonstrat, de quo cf. Beckerus in Studem. Stud. I p. 226. Pro* dicebant *Camerarius* aiebant *itemque* ℛ *coll. Mil. glor. 66* (*adde Baierum p. 149*). dicunt *Bothius.* — quid fit '*alibi legi*' *Pius dicit.*

1047. *Cf. ad testim.* Haec nihilo esse mihi uidentur sectius *servabat* ℛ: *cf. Prol. Trin. p. LXX. Adde Weihrauchium Philol. XXX p. 626.* secus quam *Vahlenus dedit de versu securus itemque de sermone: cf. Studemundus Vidul.*[2] *p 48* (*ad v. 33*). *De extremis versibus cf. ad v. 1031.*

1050. Tu(n) med hodie usquam conuenisse, audax, audes dicere? ℬ *duce A, praesertim cum* te *in B suppletum esse probabilius sit ex consensu codd. ACD in pronomine ex usu veterum omisso.*

1052. '*Frustra in his Lambinus, Acidalius, Pistoris elaborarunt. Totum versum sic Guietus:* Eripui te, homines sublimem quem ferebant quattuor'.

1056. potis *Fleckeisenus. Antea* qui te *pro* quin te *vulgata vitiose. De* eas *v.* 1057 *Brixii errorem corr. Wirtzfeldius de consec. temp. Pl. et Ter.* (*ed. a. 1888*) *p. 19.*

1058. quoin *pro* quin (cui) *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 34 admodum mire. Ceterum cf. Langenus Stud. Pl. p. 155 et vide ad v. 1039 sqq.*

1060 *sqq.* Sultis per oculos iurare *praeeunte Grutero* ℛ. Sultis per oculos iurate *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 129.* Si uel per oculos iuretis *Luchsius Herm. VI p. 275 itemque, sed* iuratis, *Brixius.* — *V.* 1062 Pro *del.* ℛ *addens:* '*Non est veri simile a tribus iambicis scaenam exorsam esse. Eosdem prorsus atque nos trochaicos septenarios Fleckeisenus restituit*'. *Iambicos probans v.* 1061 hocedie *suasit Bergkius Opusc. I p. 112, ubi* hinc *vel tale quid non tantum propter versum* (*et A*) *requiritur: nam* '*pallam*' *quidem* '*abstulit hodie*', *sed uxori abstulit.* -- *Ad v.* 1062 *cf. Ribbeckius in Woelfflini Archio II p. 122.* — *Retractatori tribuit v.* 1060 *sq. Sonnenburgius.* — *V.* 1063 consimilist ℛ. consimil east *Bergkius Opusc. I p. 678.*

1064. est haud dissimilis *Sigismundus de* HAUD *partic. p. 255 refutante Seyfferto* '*Jahresber.*' *a. 1883/5 p. 61.*

1067 *sq.* tu edepol *pro* me edepol *Muellerus* '*Nachtr.*' *p. 129, ubi* me *ad* '*pigeat*' *interpolatum esse monui.* — quae uelis ‖ Eloqui *cum Fleckeiseno* ℛ, *qui antea eadem via usus scripserat* quae uelis ‖ Respondere (*dein* mihi Menaechmost), *cum Kayserus cens. p. 420* pigeat quae uelis *defendens* Immo ⟨hoc nomen⟩ edepol ⟨est⟩ mihi *proponat.*

1069. Eadem pol patriast ℛ. Domus ea et patriast *Kayserus p. 420 sq.* Eadem urbs et patriast *Buechelerus Mus. Rhen. XII p. 133 dubitanter, quod confidentius receperunt Brixius Vahlenusque.* -Eadem patriast urbs *vel* Eadem patriast et *Vssingius. De* Ea demus patriast *fuit qui cogitaret.*

1071. huius me esse ℛ, *item Fleckeisenus post Kampmannum Annot. in Rud p. 33: at cf. Nov. exc. I p. 42.* me esse huiusce *Bergkius 'Beitr.' p. 51: at cf. Muellerus 'Nachtr.' p. 131* (*de* esse me huius *cogitans*) *Schmidtiusque de pron. p. 55 sq., quibus non obtemperavit Vssingius.*

1072. Húnc ℛ *del.* Ego (*quod sane facile ex v. 1071 repeti potuit*): *at cf. v. 222. 738, al.* — té esse|: huic ℛ *in edit. et praef.: at cf. Nov. exc. I p. 47.* — Ego censebam hunc esse ted *Kaercherus 'Prosod.' p. 65.* Ego censebam te esse hunc *Muellerus Pros. p. 319 sq., 558.* — exibui *praefert Brixius.*

1075. Te hódie mecum exíre ex naui | Énimuero ℛ, *ubi* Enímuero *Muellerus Pros. p. 580. De v.* 1076 *dubitantem Weidnerum refutat Seyffertus 'Jahresber.' a. 1881/2 p. 49.*

1077. Quae haec est fabula *Bothius itemque coll. Mostell. 937 Muellerus Pros. p. 580 sq.: recte, ut vid.*

1080. Tuum tibi ego ℛ: *cf. Mahlerus de pron. p. 18.* Nam tuum tibi *Fleckeisenus.* Tuum me tibi *Kochius Em. Pl. p. XII.*

1081. quam insperatam spem datis mi, ut suspicor ℛ *addens 'liberius sic conformavi, quae in libris sunt: quae non expedio.' Librorum scripturam def. Kretschmerus Qu. Pl. ed. a. 1863 p. 26 sq.* (*nisi quod* insperatam spem *male trai.*) *Brixiusque: ubi* mihi datis, quam *Langenus Philol. XXXIII p. 712,* dat mihi, quod iam *Vssingius.* — suspico *rec. Bothius: cf. Langenus 'Beitr.' p. 67.*

1083. matrem *vocari patriam 'elegantissime' credebat Meursius et crediderunt Meursio nonnulli.*

1085. Sed erum; uter *Bergkius Opusc. I p. 126.* Sed eum uter *Langenus Philol. XXXIII p. 712.* — uostrum est huc *Camerarius.* uostrumst hodie *Vahlenus coll. 1045* (*ubi* hodie exire *quadrat, cum* hodie aduectus *minus quadret*). *Possis* uostrumst, quist *vel* uostrumst tandem aduectus: *sed cf. Aulul. 321.*

1087. Illic aut homo est *Bothius.* Illic homo aut est ℛ: *'vix enim hiatum in caesura hunc probabis* Íllic homost aut súcophanta aút geminus fratér tuus': *cf. praef.* Illic homo hercle aut (*vel* Certo illic homo aut *vel* Illic homo aut pol) *Brixius.*

1088. Nam hominem *et* uidi ego alterum ℛ *cum Bothio addens 'scabros numeros Lingius de hiatu p. 57 probavit': at cf. Kaempfius de pron. p. 38 sq.* — homini *def. Vahlenus post Madvigium ad Cic. de fin.*[3] *p. 622 sq., provocans ad Munronis in Lucr. IV 1211 adnotationem, qua minime tangitur acuta Ritschelii observatio Opusc. II p. 331. 570 sqq. Cf ad Bacch. 19. Amph. 601.*

1089. lacte lactis, mihi crede, usquam similiust ℛ, mihi crede *cum Lingio: de quo cf. Schmalzius ad Reisig.-Haas. adnot. 618.*

1090. tis tuque huis autem *Weidnerus Advers. p. 11.* — poste ℛ: *cf. Opusc. II p. 546.*

1091. *De* hunce *cogitabat* ℛ, *de* meliust *vel* hunc *post* adire *traiciendo vel* accedere *corrigendo Muellerus Pros. p. 535, quibus commentis* hominem *pro* hunc *praefert Brixius,* melius nos adirest (*vix* meliust nos adbitere) ℬ. — *De* qui[n] v. 1092 *adde Kienitzium de* QVIN *partic. p. 9, de* QVI *partic. p. 560 sq.*

1094. Ét ego idem ℛ. Ét ego item *Seyffertus Stud. Pl. p. 13*

(*tacite*). Et quídem ego item *inter alia Muellerus Pros. p. 579.* Et égo quidem *Brixius coll. Capt. 572. Cf. v. 1107.*

1097 *sq.* dixisti: hic natust ibi ℛ *cum Pareo.* dixisti: ibidem hic natus est (*cf. C*) *Brixius in app.* dixti: hic ibidem natus est *Langenus Philol. XXXIII p. 713. Cum Seyfferto hoc versu, non insequenti, facit Vssingius, ubi* dixisti: huic *cum Pareo et Guieto* ℛ: *cf. Muellerus 'Nachtr.' p. 98. Ceterum v.* 1095—1098, *non* 1099—1110, *seclusit Vssingius ratione non addita: cf. Sonnenburgius p. 42 sqq., Ribbeckius p. 531, Langenus Stud. Pl. p. 157.*

1101. Tanquam si emeris me *cum Pylade Acidalioque* ℛ: *at cf. Muellerus 'Nachtr.' p. 8 Brixiusque.* — V. 1102 uos inuenturos, frater, *Pareus* (inuenturos fratres *servat Vahlenus!*). — germanos duo *Bothius: cf. ad v. 778.* — *V.* 1104 pollicitus *om.* es *def. Olsenus p. 88.* — *V.* 1105 *de B cf.* ℛ *Opusc. II p. 407.*

1107. Estne tibi *et* Estne item ℛ: *item Fleckeisenus.*

1112. ad mércatum. tum póstea *Camerarius.* una ád mercatum. póstea *Muellerus Pros. p. 558 coll. v. 27.* ad mércatum. ibi tum postea 𝔅. *Cf. Koehlerus de septen. troch. p. 45 male* utut *commendans.*

1113. med aberrare a patre *Buechelerus Mus. Rhen. XII p. 135 sq. improbante Langeno Ind. Monast. a. 1873 p. 8.* me deerrare a meo patre (*vel* a patre forte) *Muellerus Pros. p. 453 sq., 578.* med exerrare a patre 𝔅 (*cf. ad v. 31*). — huc *pro* inde *Schwabius p. 417 coll. v. 31 sq., Poen. 903.* — *V.* 1114 seruas me *Dousa coll. 1120: at eiusmodi exclamationes* (*cf. 'Hilf Himmel!'*) *saepius merum stuporem designant.*

1115. tum quom pater a patria te auehit ℛ *cum Fleckeiseno.* quom ted a patria auexit pater ℛ *olim, postea* patriad *suadens Noc. exc. I p. 64.* quom olim te pater a patria auehit *Wagnerus. Cf. v. 27.*

1117. unquam post illa ego *Camerarius.* meum umquam postillac *Muellerus Pros. p. 454.* numquam postillac *Brixius Ann. phil. CI p. 779 mox probans transpositionem* (*cf.* ℛ *Opusc. II p. 549. 551*). umquam postillac *Vahlenus!* — Quid? uostro *Lambinus.* Quid uostrorum *Gruterus.* Quid uos? tum *Seyffertus Stud. Pl. p. 18.*

1121. (Si interpellas,) taceo. ⌈Potius ego tacebo *Langenus Philol. XXXIII p. 713.* ego tacebo. ⌈Taceo potius *Abraham Stud. Pl. p. 226.* ego tacebo. ⌈Ego potius taceo *quidam 'phil. Anz.' XV p. 508.*

1123. Menaechmo *vindic. Bothius Brixiusque Qu. p. 44: adde Beckerum in Studem. Stud. I p. 170 adn.* — illunce tum ℛ. at illum tum *Fleckeisenus.*

1125. *De* mi(hi) *cf. Bergkius Opusc. I p. 390.* salue: egō *Vssingius.* salueto: ego *Fleckeisenus* (*quod noluit* ℛ). salue: ego is *Muellerus Pros. p. 32. 594 coll. Capt. 1025, qui* is ego *potius suadet* (*A, Bothius*). salue: ne ego *Hasperus 'phil. Anz.' XIII p. 32 sq.* Salue *ante* mi germane *trai. Weidnerus Advers. p. 15.*

1127 *sq.* renuntiatum de te est, et patrem esse emortuum *Is. Pontanus in Macrob. VII 16.* renuntiatum est de te, et mortuum patrem *Brixius Qu. p. 9.* renuntiatum est te ⟨deerrasse a patre Atque frustra inuestigatum esse⟩ et p. e. m. *Kayserus cens. p. 416.* renuntiatumst ⟨ubi nauis rediit retro Puerum surruptum Tarenti⟩ te et p. e. m. *Vssingius. De lacuna dubitat Vahlenus sine ratione. Ceterum recte, ut puto,* emortuum *Pontanus: cf. v. 39. 243, al.*

1129. Auos mutauit noster: tibi quod *Bothius: quod cum relictum esset apud* ℞ *sine adnotatione, dudum correctum a Spengelio et Brixio retinuit Vahlenus.*

1131. *Θουσιμάρχη Camerarius in annot.* Theusimarche *Taubmannus.* Zeuximarchae *dubitanter Bergkius Opusc. I p. 678.*

1133. Frater *Menaechmo I cum B et vulg. continuabat* ℞, *recte iudicavit Vahlenus. De* salue *iterando cogitabat Camerarius in Curis sec.: cf.* ℞ *Opusc. III p. 77, ubi etiam* miseriis *probat, pro quo olim* et miseris *dedit* (*praeeunte* miserisque *Camerario*) '*nisi gravius ulcus subest.*' *Mox lacunam post v.* 1134 *statuit Ribbeckius p. 547.*

1137. edepol hodie hic mihi *Kaempfius de pron. p. 31.* — *V.* 1137 —1142 *aliis versibus substitutos credit Sonnenburgius p. 42 sq.*

1138. quoi quam pallam ℞. quoi ego pallam *Fleckeisenus. At minime hoc loco quadrat* quoi *male correctum.* — surpui *Bothius, Brixius olim Qu. p. 23.*

1139. huic. ⁋hancne *Camerarius.* huic ⁋hancine tu (*et mox* fero *pro* habeo) ℞ *improbante Kochlero de septen. troch. p. 54.* huice. ⁋hancine *Fleckeisenus, ubi servato* hanc *post* habeo *Brixius adiciebat* in manu: *quem in summa rei recte iudicasse ex A confirmabat Studemundus Annal. phil. CXIII p. 70* EAM—DEIKUIC——————————QUA-QOKABEQ‖————‖QUOMODOKAECAD *notans.*

1142. mihi dedit *in fine cum Camerario suppl.* ℞ *addens: 'sed longius patere lacunam apparet atque integrum praeterea versum intercidisse huiusmodi:*

Quae meo sumptu iuberem sibi reconcinnarier.'

mihi dedit *sine lacuna probat Vahlenus, quam sane mittere possumus, si* abstuli *potius vel tale quid supplemus.*

1145. me te *Camerarius.* mepte *Meursius.* med *Pareus.* te med *Guietus.* me ted *Bothius.* — me uocare credidit *Muellerus Pros. p. 734,* me esse, credo, credidit '*Nachtr.*' *p. 116 coll. v. 1136: ubi Messenio sic loquitur, non Menaechmus I.* me esse secum credidit ℭ. — *V.* 1149 (*ob* MEN. *et* tu *in Z iteratum*) liber perpetuo ut sies *Saracenus.* — *Cf. Geppertus Stud. Pl. I p. 80, Sonnenburgius p. 42 sqq.* — *Ante v.* 1148 *lacunam statuebat Ladewigius Philol. XVII p. 463.*

1151. nostra, frater, ex *Gruterus.* nobis, frater, ex ℞. *Cf. Studemundus de Vidul.*[2] *p. 51. Servato* nostra ex sententia *et* redeamus ambo, frater *cum A* (*praesertim cum* frater *etiam v. 1154 in responsi fine exstet*) *possis:* Quoniam haec euenerunt prospere et n. e. s., I. p. r. a., f. ⁋F. u. t. u.

1152. '*Haud scio an* Faciam frater ut uoles *praestet*' ℞: *cf. ad v. 1151.* — iubes *pro* uoles *Lorenzius* '*Goett. gel. anz.*' *a. 1868 p. 1223: at cf. Baierus p. 149 sq.*

1155. praeconium ut mihi detis *cum Z Brixius Qu. p. 47 et append.* mihi ut praeconium detis *Camerarius. Cf. Bergkius Opusc. I p. 383.*

1156. fore? quo die? MEN. Die ℞ *cum Lambino, ubi* qui die *Gulielmius, de* fore *delendo cogitabat Muellerus Pros. p. 769 adn.* fore? — Quid est? dic. MEN. *Bothius.*

1158. aedes, fundi, omnia. *Lingius de hiatu p. 64 itemque, sed* fundi. omnia ℞ (*cf. praef.*), *postea Opusc. II p. 650 adn.* fundis, aedes

probans cum Buechelero de decl. p. 18 (*item Ribbeckius p. 547*): *ubi* fundi et aedes *etiam Bergkius 'Beitr.' p. 102. Ceterum* Vaenibunt (*et* Vaenibit) ℛ (*ut v. 549*). Veneibunt (*et* Veneibit) *duce B Pareus.*

1160. Vxor quoque etiam uaenibit *cum Guieto Lingioque* ℛ. Vxor uenibit quoque etiam *Bothius.* Venibit uoxor quoque etiam *Kochius. Cf. Muellerus Pros. p. 70 sq.*

1161. auctione tota ℛ *ex Bothio de libris nihil adnotans: itemque Brixius, Vahlenus, alii.* — quinquagensiens ℛ: *quod tam propter formam quam propter rem sententiamque recte improbans totum versum pro interpretamento habuit Schwabius p. 418 sq., quasi facilius ab interpolatore eiusmodi monstrum procrectur. Nihil egit Vssingius* quinque aut sex minas *vel adeo* quinquaginta mnas (!) *corrigens.* — *De* (ap)plaudite *v.* 1162 *Spengelii iudicium ad Trucul. V 75 iam confirmat A.*

T. MACCI PLAVTI

COMOEDIAE

RECENSVIT
INSTRVMENTO CRITICO ET PROLEGOMENIS
AVXIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

SOCIIS OPERAE ADSVMPTIS

GVSTAVO LOEWE GEORGIO GOETZ FRIDERICO SCHOELL

TOMI II FASCICVLVS III

MERCATOR

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIII

T. MACCI PLAVTI

MERCATOR

RECENSVIT

FRIDERICVS RITSCHELIVS

EDITIO ALTERA A GEORGIO GOETZ RECOGNITA

COMOEDIARVM PLAVTINARVM

TOMI II FASCICVLVS III

LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXXIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO

Mercatorem Plauti post ingeniosissimas Ritschelii curas iterum edere cum constituissem, arduum opus me aggressum esse et alea plenum nequaquam fugere potuit. Nam ut ex altera parte verecundia me vetuit in reiciendis summi viri commentis audacia uti, ita ex altera quidquid sentirem ut libere et ingenue proferrem ipsius experta voluntas impulit. Nec minimam dubitationem illa res movit, qua ratione mea a Ritschelianis disiungerem: qua in re procedente opere mox intellexi me nihil efficere posse, nisi recensionem tamquam meam ederem Ritschelii et verbis et sententiis quoad eius fieri posset servatis. Hanc igitur me Mercatori operam tribuisse sciendum est: restitui librorum scripturam ubi defendi posse credidi, novavi cum de aliorum tum de mea sententia quae mutationem flagitare visa sunt, sed ita, ut Ritschelianas scripturas quas removissem tantum non omnes in adnotatione commemorarem ac ne ea quidem tacerem, quae ille aliis auctoribus edidisset: emendavi et supplevi quicquid e codicibus non recte adnotatum esse novis collationibus fretus inveneram: denique addidi quae inde ab anno 1854 ad explicandam et emendandam fabulam prolata esse cognovi. Quae ante hoc tempus in lucem prodierant rarius inspexi ut a Ritschelio diligenter excussa, nisi quod Weisii Geppertique paucas coniecturas antea omissas adieci. Editiones vetustas et adversaria nisi certa dubitandi causa esset iterum inspicere supersedi, cum summam Ritschelium in colligendis dispersis doctorum commentis posuisse diligentiam dudum intellectum sit.

De Ambrosiano codice quae Loewius mecum communicavit integra subicienda putavi. Sunt autem haec:

'*A* codicis, ubi inter Epidicum et Mostellariam Mercator posita fuit, quaterniones XXXVI — XXXIX ad hanc fabulam spectasse certum est. Ac primi quidem et quarti cum nihil hodie extet, habemus tamen folium quod praeter secundi et tertii reliquias ad Mercatorem pertinet. Paginam enim codicis 213 ex parte idem quod 193 continere, 214 autem, aversam eiusdem folii, videri scriptura omnino carere docuit Studemundus Commentationum in Mommseni honorem editarum p. 796 sq. Ibi cum accuratum paginae apographum propositum sit, in folio perdifficili amplius sudandum non putavi. Eruit autem Studemundus haec:

1 ——————————————————————————————————————
2 ——————————————————— LL ——————————————— (?)
3 ——————————————————————————————————————
4 ——————————————————————————————————————
5 ——————————————————————————————————————
6 ——————————————————————————————————————
7 ——————————————————————————————————————
8 ——————————————— QU ——————————————— 254
9 ——————————————— SIMUL ——————————— 255
10 ——————————— EGOCONSPICOR ——————— 256
11 ——————————————————————————————————— 257
12 ——————————————— Q ——————————————— 258
13 ——————————— ADNAUEM ——————————— 259
14 ——————————— MIAMULIEREM ——————— 260
15 ——————————— MATRIANCILLAMSUAE ——— 261
16 QUAM OSTQUAMA EXINONITAAMOUTSANOSOLE 262
17 HOMI AÇTOUTINSANEISOLENT 263
18 AMA UIDEMHERÇLEEGOOLIMINADULESCENTIA 264
19 UERUMADHOCEXEMPLUMNUMQUAM ——————— 265

Videtur librarius hoc folium male scriptum ad aliud quid capessendum adhibuisse: qua de re vide quae Studemundus l. s. s. coniecit.

Transimus ad quaternionum XXXVII et XXXVIII fragmenta. Sunt autem haec:

(1)	193.	194	= 247 — 265.	266 — 282		
(2)	359.	360	= 283 — 301.	302 — 321		
A.		a				
(3)	469ᴬ	470ᴬ	= 356*) — 372.	372 — 374		XXXVII
(4)	475.	476	= 374 — 406.	407 — 424		
B.		b				
(5)	369.	370	= 457 — 471.	472 — 487		
(6)	207.	208	= 488 — 503.	504 — 520		

(7)	93.	94	= 521 — 539.	540 — 555		
C.		c**)				
(8)	467ᴬ	468ᴬ	= 589 — 601.	602 — 619		
D.		d				
E.		e ***)				XXXVIII
(9)	477.	478	= 681 — 696.	697 — 714		
F.		f†)				
(10)	83.	84	= 753 — 771.	772 — 790		

Foliorum paria etiamnunc cohaerent: 193/194 + 207/208; 469ᴬ/470ᴬ + 475/476; 93/94 + 83/84; 467ᴬ/468ᴬ + 477/478††); singula sunt: 359/360; 369/370. Paginae 208 et 84 suis locis quaternionum notas exhibent. Titulus binarum paginarum est P̄LAVTĪ | M̄ERCATOR̄, nisi quod p. 467ᴬ, 469ᴬ, 470ᴬ virgulis illis nunc carent, p. 476 priore. Numeros 475. 476. 477. 478 Studemundus scripsit deletis antiquioribus hisce 469ᴮ. 470ᴮ. 467ᴮ. 468ᴮ, quos Maianos non esse

*) De dubiis vide apparatum: item de versuum in singulis paginis distributione. Hic primum et ultimum adnoto.

**) Hoc folium versus 556—589 (huius versus priorem partem) et duos titulos (= 38 palimpsesti versus) continuisse videtur.

***) Numerum versuum qui his foliis continebantur a Palatinis discrepasse puto; nam a probabilitate abhorret in tribus paginis D, d, E quaternos versus bipertitos fuisse (48 + 12 + 2 + 14 = 76). Accedit quod inter v. 620—664 frustra quaesiveris duodecim longiusculos, quos unius versus spatium excessisse suspiceris. Unde Ambrosiani memoriam conicio auctiorem fuisse Palatinis.

†) Lacunam accurate explet Palatinorum memoria: 36 + 2 = 38.

††) Huic foliorum pari additum est in eodemque involucro adservatur pusillum membranae fragmentum, quod nescio ad quem locum adaptandum sit.

apparet, sed eiusdem qui tertii folii numeris a Maio scriptis (469. 470) A litteram addidit (469^A. 470^A: num forte Geppertus?). Hodierna foliorum condicio satis diversa est. Omnium autem pessime habita 3. 4. 8. 9, quorum praeter margines et lacinias pauculas nihil fere superest: difficillima horum lectio (si lectionem appellaveris), eoque difficilior, quod raro adhibitus est liquor chemicus. Reliquorum defectus membranae fere nullus praeter lacunulas modo plures modo pauciores. Horum de lectione hic facili vel facillima illic difficiliore non ago singillatim, quamquam omnia enotavi: solius paginae 83 mentionem facio, perpallidae illius et ita comparatae, ut paucae voces vel litterae omnino planae sint. Nolui tamen tot locis iterare: 'dubia lectio', sufficit monuisse lectorem. De varia enim singularum litterarum lectionis fide non meum est in editionis apparatu agere: talia qui quaesiverit ex apographo Studemundiano suo tempore petat. Ad idem pertinere nunc mihi videntur parvuli momenti quaedam res, velut versuum longiusculorum in binas lineas ut aiunt distributio, litterae initiales reliquis paullo maiores, litterarum in exitu versuum vel abbreviatio vel deminutio vel colligatio: in ea omnia qui palimpsestum perscrutatur anxie inquirat necesse est, si recte legere sibi proposuit: et omnia quoad fieri potuit accuratissime in meo quoque apographo expressi: at ab editionum nostrarum rationibus, ut dixi, haec aliena. Aliter olim in Epidici praefatione p. XI sq. rem instituendam putavi. Lectionibus ab aliis iam publicatis usum me esse consentaneum. Paginas re vera difficiles Ritschelius Geppertusque vix attigerunt: id quod non in hanc solam fabulam, sed in omnes codicis Bobiensis reliquias cadit. Quae discrepant ab Ussingii in recenti Mercatoris editione lectionibus ea cum cura examinata me dedisse scito: ille num erraverit tum demum dubitabo, cum Studemundus vel alius qui amplius annum codicem tractavit Ussingianas lectiones praetulerit'.

Codicem veterem iterum contulit Hugo Hinck, qui quicquid Ritschelium non recte adnotasse vidit in ipso Ritschelii exemplari correxit. Codicem Decurtatum ipse cum Ritschelii exemplari contuli. Ursinianum diligen-

tissime denuo excussit Augustus Mau, cuius collationem ubicumque a Ritschelii adnotatione discedit secutus sum. In paucissimis quibusdam et levissimis dubitandi causa relicta erat: quod cum ad ipsas lectiones firmandas prorsus non valere intellexissem silentio praeterii.

Ex Ritschelii praefatione repetenda esse duxi quae de diasceue fabulae p. VI sqq. sagacissime exposuit: 'Omnino enim aut omnia fallunt aut, si a singularium versuum vel accessione vel omissione discesseris, talem prorsus qualem Palatini libri hanc fabulam etiam Bobiensis servabat, h. e. non qualis e Plauti manibus prodiit, sed secundis curis alicuius διασκευαστοῦ immutatam ad exemplum Stichi atque Persae. Nam eadem quod mutilarum in numero inde ab Ioannis Baptistae Pii temporibus habita est eamque ob caussam imperitissimis supplementis interpolata post v. 829 et 956 insertis, id quidem quam pravo iudicio existimatum sit sensu verissimo iam Niebuhrius assecutus est, quantumvis ille infelix defensor noviciorum supplementorum illorum, Opuscul. histor. et philol. I. 175 sq. Nec enim quidquam in ea quae nunc habetur fabula ad commodam argumenti explicationem desideratur, nisi quod et unius scaenae caput periisse ante v. 857, et non suum locum Syrae sermonem, quem post v. 804 reposuimus, in libris occupare apertissimum est: minimeque omnium Demiphonis uxor illa scilicet Peristrata erat cur ceteris personis adderetur non praeter necessitatem tantum sed etiam praeter rationem. Contra, cum desit nihil, aliquam multa redundant, aliquid etiam repugnat reliquae argumenti dispositioni: suntque haec ita comparata, ut etiam qui prudentiore iudicio utatur, non possit non duorum operam poetarum agnoscere. Nam satis prudenter negamus sane eos agere qui, sicubi discrepantia inter se vel moleste iterata in poetarum libris offenderint quae non posse conciliari appareat, ea continuo ad illud genus omnia referunt quod fere 'duplicis recensionis' nomine comprehenditur, nec ab eis 'dittographiis', quae librariorum interpretumve ludibunda sedulitate subnatae ipsa verborum sententiarum numerorum pravitate noviciam originem prodant, severiore iudicio talia discernunt quae satis bona per se, reliquis non ut simul legerentur addita sunt,

sed ut pro eis, horum in locum substituta certo emendandi consilio sive eiusdem poetae sive alius, non librarii vel grammatici, verum item poetae. Velut ad genus prius tantum non omnia exempla 'dittographiae' in Trinummo Plautina indagatae referenda sunt: qualia quidem critico officium imponunt alterarum partium optandarum atque probandarum, damnandarum confidenterque expellendarum alterarum. Nec ulla est e Plautinis fabulis quin hac specie interpolationis, quam glossematum nomine notare consuevimus, identidem deformata sit: pertinentque huc e Mercatore praeter alia (ut v. 536. 745. 815, quibus sero intellexi versum 276 accedere) illae turbae quas componere ad v. 982 studuimus. Contra geminae recensionis h. e. dedita opera institutae διασκευῆς, quam non possis non ex ipsa antiquitate repetere, certissimo, nisi prosus fallimur, indicio tribus in locis servati gemini sermones sunt, sententiarum tenore prorsus παράλληλοι: primum v. 369—372 et 373—375; deinde v. 150—165, pariterque v. 620—624, cum eis comparati qui utroque loco partim praecedunt partim subsequuntur. Has igitur partes non dubitamus una cum prologo fabulae aut toto aut prope toto illi aetati tribuere qua omnem poesim Plautinam studiose recultam esse singulasque fabulas, quo Plautinae festivitatis cupido populo denuo spectandae praeberentur, cum cura retractatas esse olim demonstravimus h. e. ineunti saeculo septimo. Talis autem recensio nova quam late patuerit, cum plerumque, ut nunc res est, accuratius definiri nequeat, tamen non nimis mirandum esse putamus sicubi etiam gravioris discrepantiae vestigia relicta sint. Tale est autem quod permiro consilio, cuius rationem prorsus non expedias, v. 529 Pasicompsae Lysimachus illa dicit '*tuo ero redempta's rursum: Ego te redemi illi: ille mecum orauit.*' Emit enim mulierem Lysimachus oranti Demiphoni qui non fuerat erus, non redemit Charino qui fuerat. Nec consulto simulare hoc, illud dissimulare credendus Lysimachus: alioqui nec de ove sexagenaria illa verba fecisset v. 524, nec si forte iocum captare suspicere, mox tam seriam mirationem proderet, postquam iam per biennium rem habuisse cum amatore Pasicompsam comperit, nec ea interrogaret loquereturque v. 538 sqq. quae

non potuit nisi cui de Charini amore nihil compertum esset. Quo accedit quod ne hoc quidem satis persipicitur, a quo tandem emere mulierem Demiphonis mandato Lysimachus, dum dominus illius Charinus a nave abest, potuerit. Hunc igitur nodum, inexplicabilem nobis, aut solvat qui potuerit, aut insigni argumento esse retractatae aliquando fabulae fateatur.

Haec autem si ratio universa est huius fabulae, etiam de singulis in promptu est quid sit iudicandum, si quae paullulum recedere a Plautina in verbis vel numeris proprietate videantur. Quod genus, utpote excedens praefationis angustias, etsi dedita opera olim pertractandum erit, tamen tantum vel nunc affirmare licet, frustra esse qui talibus freti Mercatorem totam a Plauto abiudicare animum induxerint, hoc est eam fabulam quae et ingenii Plautini et aetatis et consuetudinis vere Plautinae ut manifesta ita luculenta documenta habeat plurima. Frigent quaedam in hac fabula, fateor, et frigent paullo plura quam in Persa notavi nuper. Velut vix satis dignum poeta *ad exemplar Siculi properante Epicharmi* videbitur, quod nimia profecto loquacitate et molestioribus ambagibus impatientem morae Charinum cum in scaena secunda actus primi Acanthio servus tum in quinti actus secunda (nobis tertia) Eutychus sodalis morantur. Item imitatorem potius Plauti quam Plautum prosopopoeiae illius putida frequentia arguit qua non tantum in prologo haec cumulantur v. 19. 25 sqq. *cura aegritudo, nimia elegantia, insomnia aerumna error terror fuga ineptia stultitia temeritas incogitantia, excors immodestia, petulantia cupiditas maleuolentia auiditas desidia inopia iniuria contumelia dispendium paucilo-quium multiloquium*, sed etiam in reliqua fabula v. 162 *uis metus cruciatus cura iurgium inopia*, rursus v. 845 sqq. *uita amicitia uoluptas laetitia ludus iocus* una cum contrarii generis malis *ira inimicitia maerore lacrumis exitio inopia pertinacia stultitia exilio solitudine*, item v. 867 sqq. *spes salus uictoria* et *cura miseria aegritudo lacrumae lamentatio.* Mitto nunc alia quaedam eius generis, olim huc rediturus: pauca esse in multitudine eorum assevero quae vel recte vel praeclare instituta Plautinae virtutis etiam in simplicioris argumenti

tractatione tam vivam et sibimet constantem speciem prae se ferant, ut ne posse quidem ab alio scripta esse videantur: praesertim in tanta etiam verborum sermonisque antiquitate, quam a recentioris aetatis usu nec pauca nec dubia indicia separant.

Quod autem supra dixi eius scaenae, quae vulgo tertia numeratur actus ultimi, caput periisse temporum iniquitate, id haud scio an aliquo modo confirmetur eo argumentandi genere quod e Glossarii Plautini testimoniis petitum his fabulis identidem adhibui. Excerpta sunt in illo haec e Mercatore adverbia, quibus versuum unde sumpta sunt numeros ascripsi: ampliter 98 neuis 150 guttatim 205 efflictim 444 dissimulanter altrinsecus 977. Non legitur hodie in hac fabula dissimulanter: quod cum inter v. 444 et 977 olim lectum esse appareat, aliquanto maiore ut puto probabilitate ad illum quem dixi locum referes quam ad eas quas v. 624. 732. 849 lacunas notavi'.

Quod supra dixi me Ritschelii quas removissem scripturas in adnotatione commemorasse, id ne paucis quibusdam locis omisisse videar, addo haec: si quo loco novam Ambrosiani scripturam secutus sum, ubi Ritschelius aliam memoriam exhibuit, nihil addidi ipsum quoque novam si novisset scripturam amplexurum fuisse arbitratus, veluti his in versibus: 259 (Inscendi R.), 300 (bonumst R.), 301 (eloqui siquid uelim R.), 308 (Loquar R.), 482 (mirum factumst R.), 687 (om. lac. R.), 757 (Non abis R.). Saepius omisi disertis verbis dicere Ritschelium, ubi ego coniecturas praeferrem, libros secutum esse: 29 (etiam auiditas), 127 (Charinum Ch. Ego), 283 (Euge), 355 (igitur), 611 (abs te), 615 (mihi hodie), 862 (quiescam usquam), 868 (tecum. Ch. Alium), 889 (Quo ego scio), 941 (uexerit), 981 (Nam ibat exulatum D. An); quod tamen ex apparatu ubique facile colligitur. Denique addo Ritschelium v. 135[a] et 135[b] contraxisse, secutum autem esse v. 218 Bothium, 239 Hermannum Camerariumque (dotem uxoris ambadedisse), 241 Hermannum (dotem simiae ambadederit), 990 Acidalium (Temperi), v. 848 posuisse *exitium*.

Restat ut addam quae amici corrigendis plagulis

adscripserint et quae ipse sero observaverim. Adscripsit Schoellius haec: 372: Maceo opinor; 385: Iam hau uereor ne illam me amare; 436: Hercle illunc diui; 451: communis est mihi cum alio illa: qui; 585: Meam ego metuo uxorem; 723: Nescio quid dicam. Dor. Ehem haeres; 796: Conciuit hostis domi mihi ultro acerrume; 901: pol pulcre; 903: ad uos, inque? Eut. Quor rogas; 966: Tibi amicam esse, amator; 990: Sibi habeat iam uti uolt per me licet. — Loewius haec adnotavit: 263: ut insanissumei; 847: sex simitu pessumos *deleto v. 849*; 880: numbus *ex glossa vetusta*; 988: cum corbi, cum fiscina; v. 1020 *delet.* — Sero vidi v. 239 Langenum Ind. Monast. a. 1882/83 p. 13 *ambadedisse oppido* coniunxisse et p. 4 v. 553 *id iam lucrumst quod uiuis* recte divinasse; item Buggium Op. ad. Madvigium p. 157 v. 683 scripsisse *Quid clamas, Syra?* — Commemorari potuerunt quae de versibus 271, 267, 276, 464, 480 Niemeyerus de Plaut. fab. rec. dupl. p. 7, 27, 43, 28, 19 disputat, porro v. 246 dicendum fuit Iordanum 'Beitr.' p. 292 *at* posuisse, fortasse recte. — Corrigenda sunt haec: Act. I scaen. 1 inscript.: delenda verba *de quo nomine cf. praef.* et haec reponenda: *cf. Ritschelii Op. II p. 728.* v. 271 in apparatu scribenda haec: uicinum *(ex* uicinus *D)* eccum exit foras *(sine* nam*) reliqui praeter A.*

Ienae mense Nov. a. 1882.

G. G.

T · MACCI · PLAVTI

M E R C A T O R

GRAECA · EMPOROS · PHILEMONIS



ARGVMENTVM I

Missús adulescens áb suo mercatúm patre
Emit átque adportat scíta forma múlierem.
Requírit quae sit, póstquam eam uidít, senex:
Confíngit seruos émptam matri pédisequam.
Amát senex hanc ác se adsimulans uéndere 5
Tradít uicino: eúm putat uxór sibi
Obdúxe scortum. túm adulescentem éx fuga
Retrahít sodalis, póstquam amicam répperit.

Arg. I INCIPIT MERCATOR FELICITER *A: cf. praef. Epid. p. XII* INCIPIT MERCATOR *B.* MERCATOR *D: om. C* 1. Missus adulescens ab suo mercatum *Ritschelius Op. II p. 416.* Missus (issus *c. spat. C)* mercatum ab suo (absuo *C)* adulescens (adolescens *CD) libri* adolescens ab suo *Pylades:* Mercatum missus *Pareus ed. tert., Guyetus:* Missus mercator *Camerarius Hiatuum meras defensiones ut hoc loco ita alibi non commemorabo nisi quis singularem rationem memoratu dignam profert* 2. Emittat que *B* apportat *CD.* portat *Z* 3. quaesit *C.* quesit *B* post quam *C* 4. Confingit *Z.* Conficit *BCDF* seruus *CD* pedisequam *Pylades.* pedi sequam *B.* pedissequam *reliqui* 5. ac se adsimulans *Ritschelius.* adse simulans *B.* se adsimulans *reliqui.* at se simulans *Gulielmius.* seque adsimulans *Pylades.* ac se simulans *Gruterus* 6. cum putat *D.* cumputat *C.* computat *Z.* amico. eum putat *Ritschelius* sibi] illius *Camerarius* 7. obduxisti cor tuũ *B.* Obduxisse scortum. tum *FZ* adulescentem *Ritschelius.* charinum *BDZ.* charuium *C.* carinum *F* ipsa ex *Muellerus Pros. Pl. p. 532* exfuga *C* 8. repperit *Ritschelius in adnot.* inuenit *libri.* inuenerat *Pylades.* repererit *Guyetus.* ei inuenit *Ritschelius in contextu*

ARGVMENTVM II

Mercátum asotum fílium extrudít pater.
Is péregre missus rédimit ancillam hóspitis,
Amóre captus. út uenit, naue éxilit:
Pater áduolat, uisam áncillam illam déperit,
Quoiús sit percontátur. seruos pédisequam 5
Ab ádulescente fíngit matri emptam ípsius.
Senéx sibi prospíciens, ut amicó suo
Veníret, natum orábat: natus, út suo.
Hic fílium subdíderat uiciní, pater
Vicínum. praemercátur ancillám senex. 10
Eám domi deprénsam coniunx íllius
Vicíni scortum insímulat, protelát uirum.
Mercátor exspes pátria fugere déstinat:
Prohibétur a sodále, qui patrem íllius
Hortátur cum suo pátre, nato ut cedát suo. 15

Argum. II ARGVMENTVM *BD. om. C* 1. asotum *Ritschelius.* adsotiũ *B.* a se (ase *C*) dum *CD, codd. Pyladis.* a se *FZ.* ab sese *Scaliger.* ad socium *Camerarius.* adsiduum *Bothius olim* 2. Isperegre *CD* missus *Beroaldus.* milis *BCD.* militis *FZ.* unius *Camerarius* hospitis *CDFZ.* militis *B* 3. ut uenit *Lambinus.* ut uehit *libri.* atuehit (*h. e.* aduehit) *Gulielmius.* auehit *Scaliger* naue *B.* naui *reliqui* exiit *Bothius* 4. aduolauit *Spengelius 'Plautus' p. 239.* aduolat et *Ussingius* uisam ancillam illam *Ritschelius.* uisam ancillam *libri.* uisamque ancillam *Camerarius* 5. Cuius *libri* percunctatur *BCD* serui *B.* seruus *reliqui* pedis aequam *B.* pedissequam (pedis sequam *D*) *reliqui* 6. adolescente *CD.* adulescentẽ *B* fingit matri emptam ipsius *Ritschelius.* matri emptam ipsius *libri. De* memorat matri emptam ipsius *cogitat Ritschelius in adn.* ait matrem esse emptam ipsius *Pylades: idem* emtam esse *transponens Camerarius: quos saltem* matri ait emptam esse *vel* matri esse emptam ait (*sic Muellerus Pros. Pl. p. 521*) *scribere debuisse annotat Ritschelius.* ipsius emptam matri ait *Bothius: pro quo lenius eum potuisse* matri ipsius emptam ait *addit Ritschelius.* 7. perspiciens *Z* 8. Venire *B* 9. Hic (i *ex* a) *D* 10. Vicinum *codd. Pyladis.* Vicinus *libri nostri* premercatur *D.* ꝑmercatur *B* 11. deprehensam *libri* coniux *B* Eam dómi deprensam coniunx illius senis *contra artem Muellerus Pros. Pl. p. 173 dubitanter* 13. expes *Saracenus, Pius.* expers *libri* 14. Prohibere *BCD* sodale (so *s. v.*) *D* patrem *ex* patriam *D* illius patrem *Bothius* 15. Hortatur cum suo patre *Ritschelius.* Orat cum suo (cumsuo *C*) patre *libri.* Exorat cum suo patre *Muellerus Pros. Pl. p. 18.* Orat suo cum patre *Pylades.* Onerat suo cum patre *Gulielmius.* Cum patre exorat *Bothius.* Orat cum suo patre una *Ussingius* nato uti cedat suo *Bothius.* nato ut cederet (cederit *B*) *libri. Non ἄμετρον, sed soloecum esse* pátre uti nato cederet *Ritschelius annotat.* nato ut cedat pater *Muellerus l. s. s. Post* cederet *novum v. libri addunt:* Absente cum lenone perfido. *Sed 'in emaculatis exemplaribus carmen hoc non legitur' Pio teste*

PERSONAE

CHARINVS ADVLESCENS
ACANTHIO SERVOS
DEMIPHO SENEX
LYSIMACHVS SENEX
LORARIVS
EVTYCHVS ADVLESCENS
PASICOMPSA MERETRIX
DORIPPA MVLIER
SYRA ANVS ANCILLA
COCVS

ACTVS I

CHARINVS

Duas rés simul nunc ágere decretúmst mihi:
Et árgumentum et meós amores éloquar;
Etsi hóc parum hercle móre maiorum ínstiti,
Pro meá persona ut sim ád uos index ílico.

Act. I sc. 1 Prologum cum totum vel prope totum septimo saeculo attribuisset Ritschelius praef. p. VIII (cf. Par. Plaut. p. 16 et 233), a Plauto abiudicat Liebigius (de prol. Ter. et Pl. p. 32 sqq.) prorsus olim aliud fabulae initium exstitisse ratus: quos contra accurata ut solet disputatione Dziatzko Mus. Rhen. vol. 26 (a. 1871) p. 421 sqq. v. 1—4, 7—9, (fortasse 10 et 11), 46. 56—58, 61—79, 54, 55, 47, 49, 80—110 Plautinos esse probare studet: denique Reinhardtus Studemundi Stud. vol. I p. 80 sqq. haec esse genuina suspicatur 1. 2. 7—9. 106—110 cetera tribus quattuorve hominibus attribuens. Quem bene refutavit Dziatzko Mus. Rhen. vol. 29 (a. 1874) p. 63 sq. Cf. praeterea anonymus Ind. phil. IV (a. 1872) p. 394 CHARINVS ADOLESCENS *B.* CHARINVS *reliqui: de quo nomine cf. praef.* 1. uas *c. spat. C.* Quas *Z* decretum st *D.* ducere nc̄ st *B.* decretum est *F* 2. Etmeos *C* amoris *CD* *V. 3—17 sic ordinavit Ritschelius Parerg. p. 17 sq., qui in libris collocantur 12—17. 5—11. 3. 4* *V. 3—4 num transponendi sint dubitat Dziatzko l. s. s. p. 439* 3. Etsi *Bothius.* Fit *B.* Et *reliqui* hercle *Ritschelius.* ee̅ *BCD.* esse *FZ.* etiam *Camerarius.* etsi *Salmasius.* ecce *Gronovius.* equidem *Ussingius* matorum *B.* amatorum *Acidalius, Dziatzko l. s. s.* 4. Pro mea persona ut sim ad uos *Ritschelius.* p mea p conatus sum uos sumq. *B.* Per me perconatus sum uossumq; *CD.* Per me percontatus sum sumque *FZ, et sine* sum *libri Mureti Var. lect. XVIII 9.* Per meam personam ad uos qui sim *Bothius, sed is alias alia suadens et alia aliis incredibiliora.* Prius ac percontatus sum uos, sumpsi *Pistoris* index ilico *F.* inde exilico *BD.* inde exiliō *C.* iudex illico *Z.* indicium illico *Pistoris* *Aliorum de v. 3. 4 commenta vel potius portenta, ut Salmasii, Acidalii, Alciati apud Lambinum, Gronovii, Ussingii consulto omissa sunt* *De v. 5 sq. cf. Dziatzko de prol. p. 27, ubi post Osannum Anal. p. 172, sed firmioribus usus argumentis, hos versus spurios esse ratiocinatur*

(Graece haéc uocatur Émporos Philémonis: 5
Eadém latine Mércator Maccí Titi.)
Pater ád mercatum hinc mé meus misít Rhodum:
Biénnium iam fáctumst, postquam abií domo.
Ibi amáre occepi fórma eximia múlierem.
Sed ea út sim inplicitus dícam, si operaest aúribus 10
Atque áduortendum ad ánimum adest benígnitas.
(Non égo item facio, ut álios in comoédiis
Vi uídi amoris fácere, qui aut Nocti aút Dii

---

10. *Nonius p. 176, 23:* Simplicitus, simpliciter. Plautus Mercatore: 'Sed . . . auribus' 13. 14. *Servius ad Aen. I 636:* Munera laetitiamque dei] *huc spectat Danielis schol. hoc:* non nulli 'dii' legunt . . . Plautus in Mercatore: 'Qui . . . Lunae'

---

5. Grece *CD* uocatur Emporos *Iuntina.* uocaturē porus *B.* uocatur emporus *reliqui* 6. Macci Titi *Ritschelius Parerg. p. 21.* mactici *B: cuius scripturae mentionem Bentleianam (in Phorm. prol. 26) non intellexit Osannus Anal. Pl. p. 175.* mattici *CDF.* martici *Z.* matii *libri Mureti l. s. s. (unde ille scribendum esse coniecit* M. Attii*).* Măci Titi *Buggius Philol. vol. 30 (a. 1872) p. 640, recte refutatus a Luchsio Studemundi Stud. vol. I p. 74. cf. Brugmanus p. 50.* Marci Accii *Pio duce Pylades.* Marci Attici *Bothius* 7. admercatum *C* hinc meus me *Pius.* hic me meus *CDF.* hic meneus *B.* hic meus me *Z.* meus med hinc *dubitanter Ritschelius in adnotatione* rhodum *FZ.* rhodus *CD.* rodus *B: cf. v. 93 et 257* 8. factum est *libri* abii *s. v. C* 9. Ibi amare occepi *Gruterus.* Abii amare occepit *B.* Abii occepi amare *(*occepiamare *C) CD.* Occepi amare *FZ* *V. 10 sq. spurios dicit Reinhardtus l. s. s.* 10. Sed ea ut sim implicitus *Lambinus.* Sed eam *(*Sedeam *B)* ut sim *(*sit *B)* inplicitus *(*implicitus *C:* implicitas *D*[1]*: corr. D*[2]*) BCD.* Sed eam ut simplicius *F.* Sed eam ut simpliciter *Z.* Sed eam simplicitus *Nonius de adverbio* simplicitus *somnians* flicam *C* si *om. Z* operae est *Bothius.* opera est *libri cum Nonio* *11—17 spurios esse censent Dziatzko et Reinhardtus* 11. Atque aduertendum ad *Acidalius.* Atque aduortendam ut *BCDF.* Atque aduortendum ut *Z.* Atque ad uortendum huc *Pylades.* Atque ad aduertendum *Camerarius.* Adque aduortendum huc *Ritschelius Parerg. p. 18 fortasse vere: cf. Dziatzko l. s. s. p. 433* animus *F* 12. item *Muretus e suo quodam libro.* idem *BDFZ.* idest *C* utalios *C.* ut alias *Bothius* in comediis *D.* incomediis *C* *Recte comparat Dziatzko l. s. s. p. 436 Amphitr. v. 41 sq.*

13. Vi uidi amoris facere *Ussingius.* Vidi amoris facere *BCDF.* Vidi amantis facere *Z.* Vidi amatores facere *scripsit et excusavit Ritschelius Parerg. p. 17 et Proleg. p. CCII. cf. Lachmannus in Lucr. p. 388 et Dziatzko l. s. s. p. 436.* Amantis uidi facere *Pylades.* Vidi facere amatores *Camerarius.* Vidi iam more facere *Muellerus Pros. Pl. p. 540 adn.* Amores uidi facere *Spengelius T. Macc. Pl. p. 238: quos contra cf.*

Aut Sóli aut Lunae míserias narránt suas:
Quos édepol ego credo húmanas querimónias 15
Non tánti facere, quíd uelint quid nón uelint:
Vobís narrabo pótius meas nunc míserias.
Nam amórem haec cuncta uítia sectarí solent:
Cura aégritudo nímiaque elegántia: —
Haec nón modo illum quí amat, sed quemque áttigit, 20
Magno átque solido múltat infortúnio;
Nec pól profecto quísquam sine grandí malo,
Prae quám res patitur, stúduit elegántiae: —
Sed amóri accedunt étiam haec, quae dixí minus:
Insómnia, aerumna, érror, terror ét fuga, 25
Inéptia atque stúltitia adeo et témeritas,
Incógitantia, éxcors inmodéstia,
Petulántia et cupíditas, maliuoléntia;

Dziatzko l. ş. s. p. 436 quia *B, cod. C Servii* nocti aut dii *Servius, Scioppius Susp. lect. I, 21.* noctu aut die *(ex* dii*) D.* noctu aut die *BCF.* nocti aut diei *Z* 14. lune *D* miserias au narras suas *B* 15. edepol ego *Ritschelius.* pol ego *(*polego *C) libri.* quidem pol ego *Muellerus Pros. Pl. p. 498* creduam *Reizius.* creduo *Bothius* humanas querimonias *Camerarius.* humanisque rimonias *B.* humanis querimoniis *reliqui* *Numerorum concinnitati sic olim consulebat Ritschelius:* Quos quidem ego credo humanas pol querimonias 16. tanti facere] tacere *B* quid uelint quid non uelint *Camerarius.* qd̃ uelin uelintq, non uelint *B.* quid uelint aut quid non uelint *(*non-uelint *C) reliqui* *V. 18—39 Plautinos esse negaverunt Dziatzko et Reinhardtus, sed hic ut de duobus auctoribus cogitari posse censeat* 18. hec *D* uicia *CD.* uitias *B* sectare *B* 19. Curam egritudo *B.* Cura egritudo *CD* aelegantia *B.* elegantia *(*a *extr. s. v. m. 2) D* 20. Hoc *Z.* Nec *F* non *s. v. C* illumq; amat *C* illum modo qui *a Pylade est* quemquem *Scaliger* attingit *CD* 21. solitudo *B* mutat *B.* mulctat *FZ.* mactat *Lambinus* 22. grande *B* grandimalo *C* 23. Prequã *D.* Prae quam *(*Prae *e corr.) C.* Praeterquam *Z, non displicens Handio Turs. IV p. 527* respatitur *C* studuit *Camerarius.* studit *B.* studet *reliqui* aelegantie *B* 24. et iam *B.* que *D.* quod *B* dixi minus *B.* dixi mȳs *D.* diximus *reliqui* 25. erumna *BCD* error terror et *Camerarius.* errore terrore *B.* error et terror et *reliqui.* error et terror *Ussingius* 26. Ineptiae *Camerarius.* Inepties *Lachmannus* atque stultitia adeo *Ritschelius.* stultitiaque adeo *libri: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 8* temeritast *CD.* temerita st *B* 27. excors inmodestia] cupiditas et maliuolentia *Z: corr. Scutarius* 28. Petȧlantia *D* et cupiditas *BCD.* cupiditas *FZ.* cupiditas et *Pylades* maliuolentia *DFZ.* mali uolentia *C.* male uolentia *B*

Inhaéret auiditás, desidia, iniúria,
Inópia, contumélia et dispéndium, 30
Multíloquium, paucíloquium. hoc ideó quia,
Quae níhil attingunt ád rem nec sunt úsui,
Ea amátor profert saépe aduorso témpore;
Ac paúciloquium rúrsum idcirco praédico,
Quia núllus usquam amátor adeost cállide 35
Facúndus, quae in rem sínt suam, ut possít loqui.
Nunc uós mi irasci ob múltiloquium nón decet:
Eodém, quo amorem, Vénus mi hoc legaúit die.
Illúc reuorti cértumst, ut coepta éloquar.)
Princípio ut aetas éx ephebis éxiit 40

---

29. Inhęret *C.* Inheret D^3FZ. Ineret *BD.* Haeret *Bothius* auiditas, *quod non malum esse dicit Ritschelius in adn., Pareus tert.* etiam *(et iam B)* auiditas *libri* desidia D^3FZ. residia BCD^1, *a Grutero defensum.* uesidia *Palmerius p. 873* desidia inopia ‖ Iniuria *Bergkius in Diar. antiq. a. 1835 p. 912, Ritschelius.* iracundia ‖ Inopia *Muellerus Pros. Pl. p. 461 adn.* desidia, incuria *Acidalius.* recti incuria *Ussingius* 30. *Cf. v. 29* dispendia *D, corr. m. 1* 31. Multiloquium pauciloquium *Z.* Multiloquium pauciloquii *F.* Multiloquium parumloquium *D.* Multiloquium parum loquium *BC* Pauciloquium, multiloquium *Ritschelius, qui traditam scripturam sic tantummodo recte habere dicit, si* eo illud fit *sequeretur* hoc ideo *ego.* hoc ideo fit *libri.* hoc eo fit *Ritschelius,* ideo hoc fit *placere negans* 32. Que *B* adrem *C* sunt usui ‖ Ea amator *Ritschelius.* sunt uidi ‖ Tam amator *B.* suntus uidi ‖ Tam amator *CD.* sumptus uidet. ‖ Tum amator *FZ.* Tam *pro* tamen *esse voluit Bothius probante Seyfferto Stud. Plaut. p. 14* 33. *Cf. v. 32* profert saepe *Pylades:* profert se *'prisci codd.' Pii.* proferri sepe *BCDF et, nisi quod* saepe, *Z* aduerso *FZ* 34. Ac *Bothius olim.* Hoc *libri* rursum idcirco] sumit circo *B* 35. usquam *B.* unquam *D.* umquam *C* adeost callide *Camerarius.* adeos callide *B.* adeo callidus *CFZ.* adeo callid̃ *D* 36. Facundus quae *Camerarius.* Facundusque *libri* rem sint suam *Camerarius.* rem insit sua *BC.* rẽm fit sua D^1. rem fuit *(u s. v.)* suã D^3. rem infit suam *FZ.* re insit sua *codd. Pyladis* 37. mihi *BDC* obmulti loquium *C* ñdecet *C* 38. Eodemquo *C* uen̊ *(= uen̊?) C* mihi hoc *Camerarius.* mihi hac *B.* hac mihi *CD.* hanc mihi *FZ* legaũ *CD* diem *FZ* Amor et Venus me hoc legarunt die *mire Scaliger* 39. reũti *CD.* reuerti *reliqui* certumst, ut coepta *Ritschelius Parerg. p. 20.* certum et conata *BDZ.* certum iconata *C.* certum ẽ et conata *F.* certum ut conata *Camerarius.* certum ut incohata *idem coniecit V. 40—60 a Plauto abiudicat Reinhardtus, postquam de plerisque praeter v. 46 et 56—58 dubitari posse iam Dziatzko significavit: assentitur Lorenzius in Bursiani Annal. a. 1876 II p. 83* 40. ut aetas ex ephebis exiit

Atque ánimus studio amótus puerilíst meus,
Amáre ualide coépi hinc meretricem. ílico
Res éxulatum ad íllam clam abibát patris:
Leno ínportunus, dóminus eius múlieris,
Vi súmma, ut quicque póterat, rapiebát domum. 45
Obiúrigare páter haec noctes ét dies:
Conclámitare tóta urbe et praedícere,
Omnés timerent mútuitanti crédere.
Perfídiam lenonum, íniustitiam exprómere:
Lacerári ualide suám rem, illorum augérier. 50

Ritschelius Parerg. p. 20 (coll. Bacch. 152), Fleckeisenus Exerc. crit. p. 37 sq. atque animus phoeb; etate exiit *BDF (nisi quod* phoeb' *d* aetate *D,* phoebus *F).* atque animus etate exiit / phoebus *C.* atque animus ephebis aetate exiit *Z.* ut ex ephebis aetate exii *Muretus Var. Lect. XVIII 9, iterum Acidalius.* atque aetas ex ephebis exiit *Dousa fil. Fallitur Handius Turs. I p. 473* 41. puerili est meus *Pylades.* puerilest meus *B.* puerilest meumst *D.* puerilest mecumst *C.* puerilest. Meum est *F.* puerili Meus est *Z.* puerili meust *Bothius* 42. coepit *BCF.* cępit *D* hinc *Bothius.* hic *libri* meritricem *CD* 43. Res *Pius. om. Z.* Rex *reliqui, idemque add. Scutarius* exultaũ *C* adillam *C.* atillam *B* clam abibat *Bothius.* abibat clam *Gulielmius.* iam abibat *BCF.* iã bibit D^1. iã bibit D^2 44. importunus *CD* 45. Vi summa ut quicque *Ritschelius.* Visum at quicque *CD.* Vi sumat quoq, *B.* Vi summa quicque *FZ.* Vi summa quicquid *Saracenus.* Vi summa quicque ut *Camerarius* rapib; *B V. 46—60 ita disposui, qui sic se excipiunt in libris: 46. 49. 50. 54. 55. 47. 48. 51. 52. 53. 56—60: pro quo ordine hunc commendabat Ritschelius: 46. 51—53. 49. 50. 56—60. 47. 48. 54. 55: V. 59. 60. 54. 55. 47. 48 post v. 79 ponit Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 476 sq.: eodem v. 54. 55. 47. 48 Dziatzko l. s. s. (deletis v. 49—53. 59. 60). Reinhardtus v. 49. 50 tradito l. defendens v. 54. 59. 60. 55. 47. 48 post v. 79 inserit. Solum v. 51 Scaliger post v. 49 ponebat* 46. Obiurigare *Ritschelius: cf. Op. phil. vol. II p. 428.* Obiurgaret *B.* obiurgare *DZ.* obiugare *C.* obiurgat *F* pater hec *BD.* pater ob haec me *Pylades:* haec pater me *Hermannus, Bothius.* pater haec me *Camerarius* nõstes *C.* noctis *D* 47. Conclamitaret *B* pdiceret *B* 48. Omns *BD* timerent *Ritschelius.* tenerent *libri.* cauerent *Lambinus.* renuerent *Guyetus* mutuitanti *'ex codd. ant.' Pylades, Camerarius in adnot., Turnebus Advers. XVII 3, Gulielmius.* mutu tanti *CD.* mutuanti *B.* nutu tanti *FZ* 49. *V. delet Dziatzko l. s. s. p. 428* Perfidiam lenonum, iniustitiam *Ritschelius.* Perfidiam iniustitiam (in iusticiã *B)* lenonum *libri.* Lenonum perfidiam, iniustitiam *Bothius. Cf. Beckeri Qu. de com. Rom. fab. p. 109 sq.* Lenonem perfidiam, iniustitiam *Reinhardtus l. s. s. p. 87* expmeret *B.* exprimere *Z* 50. illorum *Ritschelius, qui in adnot. et Op. philol. vol. II p. 684*

Amórem multos ínlexe in dispéndium;
Intémperantem, incógitantem, iniúrium
Trahere éxhaurire mé quod quirem ab sé domo.
Summo haéc clamore; intérdum mussans cónloqui
Abnúere: negitare ádeo me natúm suom. 55
Ratiónem pessúmam ésse, ea quae ipsus óptuma
Omnís labores ínuenisset pérferens,
Amóris ui diffúnditari ac dídier.
Conuítium tot me ánnos iam se páscere:

---

etiam haec profert: Lacerari suam rem, illius ualide augerier. *Cf. Luchsius de gen. p. 51 et Brandtius de gen. p. 15* 51. illexe *Camerarius.* illexisse *Pylades.* inlexit *B.* illexit *reliqui* indispendium *C* 52. incogitantem *Ritschelius.* non modestum *libri (nisi quod* non modestum ñ modestũ *D): quod interpretamentum videtur* intemperantem *vocis.* Intemperantem, inmodicum, excordem, iniurium *Ritschelius in adnot.* 53. Traheret *B* exhaurire *Camerarius.* exurire *libri Construendum esse* trahere me quod exhaurire quirem *monet Ritschelius in adnot.* quod] q, *F* querẽ *B* ad *Z* domo *Camerarius.* domum *libri.* domu *Kampmannus de AB praep. p. 26* 54. hec *D.* hoc *Z* mussans, conloqui *post Palmerium p. 750 (qui* mussas = mussans*) Gruterus.* mussans loqui *Pius (unde profectus* mussans interdum loqui *transponebat Pylades, quod e 'sanctuariis bibliothecarum reposuisse' Turnebum Muretus narrat).* mussa čloqui *CD.* missa conloqui *B.* mussat loqui *FZ.* mihi se colloqui *Camerarius.* mussando loqui *Lambinus, Dousa Expl. III 14.* summisse loqui *alii apud Lambinum* 55. Abnueret *B.* Abnugere *D* negitari adeo *CD.* necitaria deo *B* menatum *BC* suum *libri* 56. Rationem pessimam esse, ea quae *Camerarius.* Rationem pessumam ea eaq, *B.* Ratione pessuma eaque *reliqui.* Ratione pessuma a me quae *Ussingius* ipsius *B* optuma *(a ex* e*) D* 57. Omns *BCD* Omnesque mores *Z* inuenisset *B.* inuenisse *CFZ.* inuenise *(e post. s. v. m. 2) D* perferens *e coni. Scaligeri Lambinus: quod 'in veteribus' esse Muretus dixerat: idemque suasit Pistoris.* perferis *BCD.* perseris *FZ.* perserus *'cod. ant.' Pii* 58. Amoris ui diffunditari *Camerarius, qui idem in B correxit praeter* difunditari. Mori sui difunditari *B.* Mores uidi funditari *reliqui cum ras. post* Mores *C* didier *Gronovius.* diedere *CDZ, 'codd. ant.' Pii.* dedere *F.* die heret *B.* deteri *Camerarius.* didere *(et* diffunditare*) Gulielmius omni perversa constructione verborum* 59. Conuitium *FZ.* Conuirium *CD.* Coniurium *B.* commilcutum *et* commulcium *duo codd. Lambini.* Conuicio *Pistoris* se pascere *Dousa Explan. III 14: atque ita Bentleius in Hor. carm. I 37, 9 ed. Amst.* si pasceret *BDZ.* sipasceret *C.* si pascere *F.* sic pascere *post Pium Lambinus.* sic poscier *Pistoris.* si posceret *mira machinans Gulielmius.* mihi phascere *(et* se *pro* me*) Mureti 'veteres membranae', simul integro versiculo addito* Suisque ingratiis me uitam agere perperam

Quod nísi puderet, né luberet uíuere. 60
Sese éxtemplo ex ephébis postquam excésserit,
Non, út ego, amori néque desidiae in ótio
Operám dedisse, néque potestatém sibi
Fuísse: adeo arte cóhibitum se esse á patre.
Multo ópere inmundo rústico se exércitum, 65
Nec nísi quincto anno quóque solitum uísere
Vrbem, átque extemplo inde, út spectauissét peplum,
Rus rúsum confestim éxigi solitum á patre.
Ibi múlto primum sése familiárium
Labórauisse, quom haéc pater sibi díceret: 70
'Tibi arás, tibi occas, tíbi seris: tibi itém metes,
Tibi dénique iste páriet laetitiám labos'.
Postquám recesset uíta patrio córpore,
Agrúm se uendidísse atque ea pecúnia
Nauém, metretas quaé trecentas tólleret, 75

---

60. Quem *Pius* puderet, ne luberet *Pius*. luderet ne luberet *CDFZ*. luderet ne luderet *B* uiueret uiueret *B* *V. 61—105 damnat Reinhardtus l. s. s., quem refutavit Dziatzko Mus. Rhen. vol. 29 (a. 1874) p. 63 sq.* 61. exphebis *B*. ex ephe////bis (bi *e corr.*) *C* excesseris *BCD* 62. Nonne (None *D*) ut ego mori *BCD* desidie *D*. insidiae *B* inotio *C* 63. dedisset *BCD* potestam *CDFZ* 64. Fuisset *B* arcte *Saracenus* se esse *Pylades*. esse *CDFZ*. esset *B*. esse se *Camerarius, Bentleius in And. I 1, 27.* sese *Gruterus*. essere *lepide Guyetus* apatre *C* 65. Multopere *Z* immundo *CD*. immõdo *Z*. in mundo *Pylades, Meursius, Palmerius: dissentiente Gulielmio* rustico se '*vetusta exemplaria*' *Pii*. rusticose *B*. rusticos *reliqui* 66. Neque *libri, nisi quod* Nequẽ *B* misi *C* quinto *e* quicto *B*. quinto *reliqui* solitum *Rütschelius*. positum *BCDF*. posse tum *Z*. assuetum *Gulielmius*. potuisse *Guyetus* uisere] ẽ *B* anno posse inuisere *Scaliger* 67. peplum *BC*. popl̃u *D*. populum *FZ* 68. rusum *B*. rursum *reliqui* exigit *BCD* apatre *C* 69. Ibo *C* primum sese *Pylades*. primum se *libri*. plurimum se '*vetus liber*' *Mureti* 70. Labor agisse *B* qm̃ *B*. cum *reliqui* hec *D* 71. occas *Pylades*. occasus *B*. occasis *CD*. occassis *FZ* eris *B*. såris *C*, *unde* saris *Kochius Mus. Rhen. vol. 25 (a. 1870) p. 620 restituit, idem profert Muellerus Add. ad Pros. Pl. p. 111: at recte Ribbeckius fragm. com.*[2] *p. 75 contra attulit Epid. v. 265* item *Guyetus*. eidem *libri* metes '*vetus*' *Mureti*. metis *libri* 72. isti *B*. istic *Bothius*. ipsi *idem* lętitiam *C*. letitiam *BD* labos *BF*. babos *C*. habes *D*. obes *Z*. labor *iam Saracenus* 73. recesset *Lambinus*. recessit *libri* corpora *B* 74. uendidisset *B* atque apecunia *C* 75. Nauẽ *B*. Nauim *reliqui* metretasque *B* quae trecentas *C*. que trecentas *D*

Parásse, atque ea se mércis uectatum úndique
* * * * * * * * * * *
Adeó dum, quae tum habéret, peperissét bona.
Me idém decere si, út deceret mé, forem.
Ego úbi ita uisum meó patri esse intéllego, 80
Atque ódio me esse quoí placere aequóm fuit,
Aménsamansque tándem animum offirmó meum:
Dico ésse iturum mé mercatum, sí uelit;
Amórem missum fácere me, dum illi óbsequar.
Agit grátias mi atque íngenium adlaudát meum, 85
Et méa promissa nón neglexit pérsequi.
Aedíficat nauem cércurum et mercís emit:

---

87. *Nonius p. 533, 25:* Cercurus . . . Plautus . . . Mercatore: 'Aedificat . . . emit'

---

76. Parasset *B* ea se mercis uectatum undique *cum lacuna unius versus (quem talem esse potuisse:* Abiísse in terras sólas orasque últumas *coll. Most. 995) Ritschelius.* eam semp scis uectatũ undique *B.* eã sempcis uectatam undique *CD.* eam semper cis uectatem undique *F.* eam semper eis uectatam undique *Z.* eapse mercis uectatum undique *Scaliger,* eapse mercis esse se *afferens e 'v. c.'* ea se in Persis uectatum undique *Gulielmius.* ea semet sic uectatum undique *Acidalius.* ea semper se inuectatum undique *Bothius.* ea se mercis uectasse undique *sine lacuna Ritschelius in adn.* 78. quae tum *vetus liber Mureti, Dousa fil.* quęstum *Z.* questum *reliqui* peperisset *B.* peperisse *CDFZ* 79. Meidem *BC* decere si ut deceret *Pylades.* diceret si ut diceret *(*siutdiceret *C) BCD.* diceret si ut deceret *FZ.* dicere sic (ut deceret) '*prisca exemplaria*' *Pii* 80. ubi ita uisum *Ritschelius.* me ubi inuisum *libri* esset *B* 81. hodio *B* me esse *Pylades.* esse me *libri nisi quod* esset *B.* esse ei me *Gruterus, quod etiam minus placere dicit Ritschelius in adn. quam* ei me esse quoi placere *Camerarius.* quod placeret *libri* aeqm̃ *B.* equum *reliqui* 82. amasque *B* tandem animum *Kochius Em. Pl. p. XIII.* ut animum *libri.* actutum animum *Ritschelius.* utut animum *Pylades.* ui animum *Ussingius.* iam animum *placere negat Ritschelius in adnot. Quamquam fateor mihi ante* animum *quaedam deesse videri propter verba* Amens amansque 83. esset *B* mercatus *B* siuelit *C* 84. facerem edum *B* illã *D* 85. grates *Guyetus* mihi *BCD* Mihi grátias agit, ingenium *poterit, ut ait Ritschelius in adn., cui nimiae offensioni correpta in* agit *ultima fuerit* ingeni////um *cum ras. C* allaudat *CD* 86. Et *Ritschelius.* Sed *BCDFZ* non excleit psequi *B: unde* neglexeit *Kochius Em. Pl. p. XIII* 87. Edificat *CD* nauem *B, Nonius.* nauim *reliqui* cercurum *Camerarius (et ante eum* circerum *Saracenus) e Nonio, ubi* cercyrum *libri.* gubnatorũ *B.*

Paráta naui inpónit: praetereá mihi
Taléntum argenti ipsús sua adnumerát manu:
Seruom úna mittit, qui ólim a puero páruolo 90
Mihi paédagogus fúerat, quasi uti míhi foret
Custós. his sic conféctis nauem sóluimus.
Rhodúm uenimus, úbi quas merces uéxeram
Omnís ut uolui uéndidi ex senténtia:
Lucrum íngens facio praéterquam mihi méus pater 95
Dedit aéstimatas mérces. ita pecúlium
Confício grande. séd dum in portu illi ámbulo,
Hospés me quidam adgnóuit, ad cenám uocat.
Venió, decumbo, accéptus hilare atque ámpliter.
Discúbitum noctu ut ímus, ecce ad me áduenit 100
Muliér, qua muliere ália nullast púlcrior:
Ea nócte mecum illa hóspitis iussú fuit.
Vosmét uidete, quám mihi ualde plácuerit:
Postrídie hospitem ádeo, oro ut uendát mihi:

---

99. Ampliter *ex hoc v. excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 244*

---

gerariam *reliqui* merces *FZ, Nonius* emit] sue *B* 88. Patraui *B. Num* Paratae naui? *Ritschelius in adn.* imponit *CD* pręterça *C* 89. ipsus sua *Camerarius.* ipse sua *libri.* sua ipsus *Ritschelius in adn. dubitanter. Muelleri commenta Pros. Pl. p. 491 refutavit Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 46, ubi simul hunc ictum commendat:* ípsus sua abnumerat *BCD* 90. Seruum *C* uana *B* a D^2FZ. *om.* BCD^1 paruulo *libri* 91. pedagogus *BCD* 92. his sic *Bothius.* isset *BCD.* isce *F.* hisce *Z.* iisce *Camerarius* confestim D^3FZ nauem *B.* nauim *reliqui* 93. Rodum *B: cf. ad v. 7* 94. Oms *B* utuolui *C* ex sententia *C* 95. facio '*prisca exemplaria*' *Pii.* facto *BCDFZ, Bothius*[3] praeter[quam] *C.* praequam *Salmasius* 96. estimatas *D* peculum *B* 97. inportu *BC.* in portu *DFZ* illi *BCD, Scioppius Susp. lect. I 21.* ibi *FZ* 98. adgnouit *B.* agnouit *reliqui* adcenam *B.* adcaenam *C.* ad cęnam *D.* ad coenam *Z* 100. utimus *C* adme *C* 101. quam *B* muliere *Scaliger, Salmasius.* mulier *libri, quod defendit Kienitz De qui e. q. s. p. 533 coll. Cas. V 1, 10* nulla est *BFZ* pulchior *CD.* pulchrior *reliqui* 102. illi *B* hospites *C* iussu] uisus *Z, corr. a Scutario* 103. Vos metui dete *B Post* mihi *rasum in C* 104. Postridie (r *e corr.*) *C* ora *B* utũdat *C*

Dico eíus pro meritis grátum me et muném fore. 105
Quid uérbis opus est? émi eam atque aduéxi heri.
Eam me áduexisse nólo resciscát pater.
Modo eám reliqui ad pórtum in naui et séruolum.
Sed quíd currentem séruom a portu cónspicor,
Quem náui abire uétui? timeo quíd siet. 110

ACANTHIO. CHARINVS

ACANTHIO

Ex súmmis opibus uíribusque usque éxperire, nítere,
Erus út minor operá tua seruétur. agedum, Acánthio,
Abige ábs te lassitúdinem: caue pígritiae praeuórtier.
Simul aútem, plenis sémitis qui aduórsum eunt, aspéllito:
Detrúde, deturba ín uiam. haec hic díscipulina péssumast: 115

105. *Nonius p. 137, 6:* Munia, officia . . . Plautus Mercatore: 'Dico . . . fore'

105. dicens pro *Nonius* promeritis *C* munem *BCD*, *Nonius.* muniem *Z.* memorem *F*, *codd. Clericanus et Pithoeanus Lambini.* moenem *Palmerius p. 882* 106. uerbis opus est] opus uerbis *B* emi eam *Bentleius, Reizius, Ritschelius:* emi *Pius.* mi *B.* ṁ *D.* mihi *CZ.* dat mihi *F.* emi mi *Bothius. Minus placere* emi atque aduexi huc *(vel* huc aduexi*)* heri *Ritschelius adnotat: de* emi illam *cogitari posse dicit Spengelius 'Plautus' p. 234* eri *D* 107. Sed me *Reinhardtus l. s. s. p. 91* reciscat *D.* rescitat *B* 108. tam *C* et] ut *F* seruulum *CD* 109. quod *C* seruum *CDFZ* aportu *D* 110. uetituite meo *(ti eras.) B* siet *B.* sit *reliqui*

Act. I sc. 2 ACHANTIO SERVVS · CHARINVS ADOLESCENS *B.* ACHANTIO. CHARINVS *CD* 111. Exsummis *C* 112. Seruetur *ex* Seruitur *D* agendum *BCD* achantio *BCD: et sic constanter* 113. Accepi abste *B* pigritiae preuertier *codd. Pyladis: idemque iam Saracenus.* pigritiae *(*pigritie *D,* pigriciae *C)* praeuerteris *libri fort. recte.* praeuortare pigritiae *Ritschelius in adnot. Sequitur in libris quem cum Ritschelio feci v. 124* 114. plenis semitis *Ritschelius: cf. Opusc. phil. vol. II p. 397.* plenissimetis *CDF.* plenissime *B.* plenissime iis *Z.* plenissime eos *Pylades. 'alias* planissime, *alias* paenissime' *Lambinus.* eos paenissume *Guyetus.* eos plenissume *Bothius. Novisse se qui de* penitissume *cogitaret dicit Ritschelius* qui aduersum *(*quiaduersum *C) libri* erunt *Acidalius* aspellite *C.* aspelito *Z.* cispellito *Palmerius: rectissime damnatum a Bentleio in Heaut. II 3, 20* 115. Detrudetur iam in *B* hec *BD.* nam haec *Pylades* hic discipulina *Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 397 duce Fleckeiseno.* hic disciplina *Camerarius.* disciplina hic

Currénti, properanti hódie hau quisquam dígnum habet decédere.
Ita trés simitu rés agendae súnt, quando unam occéperis:
Et cúrrendum et pugnándum et autem iúrigandumst ín uia.

CHARINVS

Quid illúc est, quod ille tam éxpedite exquírit cursurám sibi?
Curaést, negoti quíd sit aut quid núntiet.

ACANTHIO

Nugás ago: 120
Quam réstito, tam máxume res ín periclo uórtitur.

CHARINVS

Malí nescio quid núntiat: genua húnc cursorem déserunt.

ACANTHIO

Perií: seditionem facit lien, óccupat praecórdia.
Simul énicat suspíritus: uix súffero hercle anhélitum.

---

117. *Nonius p. 175, 18:* Simitu, simul . . . Plautus . . . Mercatore: 'Ita . . . occeperis'

---

libri, quod def. A. Spengel Philol. 23 (a. 1866) p. 671 pessuma st *B.* pessima est *reliqui* *V. 116—118 trochaicos esse voluit Ritschelius: at cf. Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 650, Buecheler Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 448, Studemundus de cant. p. 76, Muellerus Pros. Pl. p. 78* 116. properandi *D* hodie hau *scripsi.* heu *B.* haud *reliqui.* hau *Ritschelius.* hic hau *Muellerus Pros. Pl. p. 78.* hau tibi *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 650* quisquam usquam *Buechelerus l. s. s.* 117. Itres *B* simitures *B, Nonius.* simul res *reliqui.* res simitu *Brixius Qu. pros. p. 31 et Ritschelius trochaicum discribentes: iambicum tuentur Kampmannus de reb. mil. p. 34, Muellerus l. s. s., Studemundus de cant. p. 76, alii* agendę *C.* agende *D* unam hoc ceperis *Nonius* 118. currendum est et *Scaliger, Guyetus, Ritschelius* pugnandum est *Guyetus* et ante *FZ.* et item *Guyetus (ut Stich. 213)* iurigandum est *B.* iurgandum est *reliqui.* iurgandum *Guyetus.* et iurigandum autem *Ritschelius: cf. Opusc. phil. vol. II p. 397, 426, ubi de* et autem *sic posito graves dubitationes ciet* inuia *C* 119. illud est *BZ.* illuc *Bothius* expeditam *Ussingius* 120. Curaest *Ritschelius.* Curast *BCDF.* Cura est *Z* negotii *B* nuntient *B* 121. Quam restito *Bentleius, Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 651.* Quam resisto (res isto *B*) *libri.* Qui quam (*vel* Nam quam) resisto *Ritschelius* maxime *BCD* tam res maxume *Ritschelius.* maxime resisto, tam res *Pylades.* *De* Quom resisto, tum res maxumo *ne cogitetur monet Ritschelius in adn.* 122. nunciat *D* genua . . . deserunt *Charino continuavit Ritschelius: Acanthioni libri tribuunt* 123. sedicionem *D* lien] *cf. Hermannus praef. Bacch. p. VI* 124. *Huc reposuit Ritschelius, qui in libris post v. 113*

Perii: ánimam nequeo uórtere: nimis níhili tibicén siem. 125
Numquám édepol omnes bálineae mi hanc lássitudinem éximent.
Domín an foris dicam ésse erum Charínum, ego animi péndeo.

CHARINVS

Quíd illuc sit negóti lubet scire éx hoc, ut sim cértior.

ACANTHIO

Át etiam asto? at étiam cesso fóribus facere hisce ássulas?
Áperite aliquis. úbi Charinus érus est? dominest án foris? 130
Num quísquam adire ad óstium dignum árbitratur?

CHARINVS

Écce me,
Acánthio, quem quaéris.

---

est. Post v. 122 collocabat Scaliger, post 125 Scriverius enicat suspiritus *Ritschelius.* emicat suspiritus *B.* enicat spiritus *reliqui.* emicato suspiritus *Camerarius.* enicato suspiritus *Dousa Expl. IV 14.* enica suspiritus *Bothius* *De v. 125 sq. cf. v. 136* 125. uertere *libri* nummis '*prisca exemplaria*' *Pii* nihili tibicen siem *Camerarius.* nihil tibi censiem *libri* *Sequitur in libris v. 137* 126. Nunquam *CD* balinaee *B.* balineę *C.* balneae *FZ* mihi *libri* eximeant *B* 127. *Trochaicum discripsit Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 651, quem secuti sunt multi, iambicum Ritschelius* Domi nam *B* anforis *C* Charinum, ego *A. Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 671.* Charinum. Char. Ego *libri* Ergo *Bothius* 128. *Vers. delet Ussingius* *Pers. add. Spengelius l. ad v. 127 exscripto: om. libri* *Iambos discripsit Ritschelius, trochaeos Brixius l. s. s.* illuc *CF.* illud *BDZ* sit negotii *BCD.* sit negocii *FZ.* negoti sit *Acidalius, Ritschelius* lubet scire ex hoc ut *A. Spengelius l. s. s.* lubet scire me ex hoc metuit *B.* lubet scire me ex hoc metu ut *CFZ.* lubet scire me ex hoc tu (me *m. 2*) ut *D.* lubet scire me ex hoc, ut *Pylades.* lubet scire ex hoc me, ut *Acidalius.* lubet mi adire huc ut *Ritschelius.* lubet adire me, ut *Brixius l. s. s.* *Fuisse cum placeret* scitari hinc ut *vel* seruare hunc ut *adnotat Ritschelius* sim certior *Camerarius.* sim certus *libri.* certus ut siem *reicit Ritschelius.* ut certus siem *Brixius l. s. s.* lubet mi adire, ut fiam certior *Ritschelius in adnot.* 129. Ad *D* asto at *BD.* as stro at *C.* assisto at *Z et, nisi quod* ac, *F* hisce assulas *Camerarius.* his cassulas *BCD, de qua scriptura cf. Loewius Act. soc. phil. Lips. IV p. 350 et Spengelius praef. Trin. p. 12.* his casulas *F.* his assulas *Z* 130. carinus *D.* charinū *B* erus est *Ritschelius.* seruus *B.* erus *reliqui* domin est an *C.* domine est an *Pylades.* domine stant *B.* domis est an *D.* domi est an *FZ* fores *B* 131. adostium *C.* ad hostium *DFZ* *V. 132—133 in unum contraxit Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 428 sic:* Acanthio quem quaeris. Quae te res malae agitant _ ⏑ _ *verbis* Nusquamst disciplina ignauior *eiectis ut fictis e v. 115* 132. Achantio

ACANTHIO

Nusquamst discipulina ignáuior.

CHARINVS

Non mé uides? Quae té malae res ágitant?

ACANTHIO

Multae, ere, te átque me.

CHARINVS

Quid ést negoti?

ACANTHIO

Périimus.

CHARINVS

Princípium id inimicís dato. 135[a]

ACANTHIO

At tíbi sortito id óbtigit. 135[b]

CHARINVS

Loquere íd negoti quícquid est.

ACANTHIO

Placidé: uolo adquiéscere.

CHARINVS

At tu édepol sume láciniam atque abstérge sudorém tibi.

---

libri queris *BCD* nusquam est *BZ* disciplina *libri* *V. 133sq. Ritschelius ita edidit:* Char. ** Ac. ** Char. Quae té malae res ita agitant? | Multae hércle temet átque me. Char. Quid ést negoti? Ac. Périimus *talia fere intercidisse ratus:* Char. Non me uides? Ac. ah salue ere: *de lacuna consentit Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 458* 133. Non mé uides? quae té malae res *scripsi duce Ritschelio.* Que te malę res *CD.* Que te res mala *B.* Que te male res *FZ.* res malae *iam Scaliger* Multę ere te *C.* Multe ere te *D.* Multae here te *FZ.* Multa ececte *B, unde* Multae aece (= aeque) te *Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 458.* Multae hercle temet *Ritschelius Hunc versum et sequentem licentius tractat Fleckeisenus Exercit. p. 28*

Quaé te res malae male agitant? Ac. Multae, ere, aeque te atque me *trochaeos discribens Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 673 V. 134—135 tribus dimetris discribunt libri, v. 136 addidit Weisius: cf. Spengelius l. s. s.* 134. negotii *B* Periimus *Camerarius.* Perimus *libri* 135[a]. id (*vel* hoc) *add. Lachmannus: om. libri* 135[b]. optigit *B* 136. negotii *libri* quic quid *B.* quid est *Z.* quid siet *Ritschelius: cf. Trin. v. 88: traditam scripturam def. Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 458* *Post h. v. ponit v. 125. 137. 126 Boltenstern de reb. scaen. p. 34* 137. *huc transposuit Bothius, in libris scriptum post 125; post 126 Acidalius* Attu *CD* sume *B, Pylades.* sume tibi *CFZ.* sumetibi *D* tibi ACH *libri: cf. ad v. 125*

ACANTHIO

Tua caúsa rupi rámices: iam dúdum sputo sánguinem.

CHARINVS

Resínam ex melle Aegýptiam uoráto: saluom féceris.

ACANTHIO

At édepol tu calidám picem bibito: aégritudo abscésserit. 140

CHARINVS

Hóminem ego iracúndiorem quám te noui néminem.

ACANTHIO

Át ego maledicéntiorem quám te noui néminem.

CHARINVS

Sín, saluti quód tibi esse cénseo, id consuádeo?

ACANTHIO

Ápage istiusmodí salutem, cúm cruciatu quae áduenit.

CHARINVS

Díc mihi, an boní quid usquamst, quód quisquam uti póssiet 145

Síne malo omni, aut né laborem cápias quom illo utí uoles?

ACANTHIO

Néscio ego istaec: phílosophari númquam didici néque scio.
Égo bonum, malúm quo accedit, míhi dari haud desídero.

---

138. *Nonius p. 166, 6:* Ramices dicuntur pulmones uel hernia. Plautus Mercatore: 'Tui . . . sanguinem'

V. 138 sqq. tractavit Rostius Opusc. p. 255 sqq. 138. ACH *om. libri hoc loco: cf. v. 137* tui *Nonius* ramices *FZ ex Nonio:* ramites *B.* tramites *CD* iam dum] atrum dum *Nonius, quo ne abutantur ad* atrum iam *commendandum monet Ritschelius* 139. aegiptiam *B.* egyptiam *CD* uorato *ex* uoratu *D* saluum *CD* 140. tu edepol *Camerarius* bibito *ex* bibite *D* ęgritudo *C.* egritudo *D* 141. ego *om. CDFZ* 142. maledicenti orē *B.* male dicentiorem *C* 143. Sin *(h. e.* sine*) BCDF: et sic Bentleius in Eun. V 4, 18.* Sim *Z.* Si *Bothius.* Quin *Guyetus* 144. *De* istiusmodi *cf. Luchsius de gen. p. 55, Brandtius p. 21* cum *add. Pylades: om. libri* cruciatu quę *C.* cruciatuque *B.* cruciatu que *D* *V. 145—148 num Plautini sint valde dubitat Ritschelius* 145. usquam st *BC* quo *Muellerus 'Nachtr.' p. 32: idem 'prisca exemplaria' Pii* possiet *Camerarius.* possit *libri, etiam Pii* 146. aut] ut *Guyetus* capias *ex* cupias *D* cum *libri* ut uioles *FZ* capiat *et* uoles *potius exspectat Ritschelius* 147. istęc *C.* istec *D* philosopharinũ quam *B* nunquam *D* 148. quod *B* accidit *C* haud *ex* haut *D.* hau *Ritschelius*

CHARINVS

Cédo tuam mihi déxteram: agedum, Acánthio.

ACANTHIO

Em, dabitúr: tene.

(CHARINVS

Vín tu te mihi óbsequentem esse, án neuis?

ACANTHIO

Operá licet 150

Éxperiri, quí me rupi caúsa currendó tua,
Vt quae scirem, scíre actutum tíbi liceret.

CHARINVS

Líberum

Cáput tibi faciám cis paucos ménsis.

ACANTHIO

Palpo pércutis.

CHARINVS

Égon ausim tibi úsquam quicquam fácinus falsum próloqui?
Quín iam, prius quam sum éloqutus, scís si mentirí uolo.

ACANTHIO

Ah, 155. 156

Lássitudinem hércle uerba túa mihi addunt: énicas.

CHARINVS

Sícine mi obsequéns es?

---

153. *Nonius p. 163, 10:* Palpo quasi palpando. Plautus Mercatore: 'Palpo percutit' 150. Neuis *hinc transiit in gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Op. II p. 256*

---

149. mihi tuam *B* dexteram *Saracenus.* dextram *libri* agendum *BCD* achantio *libri* em *B.* hem *CD.* en *FZ* *V. 150—165 non dubitat Ritschelius quin non sint eiusdem vel poetae vel recensionis: ineptissimos esse praeter alios v. 158, 159, 162* 150. uin *(i s. v.) D* te mihi obsequentem esse *Scaliger, Engerus de pros. p. 13, Muellerus Pros. Pl. p. 581.* te mihi obesse sequentem *libri. Quam nimirum tmesim* mi obesse sequentem *interpretantur.* mihi te obsequentem esse *Pylades.* te mihi esse obsequentem *Camerarius* anne uis *BCD* 151. qui] quam *B: unde* qua *Camerarius,* quoniam *Gruterus,* quom *fortasse alii* 152. Vtque *C.* Vt que *B* 153. Capud tibi *B.* Tibi caput *Scaliger, Guyetus, Ritschelius* cis paucos *Gruterus.* paucos *libri.* paucos cis *Acidalius.* paucis post *(et* mensibus*) Lambinus* percutit *Nonius* 154. Egom *Z* Ego naus/////im *B* 155. 156. Quid *F* sim *FZ, Ritschelius* eloquius *B.* elocutus *reliqui* scis si *Camerarius.* scisset *B.* scisse *reliqui.* scias si *Ritschelius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 211* uolim *Ritschelius* Ah *proprium v. esse voluit Ritschelius* 158. *Ac. continuant libri, pers. permutantes usque ad*

ACANTHIO
Quid uis fáciam?

CHARINVS
Tun? id quód uolo.

ACANTHIO
Quíd id est igitur quód uis?

CHARINVS
Dicam.

ACANTHIO
Díce.

CHARINVS
At énim placidé uolo.

ACANTHIO
Dórmientis spéctatores métuis ne ex somno éxcites? 160

CHARINVS
Vaé tibi.

ACANTHIO
Tibi équidem a portu adpórto hoc.

CHARINVS
Quid fers? díc mihi.

ACANTHIO
Vím, metum, cruciátum, curam iúrgiumque atque ínopiam.

CHARINVS
Périi, tu quidém thensaurum huc mi ádportauistí mali.
Núllus sum.

ACANTHIO
Immo es

CHARINVS
Scío iam, miserum díces.

---

v. 161: correxit Iuntina Sitiine *B*. Siccine *Z* mihi *libri* Tum id *BZ: corr. Pylades* 159. id est *Bothius, Bentleius.* est *libri.* est id *Pylades* placidē *B* 160. exsomno *BC.* e somno *Z* excitem *Kiesslingius apud Boltensternium p. 29* 161. Ve *CD* CHA *ante* Tibi *eras. B* eqidem *C* aportu *C.* adportu *B* apporto *CD* 162. uin *F* metum *ex* mecum *D* iurgium que atque *B.* iurgium atque *FZ* in opiam *C* 163. Perii, tu *Saracenus.* Peritu *B.* Peri tu *DFZ.* Pertu *C* thensaurum (n *eras.*) *D.* thesaurum *BCFZ* huc *B.* hunc *reliqui* mihi *BC. om. DFZ* adporta uisti *B.* apportauisti *reliqui*

ACANTHIO

Tu dixtí.

CHARINVS

Taces?

Quíd istuc est malí?

ACANTHIO

Ne rogites: máxumum infortúniumst.) 165

CHARINVS

Óbsecro, dissólue iam me: nímis diu animi péndeo.

ACANTHIO

Hóc sis uide, ut palpátur: nullust, quándo occepit, blándior.

CHARINVS

Hércle uero uápulabis, nísi iam loquere aut híne abis.

ACANTHIO

Plácide: multa exquírere etiam príus uolo quam uápulem.

CHARINVS

Óbsecro hercle oróque ut, istuc quíd sit, actutum índices: 170
Quándoquidem mihi súpplicandum séruolo uideó meo.

ACANTHIO

Tándem indignus uídeor?

CHARINVS

Immo dígnus.

---

164. dixti CHA. Taces *Ritschelius.* dixi ḡ taces *B.* dixti ego taceo *C.* dixi ego taceo *D.* dixisti. ego taceo *FZ.* dixti. CHA. Ergo taces *Camerarius.* dixi ergo tacens *(sine* tu*) Beckerus de com. fab. p. 26.* dixisti: ego taceo *Bothius octonarium discribens.* dixti, haud ego *(vel* ego nihil*) ascripsit aliquando Lachmannus: similia Weisius* 165. *Charini pers. praemittunt libri: del. Ritschelius* maximum *CD* infortunium est *libri* 166. *Cf. v. 167—172* dissolue] te, absolue *Scaliger (nisi quod* ted *scripsit), quod fortasse verum esse annotat Ritschelius* iamne *B* *V. 167—172 ita collocant Meursius, Ritschelius. in B hic est ordo: 169. 168. 167. 170. 167 (sic iterato 167) 171. 172: et hic in reliquis: 169. 168. 167. 170—172: pro quibus hunc ordinem commendat Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 477: 170—172. 166. 169. 168. 167* 167. sis *om. Guyetus.* si *B utroque loco* palpatur *B utroque loco:* palpator *reliqui* nullus st *B utroque loco.* nullus est *reliqui* 168. Hercule *C* nisiaiam *B* abis *ex* habis *ras. B* 169. exquirier *Bothius. idem vel* exquirere te *Ladewigius l. ad v. 167—172 exscripto* et iam *B* uapules *Pistoris* 170. hercule *C* 171. Quando quidem *C.* Quando qd› *Z* seruulo *CD* 172. Tandem *def. Langenus p. 89.* Tamne *Lachmannus, Ritschelius.* Tamine *Braune Observ. gramm. p. 46.* Tamde *post Lipsium Bothius*

ACANTHIO

Equidem crédidi.

CHARINVS

Óbsecro, num náuis periit?

ACANTHIO

Sáluast nauis: né time.

CHARINVS

Quíd alia armaménta?

ACANTHIO

Salua et sána sunt.

CHARINVS

Quin tu éxpedis,
Quíd siet quod mé per urbem cúrrens quaerebás modo? 175

ACANTHIO

Tú quidem ex ore orátionem mi éripis.

CHARINVS

Taceó.

ACANTHIO

Face.
Crédo, si boní quid ad te núntiem, instes ácriter,
Quí nunc, quom malum aúdiendumst, flágitas me ut éloquar.

CHARINVS

Óbsecro hercle te, ístuc ut tu míhi malum faciás palam.

ACANTHIO

Éloquar: quandóquidem me oras: túos pater

CHARINVS

Quid méus pater? 180

---

173. perit *FZ* salua est *Z* time *ex* teme *C* 174. sana] sarta *Lambinus* ″ sunt ″ et sana *D* 175. siet te quod *Gronovius imprudens* querebas *BCD* 176. exore *C* mihi *libri* eripis. CH. Taceo. AC. Face *(ut alibi* fac modo*) Ritschelius.* eripis. CHA. Taceo. ACH. Tace *BCDF.* eripis. CH. Taceo. AC. Taceo, *simul autem* modo *pro* credo, *Z.* eripis. taceas face *Bothius* 177. quid boni *C* i *in* quid *ex* o *corr. B* adte *C* nunciem *CD* 178. quin hunc *DF.* quin nunc *Z* qm̃ *B.* cum *reliqui* audiendumst *CD.* audiendum si *B.* audiundumst *Z.* audiundust *F* 179. hecle *C* ut *B.* uti *reliqui* palũ *B.* palã *ex* palũ *D* 180. quando quidem *D* meocras *B* tuus *libri*

ACANTHIO

Túam amicam

CHARINVS

Quíd eam?

ACANTHIO

Vidit.

CHARINVS

Vídit? uae miseró mihi.

Quí potuit uidére?

ACANTHIO

Oculis.

CHARINVS

Quó pacto?

ACANTHIO

Hiántibus.

CHARINVS

Quín abi hinc dieréctus: nugare ín re capitali mea.

ACANTHIO

Quí malum ego nugór, si tibi quod mé rogas respóndeo?

CHARINVS

Hóc quod te rogó responde.

ACANTHIO

Quín tu si quid uís, roga. 185

---

181. tām *D* Quidā *B*. Quid amicam? *Muellerus Pros. Pl. p. 176 adn.: cf. p. 705* Tuám amicám — Quid eám nam? — Vidit *Reizius. Hiatum suspectissimum tutatur Ritschelius Proleg. p. CCIX, quem secuti sunt plerique* ue *CD* *Sequitur in libris v. 185* 182. *Charini pers. praemittunt libri* uidere potuit *Reizius.* potuit eam uidere *Pylades: quem debuisse saltem* potuit uidere eam *annotat Ritschelius. idem vel* Qui potuit? Ac. Ut opinor *Muellerus Pros. Pl. p. 652* pacto, inquam? Ac. hiantibus *Reizius.* pacto? Ac. Hem h. *Ritschelius edidit: idem in adn.:* pacto autem? Ac. Hiantibus. *Contra* pactod? Ac. Hiantibus *Bothio duce Nov. Exc. Pl. p. 77.* nam quo pacto? Ac. Hiantibus *Schneiderus gramm. lat. I p. 151.* sed quo pacto? Ac. Hiantibus *Lachmannus. Cf. de v. suspectissimo Muellerus Pros. Pl. p. 637* 183. Quin abi hinc dierectus *Ritschelius.* Inhoc die rectus *B.* i hinc dierectus *C et nisi quod* i *in ras. D.* hinc dierectus *FZ.* Abi hinc dierectus *Pylades.* In' hinc dierectus *(simul* nugaris*) Bothius, Bentleius* capitalia *B* 184. ego · *cum ras. litt.* r *B* sit ibi *D* respondebo *B* 185. *huc transposuit Acidalius, in libris scriptum post v. 181: del. Ussingius* *Pers. om. libri* rogo *Ritschelius, Bentleius, Reizius ut in simillimo v. 215: quorum tamen neutro vide-*

CHARINVS

Cérten uidit?

ACANTHIO

Tám hercle certe, quám ego te aut tu mé uides.

CHARINVS

Vbi eam uidit?

ACANTHIO

Íntus intra náuem. nam ibi prope ástitit
Ét cum ea confábulatust.

CHARINVS

Pérdidisti mé, pater.
Ého tu, eho tu, quín cauisti, ne eám uideret, uérbero?
Quín, sceleste, eam ábstrudebas, né eam conspicerét pater? 190

ACANTHIO

Quía negotiósi eramus nóstris nos negótiis:
Ármamentis cónplicandis, cónponendis stúduimus.
Dum haéc aguntur, lémbo aduehitur túos pater pauxíllulo,
Néque quisquam hominem cónspicatust, dónec in nauím subit.

---

193. *Nonius p. 534, 12:* Lembus . . . Plautus Mercatore: 'Dum . . . paxillulo'

---

mur carere posse. interrogo *libri* responde *(ex* resporde*)* mihi *C* siquid *B* 186. Centen D^1. Certen D^2. Certon *F*, *Scaliger* *Post* Tam *scripsit et del.* quam D^2 tet *Guyetus, Reizius.* nunc te *Pylades* aut *BC.* ac *reliqui* 187. eam. ACH. Vidit intus *B* nauem *B.* nauim *reliqui* nam ibi *Ritschelius.* ut *libri.* uti *Camerarius.* ubi *Spengelius* '*Plaut.*' *p. 221* prope *B.* prorę *CZ.* prore *DF.* prorae *tuetur Scioppius Susp. lect. I 21* asstitit *CD* 188. confabulatus est *libri* *V. 189 sq. addubitat Muellerus Pros. Pl. p. 720* 189. Eho tu eho tu *CDF.* Eo tu eo tu *Z.* Eho tu hoc *B.* Et tute! eho tu *(et antea* perdidistis*)* *Bothius* quin *om. B* ne *B.* neue *vel* ne ue *reliqui* uerber *C* 190. sclestie *C* eam abstrudebas *Ritschelius, Lachmannus, Bentleius.* abstrudebas *libri.* abstrudebas sceleste *Guyetus* neeam *C* 191. negociosi *C* nostris nos *Bothius, Bentleius, Ritschelius.* nos nostris *libri* negociis *C* 192. armamentis *D* complicandis, componendis *Camerarius.* complicandis et componendis *libri.* componendis et complicandis *Pylades* studuimus] tumicibus *Scaliger in Festum v. Thomices:* '*sed de eo amplius in editione Plautina*' *addens* 193. hęc *C.* hec *B* lempo *C* tuus *libri* paxillulo *Nonius* 194. conspicatus donec *B* donicum *Ritschelius Op. II p. 241* nauim subit *amicus Acidalii.* naui super *libri: quod qui defendissent, debuisse saltem* nauist super *annotat Ritschelius.* intra uisus est *Ussingius*

CHARINVS

Néquiquam mare súbterfugi, saéuis tempestátibus 195

* * * * * * * * * * * *

Équidem me iam cénsebam esse in térra atque in tutó loco:
Vérum uideo méd ad saxa férri saéuis flúctibus.
Lóquere porro, quíd sit actum.

ACANTHIO

Póstquam aspexit múlierem,
Rógitare occepít, quoia esset.

CHARINVS

Quíd respondit?

ACANTHIO

Ílico 200
Óccucurri atque ínterpello: mátri te ancillám tuae
Émisse illam.

CHARINVS

Vísun est tibi crédere id?

---

195. *Vers. del. Ussingius* Nequicquam *Z* maris *(vel* mari') *Bothius* seuis *C.* seuis *D* subt'atuis temptatib; *B* *Post hunc versum fere talem intercidisse censet Ritschelius:* Adflictatus múltum, summis me éxemi ex perículis 197. Et quidem *C* me iam censebam *C.* meo iam censebam *B: quod* med iam censebam *interpretatur Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 32 duce Buechelero de decl. p. 49.* iam me censebam *DFZ.* iam censebam me *Bentleius in Phorm. IV 4, 8* interra *C.* in terram *DFZ* intuto *C.* in tŏto *(v m. 2) D* 198. med ad *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. Pl. p. 37.* me ad *libri, nisi quod* me uideo ad *transponit Z.* me iterum ad *Ritschelius (cui tamen magis etiam placuit* Verum iterum me uideo*).* denuo me *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 430.* me hic ad *Lachmannus* adsaxa *C* ferri seuis *CFZ. idem ex* ferris euis *B et man. rec. in D.* ferri salsis *Kochius Em. Pl. p. 13.* ferri *Buechelerus l. s. s.* *Displicere iteratum* saeuis *monuerat Ritschelius* Verum uideo me eadem ad saxa saeuis ferri fluctibus *Bergkius 'Beitr.' p. 48* 199. Loquero *B* actum *B: idque 'alibi legi' Pius scribit.* actutum *reliqui, quo utitur Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 152 sic scribens:* quid fit agedum, *pro quo* quid tumst actum *Langenus p. 193* 200. cuia *Rittershusius, Scaliger, Scioppius Susp. lect. I 21.* cui *B.* cui' *D.* cuius *CFZ* quis *Z* Illico *B* 201. Occucurri *B, Camerarius.* Occurri *reliqui.* Occurro ei *H. Keilius de Plin. ep. emend. disp. II ed. Erlang. a. 1866 p. 11.* Occurro ultro *Muellerus Pros. Pl. p. 597* matrie ancillam *B* tuę *C* 202. emissę *D* uisusne est *Bothius.* uisunt *B.* uisum *reliqui.*

ACANTHIO

Etiám rogas?
Séd scelestus súbigitare occépit.

CHARINVS

Illamne óbsecro?

ACANTHIO

Mírum quin me súbigitaret.

CHARINVS

Édepol cor miserúm meum,
Quód guttatim cóntabescit, quási in aquam indiderís salem. 205
Périi.

ACANTHIO

Em, istuc únum uerbum díxisti ueríssumum.

CHARINVS

Stúltitia istaec ést. quid faciam? crédo, non credét pater,
Sí illam matri meaé me emisse dícam. post autém mihi
Scélus uidetur, mé parenti próloqui mendácium.
Néque ille credet néque credibilest fórma eximia múlierem 210
Meaé me emisse ancíllam matri.

ACANTHIO

Nón taces, stultíssume?
Crédet hercle: nám credebat iám mihi.

CHARINVS

Metuó miser,

---

204. *Nonius p. 401, 2:* Subigere . . . Plautus Mercatore: 'Mirum . . . subigitaret' 205. *Nonius p. 115, 30:* Guttatim. Plautus Mercatore: 'Quod . . . salem' Guttatim hinc *excerpsit gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. philol. vol. II p. 244 Nonius p. 223, 11:* Sal . . . Plautus in Mercatore: 'Quasi . . . salem'

---

uisus *Pylades.* uisust *Camerarius.* uisus est *Bentleius* Et iam *B* *V. 203—206 alteri recens. trib. Boltenstern p. 31* 203. subigitari *B.* subagitare *FZ* Illam ne *B* 204. quid me subigitaret *Nonius.* quin me subagitaret *FZ* Meum miserum *C* 205. quo *Nonius.* quidem *Z: corr. Pylades* quã si *D* aqua *Nonius utroque loco* 206. Em *B.* Hem *reliqui* uerissimum *libri* *V. 207 sq. del. Ussingius* 207. Stultitia istaec est *Charino Pylades tribuit: Achantioni continuant libri. Dubitat Lomanus p. 53* Stulticia *BCF* istec *CD* cedo *'prisca exemplaria' Pii. Vnde* quid faciam, cedo. nam non *Pylades. Cf. Sciopp. Susp. lect. II 21* 208. meae me *Acidalius.* meae (meę *C*) *libri* emissę *D* 209. mendatium *BCD* 210. credibile est *libri* eximia *ex* exumia *CD* 211. Meae me *Lomanus l. s. s.* Eam me *libri* stultissime *libri*

Né patrem prehéndat, ut sit gésta res, suspítio.
Hóc quod te rogó, responde quaéso.

ACANTHIO

Quaeso quíd rogas?

CHARINVS

Núm esse amicam súspicari uísus est?

ACANTHIO

Non uísus est. 215
Quín quicque, ut dicébam, mihi credébat.

CHARINVS

Verum, ut tíbi quidem
Vísus est.

ACANTHIO

Non, séd credebat.

CHARINVS

Vaé mihi misero: núllus sum.
Séd quid ego hic diem lámentando pérdo, ad nauem nón eo?
Séquere.

ACANTHIO

Si istac íbis, commodum óbuiam ueniés patri.
Ós tuom adspiciet, té uidebit ésse exanimatum, ílico 220
Rétinebit, rogitábit unde illam émeris, quanti émeris:
Tímidum temptabít te.

---

213. phendat *B.* prendat *FZ* suspicio *D.* suspectio *Salmasius* 214. responde quaeso. Ac. Quaeso quid *Ritschelius.* responde Ach. Queso *libri, nisi quod* Quaeso *FZ.* responde quaeso. Ac. Quid *Pistoris.* mihi responde quaeso. Ac. Quid *Weisius* 215—217. *sic solus B. Quae mediis elapsis sic contrahunt reliqui:* num esse amicam suspicari uisus est? Ach. Non sed credebat 216. Quin, quicque ut dicebam *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 651* 217. Ve *BCD* mihi *om. FZ* 218. diem lamentando perdo *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1869) p. 454.* in lamentando pereo *libri.* nunc lamentando pereo *Bothius, qui postea* elamentando pereo *coniecit* nauem *B.* nauim *reliqui* noneo *C* 219. Si ista cibis *B.* Siistacibis *C* *V. 220—221 inverso ordine collocat Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 652: sed ibidem v. 220 delere mavult* 220. Os tuom adspiciet, te uidebit esse exanimatum *scripsi.* Postea (Postquam *FZ*) aspicite (aspiciet te *FZ.* aspicit te *CD*) timidum esse atque exanimatum (exanimatu *B*) *libri.* Poste quom te aspiciet *c. q. s. Ritschelius, qui in adn. de* Poste te ubi *vel* Postea ubi te *commemorat.* Posteaquam aspiciet te *Camerarius. Cf. Ritschelii Op. II phil. vol. p. 547* 221. illa meneris *B* 222. Tandem temptabit *Ritschelius* Quin hac *Pylades* Timidum *voce*

CHARINVS

Hac ibo pótius. iam censés patrem
Ábiisse a portú?

ACANTHIO

Quin ea ego huc praécucurri grátia,
Né te opprimeret ínprudentem atque électaret.

CHARINVS

Óptume.

DEMIPHO

Mirís modis di lúdos faciunt hóminibus 225
Mirísque exemplis sómnia in somnís danunt.
Velút ego nocte hac quaé praeteriit próxuma
In sómnis egi sátis et fui homo exércitus.
Mercári uisus míhi sum formosám capram.
Ei né noceret, quám domi ante habuí capram, 230
Neu díscordarent si ámbae in uno essént loco,
Postérius quam mercátus fueram, uísus sum
In cústodelam símiae concrédere.
Ea símia adeo póst haud multo ad mé uenit,
Male míhi precatur ét facit conuítium: 235

225 sq. *Donatus in Andr. II 5, 19:* In somnis ... Plautus: 'Miris ... somnis'

deleta Tentabit te. Ch. Quin hac *Reizius et* Te tentabit *transponens Bothius* ibi *B* 223. Abiisse *Z.* Abisse *reliqui* aportu *C* Quin ea ego huc *Camerarius.* Quine ego huc *B.* Quin ego hac *reliqui* 224. imprudentem *C* electaret *B: defensum a Gulielmio, Dousa, Expl. III 14.* eiectaret *reliqui.* eluctaret *Lambinus* optime *libri Act. II sc. 1* DEMIPHO SENEX *BCFZ. om. D*[1]. DEMIFO SENEX *D*[2] · 225 sq. *De his, quae Rudentis III 1 redeunt cf. Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 282* 225. di *om. Donatus* di lusos *ex* di ludos *D*[2]. duludos *B*[1]. diiludos *B*[2] 226. omnia *Donatus.* omina *Passeratius in Prop. IV 4, 21* insomnis *Z: distinxit Gruterus* danunt *Pylades.* clamant *B.* donant *reliqui* 227. Vel ut *B* noctem hanc *Bentleius* praeterit proxima *Z* proxuma in somnis | Insomnis *CD* 228. ful *B* 229. mihi uisus sum *Z.* uisus sum mihi *F* formo///sam *D* 230. Eine *BC* 231. discor darent *B* si *Z.* nisi *reliqui* ambę *C.* ambe *DF:* ambo *BZ, Ritschelius. cf. Muellerus 'Nachtr.' p. 132* in uno] nunc *B* 232. fueram] fui eam *Bothius* 233. custodelam *Gruterus.* custodiam *libri.* custodiam eam *Camerarius* si aecongredere (mi *add. Camerarius s. v.) B.* si/////miae concredere *D.* simie concredere *C* 235. conuicium *solus C*

Ait sése illius ópera atque aduentú caprae
Flagítium et damnum fécisse haud medíocriter:
Dicít capram, quam déderam seruandám sibi,
Suae uxóris dotem ambédisse ilico óppido.
Mihi illúd uideri mírum, ut una illaéc capra 240
Vxóris simái dotem ambéderit.
Instáre factum símia atque hoc dénique
Respóndet: ni properem íllam ab sese abdúcere,
Ad me íntro se ad uxórem ducturúm meam.
Atque óppido hercle béne uelle illud uísus sum, 245
Ast nón habere quoí commendarém capram:

---

242. *Donatus in Andr. I 1, 120:* Ille instat factum] Plautus 'instare factum'

V. 236 sqq. sic scripti sunt in B (de quo dixit Ritschelius Pareg. p. 489):

Ait se illius caprã opera atq, aduentu caprę flagitiũ et damnũ fecisse haud mediocriẽ

Dicit caprã quã dederã seruandam sibi suę uxoris dotẽ ambe dedisse oppido

et sic porro: a versu autem 244 sic:

At me domũ intro aduxorẽ ducturũ meã. Ast non habere cui cõmendarẽ caprã

Atq, oppido hercle bene uelle illi uisus sũ. Quod agis quid facerẽ cura cruciabar miser

post quae rursum sic pergit:

Interea hedus adme uisus ẽ adgredirier. infit m̃ predicare sese ab simia

eodemque ordine porro. Vnde causa perspicitur cur etiam in CDFZ inversus sit versuum 245. 246 ordo 236. sese illius opera *CDFZ* caprę *C.* capre *D* 237. flagicium et dampnum *C* haut *D* 238. dederat *F.* dederim *Muellerus Pros. Pl. p. 236* 239. Suę *C.* Sue *D* dote *C* dotem uxoris *Hermannus, Bothius.* sibi uxoris dotem *Muellerus Pros. Pl. p. 379.* uoxoris dotem *Kochius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 285* ambedisse *DFZ.* ampedisse *C.* ambadedisse *Camerarius* ilico oppido *scripsi.* oppido *libri, quod cum v. 240 construebant* 240. Mi illuc *Bothius* ut una ancilla et una capra *B.* ut una illęc (illec *D*) capra *CD* 241. simiai dotem *Muellerus Pros. Pl. p. 279.* simiae dotem *CDFZ.* simia dote *B.* dotem simiae *Hermannus, Bothius* ambederit *CDFZ.* dederit *B.* ambadederit *Camerarius* 243. *Ante* respondet *ras. unius litterae B* respondet *ex* respondit *D* illam properem *Ritschelius* 244. Ad me intro se ad uxorem *scripsi.* Ad me domum intro ad uxorem *libri, nisi quod* At *B* (Ad *m. ead.*), meum *C,* meam *ex* meum *D: ubi* íntro dómum ad uxórem *Guyetus,* domum ad uxorem intro *Bothius,* Domum se ad uxorem intro *Ritschelius: traditam scripturam def. Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 653* *V. 245. 246 hoc ordine Gulielmius: inverso libri* 245. illud *Bothius.* illi *libri* 246. *De* ast

Quo mágis, quid facerem, cúra cruciabár miser.
Intérea ad me haedus uísust adgredírier.
Infít mihi praedicáre, sese ab símia
Capram ábduxisse, et coépit inridére me: 250
Ego ením lugere atque ábductam illam aegré patri.
Hoc quam ád rem credam pértinere sómnium,
Nequeo ínuenire. nísi capram illam súspicor
Iam me ínuenisse quaé sit aut quid uóluerit.
Ad pórtum hinc abii máne cum lucí simul. 255
Postquam íd quod uolui tránsegi, ibi ego cónspicor
Nauem éx Rhodo, qua heríst aduectus fílius.
Conlúbitumst illuc míhi nescio qui uísere.
Inscéndo in lembum atque ád illam nauem déuehor:

257. *Priscianus XV 10 (II p. 67, 2 H.):* ex Rhodo. Plautus Mercatore: 'Nauem . . . filius'

cf. Ritschelii Parerg. p. 516 cui *libri* *Totus v. insiticius visus Guyeto* 247. *Ab hoc inde v. accedit A* QUAMAGIS *A.* Quod agis *BCD.* Quid agis *FZ: corr. Camerarius* FACEREM *A* 248. INTEREA *A* ADMEHAEDVS *A, Z.* ad me hedus *CD et nisi quod* edus *F.* hedus adme *B* UISUST *A, D (e corr.) Z.* uis *cum lacuna C.* uisus est *BF* ADGREDIRIER *A, B.* aggredirier *CDZ.* aggredier *F* 249. PRAEDICARE *A.* predicare *BCD* SESSE *A: cf. Studemundus Mus. Rhen. vol. 21 (a. 1866) p. 580* 250. CAPRAMADDUXISSE-ETCOEPIT *A* cepit *BD* INRIDERI *probabilius quam* INRIDERE *A* irridere me *CDFZ.* abductam conquiri inridere me *B* 251. EGOENIMLUDERE *A ita, ut octava* T *vel* I *vel* P *vel* E, *fortasse etiam* L, *decima* D *vel* B, *vix autem* G *fuerit* ludere *B* ABDUCTAMILLAM-AEGREPATI *A.* abductam conquiri *B.* illam abductam conqueri *reliqui* 252. HOC *A* quam] quod *B* PERTINERE *(vel* RI*) A* pertineres omnium *B* 254. que sit *C.* quesit *B* SIT *A* 255. Nam ad *Ritschelius in adnotatione* ADPORTUM *A* HINCABIMANE *A* LUCI *vel* LUCE *A.* luci *Camerarius.* luce *BDCFZ* SIMUL *AB:* semul *CDF.* semel *Z* 256. IDQUODUOLUI *A.* id hic quod uoluit *B.* hic id quod uolui *reliqui, Scioppius Susp. lect. I 21.* illic quod uolui *Camerarius.* hic quod uolui *vulgo: ubi* hic *om. Pareus* IBI *A, Ritschelius.* atque *reliqui: de quo cf. Lorenzius ad Most. v. 1036.* illi *Geppertus ed. Trin.*[2] *p. 140* CONSPICER *(E incerta) A* 257. NAUEM *A B, Priscianus.* Nauim *reliqui* exrodo *B* RHODO *A* qua heri est *Camerarius.* QUASTHERI *A; idem B.* qua est heri *reliqui cum Prisciano* ADUECTUS *A* qua h. huc aduectust *Ritschelius in adn.* fits *B* 258. CONLIBITUMST *minus probabile quam* CONLIBITUNST *A.* Conlibitum est *BCZ.* clibitumst *D.* collibitum est *F* ILLUC *A, Gulielmius, Scaliger, Bentleius in Eun. V 8, 26.* illud *CDFZ. om. B* quid *Scaliger* uisere] miser *B* 259. INSCENDOIN *A.* escendũ *B: unde* Escendi in *Scioppius Susp. lect. I 21.* Ascendi in *reliqui.* Inscendo ibi in *Muellerus*

Atque íbi ego aspicio fórma eximia múlierem, 260
Filíus quam aduexit méus matri ancillám suae.
Quam ego póstquam aspexi, nón ita ut saneí solent
Amó, sed eodem pácto ut insaneí solent.
Amáui equidem hercle ego ólim in adulescéntia:
Verum ád hoc exemplum númquam, ut nunc insánio. 265
Nunc hóc profecto seíc est: haec illást capra.
Verum hércle simia ílla atque haedus míhi malum
Adpórtant. atque eos ésse quos deicam haúscio.
Vnúm quidem hercle iám scio, periísse me.
Vosmét uidete céterum, quantí siem. 270
Sed cónticiscam: nam éccum it uicinús foras.

Pros. Pl. p. 495 LEMBUM *vel* LIMBUM *A.* limbum *B* ad illam *Ritschelius.* ad *libri cum A.* ad eam *Ritschelius in adn.* NAUEM *vel* NAUIM *A,* nauem *B.* nauim *reliqui* DEUEHOR *A.* aduehor *CDF.* adueor *B.* adducor *Z* 260. ATQ·IBIEGOASPICIO *A.* Atque ego illam aspicio *B.* Atque ego illic aspicio *CDZ (nisi quod* aspitio *D).* atque illic ego aspicio *F.* Atque illi aspicio *Ritschelius.* Illanc conspicio *Beckerus Quaest. p. 108.* atque ego *superiori versui continuans* Illic aspicio *Pylades.* At eccilli aspicio *Geppertus Trin.*[2] *p. 139* FORMA-EXIMIA *A* eximiã *B.* exumia *C* MULIEREM *A* 261. FILIUS-QUAMADUEXITMEUS *A* 262. ita ut sanei solent ‖ Amo sed *Ritschelius expulso glossemate.* ita amo ut sani solent ‖ Homines sed *libri cum A, nisi quod* amarẽ *B et* SANEI *A, qui* SANO *p. 213 habet V. 263 delet Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 653 Cf. v. 262* HOMINES e°dem *D* PACTO *A* ut ⁱsani *B.* ut insani *CD.* UTINSANEI *(vel* -NIE*) A* insanire amantes *in marg. CD* 264. EQUIDEMHERCLE *A.* hercle equidem *reliqui* ego °lim *D* inadolescentia *CD* ADULESCENTIA *A* 265. at *D* EXEMPLUM *A* nunquam *D* INSANIO *A* *V. 266—270 hoc ordine Ritschelius duce Bothio: quos sic* 269. 270. 266. 267. 268 *collocat A et omisso v. 268 BCDFZ De duplici exitu vix erit cogitandum* 266. NUNCHOCPROFECTO *A* SEIC*(vel* SEEC*)EST A.* sic est *reliqui* hec *C.* hec *BD.* nec *F* illa est *BCDFZ* 267. UERUMHERLESIMIA *A.* Sed simia *BCFZ.* Set simia *D* ATQU·KAEDUSM *A, in quo cetera dispici nequeunt. In fine parvulae reliquiae, quae ad* UM *spectare videntur. Tamen* MIHI MALUM *(ita supplet Ritschelius) scriptum esse vix videtur.* atque hedus timeo quid uelint *BCDFZ* *V. 268 om. BCDFZ* ATQ·EOS *A* HAUSCIO *A* atque hoc esse quid dicam hauscio *Ritschelius paullo aliter lectis cod. reliquiis Idem adnotat pro* Adportant *exspectari* Portendunt 269. HERCLEIAMSCIO *A* PERIEISSE *A.* perisse *F* 270. CETERUM *A* QUANTISIEM *A.* qui siem *B, miroque iudicio Scioppius Susp. lect. I 3.* quanti sim *reliqui* 271. SEDCONTICISCAM *A. Idem B.* Sed conticescam *reliqui* ECCUM *A* uicinum *ex (ex* uicinus *D)* eccum exit foras *omnes praeter A*

LYSIMACHVS. DEMIPHO

LYSIMACHVS

Profécto ego illunc hírcum castrarí uolo,
Rurí qui nobeis éxhibet negótium.

DEMIPHO

Nec ómen illuc míhi nec auspiciúm placet:
Quasi hírcum metuo ne úxor me castrét mea. 275
(Ac métuo ne illaec símiae partís ferat.)

LYSIMACHVS

I tu híne ad uillam atque ístos rastros uílico
Pisto ípsi facito córam ut tradas ín manum.
Vxóri facito ut núnties negótium
Mihi ésse in urbe, né me expectet: nám mihi 280
Tris hódie leiteis iúdicandas dícito.
Ei et hóc memento deícere.

Act. II Scaen. 2 LYSIMACHUS *(pro* Y etiam I, P, T, *minore cum probabilitate* E *legi potest)* DEMIPHO *A.* DEMIPHO . LISIMACHVS . SENES . II . LORARIVS *B et nisi quod* LORARIVS DV *C.* DEMIPHO . LISIMACHVS . LOLARII *D* 272. PROFECTO *A* ILLUNCIRCUM *A.* illū circū *B.* illuncircum *CD* CASTRARIUOLO *A* 273. RURIQ·I *A ita, ut quarta etiam* E, *sexta* E *vel* T *esse possit, punctum autem dispici nequeat: fort.* ruri quei *interpretandum.* Rura que *B* NOBEIS *A.* nobis *reliqui* EXHIBET *A.* exibent *B, quod (*exibet*) servavit Ritschelius* NEGOTIUM *A* 274. *Pers. om. C* Necomen *C.* Nec om̄ *B* ILLUD *A: idem BFZ* MIHI *A* nec *om. B* auspitium *BD* 275. QUASI *vel* —SE *A* yrcum *DF.* id qm̄ *(h. e.* irquom*) B* METUONE*(vel* NI)MEUXOR *A.* metuo ne uxor nunc *F* castres *Bentleius* CASTRETMEA *A* 276. *Dedi v. ex A, ubi* SIMIAEPARTI*(vel* E)SFERAT, *qui talis est in reliquis:* Atque illius haec (hęc *C,* hec *D)* nunc *(*ñ *D)* simiae *(*simię *C)* partis ferat*: eundem sic edidit Ritschelius:* Metuo hercle ne illaec *e. q. s.: contra sic Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 430:* Simitu ne illaec *e. q. s.: versum damnavit Ritschelius praef. p. VII: cf. Opusc. phil. vol. 2 p. 702 sqq.: defendit Spengelius 'T. Maccius Plautus' p. 66 et Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 673: cf. Studemundus Nov. ann. vol. 93 (a. 1866) p. 55* 277. ... HINC *A* ADUILLAM *A.* adullam *C* ATQ·ISTOSRASTROSUILICO *A* rastros *ex* rastos *D* 278. PI ..... I *A.* Pisto ipsi *reliqui: quod recte defendit Muellerus Nachtr. p. 132 post Bergkium Diar. ant. stud. a. 1855 p. 296.* Praesto ut sint *Ritschelius.* Praesto ipsi *Aldina* UTCORAMTRADASINM— *A* coram ut tradas (utradas *C) BCDFZ* 279. FACITO *A* NUNTIES *A.* nuncies *D* NEGOTIUM *A.* negocium *CDF* 280. in urbe *om. Z* ne] ine *ut vid. B* EXPECTETNAM *A* 281. TRIS *vel* TRES *A.* Tris *(*e *add. s.* i *m. 2) D* HODIE *A* LEITEIS *A.* litis *BCD.* lites *FZ* IUDICANDASDEICITO *A* dicito *BCDFZ* 282. IET *A.* Ei et *BDFZ:*

LORARIVS

Ecquid ámplius?

LYSIMACHVS

Tantúmst.

DEMIPHO

Lysimache, sálue.

LYSIMACHVS

Euge: et tu, Démipho,
Saluéto. quid fit? quid agis?

DEMIPHO

Quod misérrumus.

LYSIMACHVS

Dei mélius faxint.

DEMIPHO

Dei hóc quidem faciúnt.

LYSIMACHVS

Quid est? 285

DEMIPHO

Dicám, si uideam tíbi operam esse aut ótium.

LYSIMACHVS

Quamquám negotiúmst, si quid ueis, Démipho,
Non sum óccupatus úmquam amico operám dare.

DEMIPHO

Benígnitatem tuám mi experto praédicas.

---

quod esse pro i *Gulielmius vidit.* Fiet *C* HOC *A* Dicere. LOR. Ecquid *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654.* DICERE#NUMQUID *A. idem reliqui: pro quo* LOR. Fiet. Numquid *Ritschelius* AMPLIUS *A* 283. TANTUMST *A.* Tantum est *reliqui* *Pers. ante* LYSIMACHE *om. A* Lisymache *B.* lisimache *D* Euge et tu *Camerarius.* EUGAE *A.* Euge *reliqui* Euge euge *Reizius* 284. SALUETO *(sexta litt.* L *vel* I *esse potest) A, Camerarius.* Salueo *B.* salue. o *reliqui* quid fit? quid agis *Bothius.* QUIDAGISQUIDFIT *A, idem reliqui, nisi quod* sit *F* quid *FZ* MISERRIMUS *A, idem Z* 285. DEI *vel* DII *A.* di *BCD.* dii *FZ* MELIUS *A* FAXINT *A.* faxim *B* DEI *vel* DII *A.* Dii *BFZ.* Di *CD* HOCQUIDEM *A.* hoc qidem *C* FACIUNT *A, idem B et Bugge Op. ad Madv. p. 154.* faciant *DFZ. Ritschelius.* fatiant *C.* facient *Bothius. Cf. etiam Rostius Op. p. 258* sq.

Quidest *CD.* QUIDST *A* 286. UIDEAM *A* operam esse *Ritschelius.* ESSEOPERAM *A, idem reliqui.* iam esse operae *vel* operae esse *vel* esse aut operae *Muellerus Pros. Pl. p. 710* ocium *C* Dicam tibi, si uideam esse operam aut otium *Schoellius* 287. quanquam (q *alt. e corr.) C* NEGOTIUMST *minus probabile quam* NEGOTIUNST *A.* negocium est *D.* negotium est *reliqui* QUID *A.* quit *C* UEIS *A.* uis *reliqui* DEMIPHO *A* 288. Nonsum *C* UNQUAM *A, idem CD* AMICUM *A* 289. BENIGNITATEM *A* MIHI *A.* mi *BCD* EXPORTO *A*

Quid tíbi ego aetatis uídeor?

LYSIMACHVS

Accherúnticus, 290

Senéx uetus, decrépitus.

DEMIPHO

Peruorsé uides:

Puer súm, Lysimache, séptuennis.

LYSIMACHVS

Sánun es,

Qui púerum te esse dícas?

DEMIPHO

Vera praédico.

LYSIMACHVS

Modo hércle in mentem uénit, quid tu deíceres:

Senéx quom extemplo iám nec sentit néc sapit, 295

Aiúnt solere eum rúrsum repuerásccere.

DEMIPHO

Immó bis tanto uáleo quam ualuí prius.

LYSIMACHVS

Bene hércle factum et gaúdeo.

DEMIPHO

Immo sí scias,

Oculeís quoque etiam plús iam uideo quám prius.

LYSIMACHVS

Benést.

DEMIPHO

Malam rem deíco.

---

290. AETAIS *(vel* AETAES *vel* AETATS*) A* ACHERUNTICUS *A, CDFZ.* acherunticas *B. de* Acheruntius *cogitat Ritschelius in adnotatione* 291. Vetulus senex *Ritschelius coll. v. 314: cf. Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 458.* Senex uietus *Scutarius* DECREPITUS *A* PERUORSE *A* 292. lusimache *B.* lisimache *D* SEPTUENNIS *A.* septuensis *C* sanū *C* SANUN *A* 293. dicis *Z* p̃dio *B* UERAPRAEDICO *A* 294. ERCLEINMENTEM *A* DEICERES *A.* diceres *BCDFZ* 295. QUOM *A.* qm̃ *B.* cum *reliqui* extemplo iam *Ritschelius.* EXTEMPLOESTIAM *A, idem reliqui* SENTIT *A* 296. Rusum *solus B* 297. TANTO *A* 298. ERCLE *A, idem C* GAUDEO *A* SI*(vel* T*)*SCIAS *A, Pylades: cf. Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 401.* scias *BCDFZ.* ut scias *Ritschelius.* ut tu scias *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654. Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 94 adn.* 299. OC.....UOQ·ETIAM *(in lac. fuit* uleis *ut vid.) A* oculis *BCDFZ* et iam *B* 300. BEN.....DEICO *(est* ♯ malam rem

LYSIMACHVS

Iam istuc nón benest. 300

DEMIPHO

Sed aússimne ego tibi éloqui fidéliter?

LYSIMACHVS

Audácter.

DEMIPHO

Animum aduórte.

LYSIMACHVS

Fiet sédulo.

DEMIPHO

Hodie eíre occepi in lúdum litterárium:
Lysímache, ternas scío iam.

LYSIMACHVS

Quid ternás?

DEMIPHO

Amo.

LYSIMACHVS

Tun cápite cano amás, senex nequíssume? 305

DEMIPHO.

Si cánum, sei istuc rútilum siue atrúmst, amo.

LYSIMACHVS

Ludíficas nunc tu me heíc, opinor, Démipho.

---

ridetur paullo nimium esse ad lac. explendam A Bene ē *BD.* quā bene est *C* malam rem *FZ: cf. A.* mala ere *B.* mala re *CD.* malae rei *Ussingius* dico *libri praeter A* BENEST *A.* bonum est *reliqui* 301. AVSSIMNEEGO *A.* ausimne ego *BCDF.* ausim ut ego *Z* ELOQUI-FIDELITER *A.* eloqui siquid uelim *reliqui* 302. AVDACTER *A* *Pers. add. s. v. D* FIETSEDULO *A.* fiet sedulo *in marg. C* 303. EIRE *A.* ire *reliqui* OCCEPIINLUDUM *A.* in ludum occepi *reliqui* LITTERA-RIUM *A. Scutarius.* literarum *BCD.* litterarum *Z.* lrārum *F* 304. lusimache *B.* lisimache *D* SCIO *A* Amo] SCIO *A* 305. TUN *A* CAPITE *A* cano capite *Muellerus Nachtr. p. 70* SENEXNEQUISSIME-HOMO *A. unde* homo nequissume *Ritschelius edidit.* senex nequissime *BCDFZ* Amas? tun capite cano amas, nequissume *Brugmanus p. 9* 306. Si canum *libri cum A. Scioppius Susp. lect. I 21.* siue canum *'prisca exemplaria' Pio.* Seu canum *Pylades* sei istuc *Ritschelius.* seu istuc *libri cum A.* si istuc *Bothius* RUTILUNST *A ut vid.* *Cf. Prolip. p. 8?* ATRUNST *A.* atrum st *B* 307. ME *A* HEIC *A.* hic *reliqui* DEMIPHO *A*

DEMIPHO

Decíde collum stanti, si falsúm loquor:
Vel út scias me amáre, cape cultrum ác seca
Digitúm uel aurem uél tu nassum uél labrum: 310
Sei móuero me seú secari sénsero,
Lysímache, em aúctor sum uti mé amando énices.

LYSIMACHVS

Si umquám uidistis píctum amatorem, ém illic est.
Nam meó quidem animo pláne decrepitús senex
Tantídemst, quasi sit sígnum pictum in páriete. 315

DEMIPHO

Nunc tú me, credo, cástigare cógitas.

LYSIMACHVS

Egon té?

DEMIPHO

Nihil est iam, quód tu mihi suscénseas:
Fecére tale ante áliei spectateí uirei.
Humánum amarest átque id uei obtingít deum. 319

---

308. decide] ã puta *sup. scr. C* COLLUMSTANTISIFALSUM *(8 etiam* I, E, P, *14 minus probabiliter* T*) A, Bergkius Progr. Hal. a. 1862 die 2 m. Aug. ed. p. 5, Kochius Em. Pl. p. 13.* collum si falsũ stati *B.* collum si falsum ad te *reliqui.* collum statim si f. *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 431.* collum si iam tibi f. *Ritschelius de A errans.* c. si falsum est uti *Camerarius.* c. si falsum est nec uti *Acidalius* LOQUOR *A.* loquar *reliqui.* eloquor *Bothius* 309. sias *C* MEAMAREÇAPE *A* AC *A. om. reliqui* 310. TUNASSUM *A.* tuna sum *B.* tu nasum *reliqui* 311. SEI, *2 etiam* P, T, E, L, *A.* Si *reliqui* MOUERO *A.* moueo *FZ* SEÇARI *A* secare censeor *B* 312. LYSIMACHE *(vel* —I*) A* em auctor sum uti (uti *cum Camerario) scripsi.* auctor sum ut *libri cum A.* sum auctor ut *Ritschelius, Bentleius* Tibi Lysimache auctor sum *Muellerus Pros. Pl. p. 687* AMANDOENI- *(vel* E*)*CES *A, idem CDFZ.* amando hic ē *B, unde* amando hic enices *Camerarius, Ritschelius:* secando enices *Niemeyerus Herm. vol. XIV (a. 1879) p. 449, Ussingius* 313. UNQUAM *A, idem D.* inquam *C* uidistis *B cum A.* uidisti *reliqui* em *B cum A, suspectum Ussingio.* hem *reliqui* 314. PLANE *A.* uetulus *reliqui: cf. v. 291* DECREPITUS *A Cf. Niemeyerus de Plauti fab. rec. duplici p. 53 sq.* 315. TANTIDEST *A.* Tam idem est *B.* tantidem est *reliqui.* Tantundem est *Pylades* quasi sit] asi s *e corr. C.* quasi si *Acidalius p. 511, Goellerus in Trin. 407* pictumin *C* 316. MECREDO *A* 317. TE *A* succenseas *FZ* 318. Facere *B* ALIEISPECTATIUIREI *A.* alii spectate *(corr. m. 1 ras.)* uiri *B.* alii spectati uiri *reliqui, nisi quod* alii *om. F* 319. 320. *Hunc v. cum talem* Humanum amarest, humanum autem ignoscere est *BCDFZ exhibeant (nisi quod* amare si *B,* amare est *F,*

Ne sís me obiurga: hoc nón uoluntas me ímpulit. 321

LYSIMACHVS

Quin nón obiurgo.

DEMIPHO

At né deteriorém tamen

Hoc fácto ducas.

LYSIMACHVS

Égon te? ah, ne di síuerint.

DEMIPHO

Vide sís modo etiam.

LYSIMACHVS

Vísumst.

DEMIPHO

Certen?

LYSIMACHVS

Pérdis me.

Hic homo éx amore insánit. numquid uís?

DEMIPHO

Vale. 325

LYSIMACHVS

Ad pórtum propero: nám ibi mihi negótiumst.

DEMIPHO

Bene ámbulato.

---

amarē *D)*, *A haec dat:* HUMANUMAMARE*(vel* I)STATQ·I*(vel* E, T, P,)DUE *(minus prob.* I *vel* T)I*(vel* E, T)O . . . . . IT*(vel* TI)DE*(vel* I)UM*: videtur exstitisse quod Gertzius coniecit:* atque id uei obtingit deum*: pro quibus* atque id magnum habet deum *Ussingius. Cogitavit Ritschelius de novo versu, cuius exitus cum priore coaluerit in A, quem fortasse non Demiphonis fuisse sed Lysimachi: idem monet praestare* ignoscere*: a Ritschelii lectione profectus* atque id ut potest, incanulum *Bugge coniecit Op. ad Madvigium p. 155* Iam quod ego amo *supplens* 321. NESISME *A, Scioppius Susp. lect. I 21.* Nescis me *B.* nescis ne *reliqui.* Nescis? ne *Camerarius.* Ne sis ne *Palmerius p. 874, Gulielmius, Acidalius* OBIURGA *A.* obiurgare *B* hoc *cum* obiurga *iungit Z: quod placuit Handio Tursell. III p. 96.* huc *Bothius, ut illud interpretabantur Gulielmius, Acidalius* MI*(minus prob.* E)IMPULIT *A* inpulit *C* 322. Quin *Pylades.* Qui *libri* 323. egone *libri* ah ne di siuerint *Camerarius: nisi* at *praestat.* athene desiuerint *BDF.* athene dessiuerint *C.* athenae desciuerint *Z* *Post h. v. fuisse qui de lacuna cogitaret adnotat Ritschelius* 324. Vise *Z* et iam *B* uisum st *B.* certon *F.* certem *Z* Perdisme *BC* 325. examore *C* nunc quid *F* Vat *B* 326. negotium ē *BD.* negocium est *reliqui*

LYSIMACHVS

Béne uale.

DEMIPHO

Bene sít tibi.

Quin míhi quoque etiamst ád portum negótium:
Nunc ádeo ibo illuc. séd eccum meum gnatum óptume
Video: híc opperiar hóminem. hoc nunc mihi uíso opust, 330
Huic pérsuadere quó modo potís siem,
Vt íllam uendat néue det matrí suae:
Nam ei dóno aduexe audíui. praecautóst opus,
Ne hic íllam me animum adiécisse aliqua séntiat.

CHARINVS. DEMIPHO

CHARINVS

Homo mé miseriór nullus ést aeque, opínor, 335
Neque áduorsa quoí plura sínt sempitérna.

---

327. uale *Guyetus, Bentleius.* ualete *B.* ualeto *reliqui* Et bene sit tibi *vel* Et tibi sit bene *Muellerus Pros. Pl. p. 369* 328. etiamst *CD.* etiam si *B.* etiam est *FZ* negocium *CDFZ* 329. 330. sed eccum meum gnatum optume ‖ Video: hic opperiar *Ritschelius.* sed optume gnatum meum ‖ Video eccum opperiar *libri, nisi quod* set *C,* optime *FZ,* optum ec natũ *B,* operiar *BF* nunc *del. Ritschelius* uiso opust *Acidalius.* uisost (uiso st *B,* uiso est *FZ)* opus *cum libris Ritschelius, ubi* usu est *cum Scaligero Scriverius* 331. persuadere D^2FZ. persuade BCD^1 quomodo *BC* potis siem *Camerarius, Bentleius.* potis sim (sum *F*) *libri.* potis siem *quomodo defendi possit dicit Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 36: idem proponit* potis sim, mihi, *pro quo* potis sim dolo *vel* dolis *suasit Studemundus ibidem.* nunc potis siem *Ritschelius* nunc *ex v. 330 huc adsciscens* 332. ille uendat ne uendat matri *B, ubi* illam *m.1 corr.* suę *C* 333. nam idoneo *B* dono *ex* domo *D* praecautost opus *Ritschelius.* sed praecautost opus *libri, nisi quod* praecaustost *D,* precauto est *F,* praecauto opus *Z.* sed cautost opus *Bentleius.* sed praecauto opust *post Pyladem Acidalius.* id praecautost opus *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 454* 334. ad *pro* hic *Z* illam *def. Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 50 adn. 7.* ad illam *Ritschelius,* illo *Muellerus Pros. Pl. p. 369 adn.*

Act. II Scaen. 3 CHARINVS ADOLESCENS · DEMIPHO SENEX *BC.* CHARINVS. DEMIPHO *D* *'Versuum in hoc cantico descriptionem plane talem servavi qualis in B est. A qua quae discrepant Reizii, Hermanni, Lachmanni temptamenta ms., consulto tacui omnia. Nec magis alia, quorum mihi usus esse nullus videretur, am-*

Satin, quícquid est, quam rem agere óccepi,
Propriúm nequit mihi esse id quód cupio?
Ita míhi mala res aliqua óbicitur,
Bonum quaé meum conprimit cónsilium. 340
Míser amicam míhi paraui ánimi causa, prétio eripui,
Ratús clam patrém meum me eám posse habére:
Is résciuit ét uidit ét perdidít me.
Neque ís quom rogét, quid loquár, cogitátumst:
Ita ánimi decem ín pectore íncerti cértant. 345
Nec quíd corde núnc consilí capere póssim,
Sció: tantus cúm cura meóst error ánimo,
Dum sérui meí perplacét mihi consílium,
Dum rúrsum haud placét nec patér potis uidétur
Indúci, ut putét matri ancíllam emptam esse íllam. 350

---

bitiosius commemoranda putavi, velut quod primum versum (ut nihil dicam de Bothii in hoc genere portentosa imperitia) sic Reizius dimetitur: Homó me misérior nullúst aeque opínor' *Ritschelius: a quo tamen in nonnullis dissentio Cf. Spengelius 'Reformvorschläge' p. 376 sq.*

335. Homo secum *D* est ęque *C.* est atque *B.* aeque est *Lachmannus Reizio (et Bentleio) assentitur Spengelius* 336. aduersa *FZ* cui *libri* sint plura *Camerarius V. 337—340 anapaestos esse voluerunt Brixius Nov. ann. vol. 91 (a. 1865) p. 72, Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 674, idem 'Reformvorschläge' p. 376, Muellerus Pros. Pl. p. 91: eosdem artificiosius tractat Studemundus de cant. p. 44, 45, 48. Cf. praeterea Seyffertus de bacch. p. 44. Ritschelius bacchiacos discripsit non sine vi* 337. quincquid *C* si quam *Ritschelius.* ut quam *Camerarius* ego agere *Ritschelius* occepit *B* 338. nequid mihi *BFZ.* nequit mihi *CD.* mihi nequit *Ritschelius* esse id *scripsi.* euenire *libri, nisi quod e corr. C.* dari *Spengelius* l. s. s. id quod *Ritschelius* 339. mi ex improuiso *exempli causa Ritschelius* obiicitur *FZ* obicitur aliqua *Camerarius* 340. bonum quę *C.* bonum que *D.* bonumque *Z* comprimit *CD* mihi consilium *cum Hermanno et Lachmanno Ritschelius* quae statím comprimit meum *idem Lachmannus alio tempore* 341. *Dimetros librorum def. Muellerus Pros. Pl. p. 91* paraui, animi *distinguit Spengelius l. s. s.* precio *C.* precio *D* eripui *om. Camerarius* 342. clam] c *e corr. C.* dam *D* me meum *Bentleius, Weisius, Spengelius l. s. s.* me eam *add. Ritschelius: om. libri* 344. Nequis *B* cum *libri* cogitat unde est *B* 345. inpectore *C.* in pectori *D.* pectori *F.* pectore *Z Ceterum nugantur qui de hoc v. dixerunt Palmerius et Gulielmius* 346. nequid *Z* consilii *libri* 347. Sciŏ *Muellerus Pros. Pl. p. 212* meost error *CD.* meus terror *B.* meo est error D^2F. meus est error *Z.* est error meo *Ussingius* Scio, tantus error meost cum cura animo *Spengelius l. s. s.* 348. serui mei *B.* mei serui *reliqui* 349. potius *Z*

Nunc sí dico ut rés est, atque íllam mihí me
Emísse indicó, quem ad modum éxistumét me?
* * * * * * * * *
Atque íllam abstrahát, trans mare híne uenum aspórtet.
Sció saeuos quám sit, domó doctus díco. 355
Hócinest amáre? arare máuelim quam síc amare.
Iam hinc ólim me inuítum domo éxtrusit áb se:
Mercátum ire iússit: ibi hóc malum ego inuéni.
Vbi uoluptatem aégritudo uíncat, quid ibi inést amoeni?
Nequíquam abdidi, ábscondidi, ábstrusam habébam: 360
Muscást meus patér, nil potést clam illum habéri,

---

356. *Hunc versum Ussingio imitatus videtur esse (quo de dubito) Martialis IX 21, 4:* Artemidorus amat, Calliodorus arat

---

351. se *D* ut//// *D* res st *D* ut est res *Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 307.* uti rest *Spengelius l. s. s.* mihimet me *Ritschelius in adn.* m memisse *D* 352. *cf. 351* quem admodum *libri.* leuem admodum *Scaliger* existũ et *B.* existimat *F* *Intercidisse dicit Ritschelius huiuscemodi aliquid:* Malis uerbis multis multum obiuriget me: *quem contra vide quae exponit Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654* 354. A me *Ussingius sine lacuna* extrahat *F* transmare *BC* 355. seuos *B.* seuus *CD.* saeuus *Z.* seruus *F* domo ductus *D.* homo durus *F.* homo et durus *Z: cf. Sciopp. Susp. lect. III 11* dico *Studemundus Stud. vol. 1 p. 85.* igitur *libri* Igitur hoc est amáre *tetrametri initium esse Hermannus voluit*

V. 356—372 qui exstiterunt in pag. Ambros. 469A, fere non legi potuerunt. Eruit Loewius haec versuum initia: v. 356—358 (qui initio paginae exstitisse videntur) nihil, v. 359 UBIUOLU *(extrema littera incerta), v. 360* NEQUIQU, *v. 361 nihil, v. 362* NECSACR *ut vid. (finis proprium videtur occupasse versum), v. 363* N, *v. 364* QUID, *v. 365* SOLLICITU, *v. 366* ME *(videtur fuisse* MEUSPATER*): exitus videtur proprium versum occupasse, v. 367* UNDEI, *v. 368* ITAUOLO, *v. 369* N, *v. 370 nihil, v. 371* PERMAR *(sequi videtur* EUTU*), v. 372* MAGISOPINOR# *(sequi videtur* ID*)* 356. *Cf. v. 355* Hoc inē *B.* hocine est *D.* hoccine est *CFZ* ma uelim *B* *Ceterum h. v. et v. 359 addubitat Muellerus Pros. Pl. p. 73 adn.* 357. is hinc *Spengelius l. s. s.* holim *D* me *add. Ritschelius: om. libri. Cf. Studemundus de cant. p. 47* extruxit *B* sese *Camerarius* 358. ire iussit ibi *C.* ire iussi. tibi *B.* iussit ire ibi *DFZ* ego *om. Camerarius* ibi hoc damnum inueni *Spengelius l. s. s.* 359. *Cf. v. 356* Nam ubi *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654* egritudo *CD* animi *Z* 360. nequicquam *FZ* abscondidi *B.* abscondi *reliqui* abstruxsam *B.* abstusam *C* 361. Muscast *B.* Musca est *reliqui* pater meus *C* nihil *libri*

Néc sacrum nec tám profanum quícquamst, quin ibi ílico adsit.
Néc qui rebus meís confidam, mi úlla spes in córde certast.

DEMIPHO

Quíd illuc est, quod sólus secum fábulatur fílius?
Sóllicitus mihi néscio qúa de ré uidetur.

CHARINVS

Áttatae, 365
Méus quidem hic pater ést, quem uideo. ibo, ádloquar. quid fít, pater?

DEMIPHO

Ýnde incedis? quíd festinas, gnáte mi?

CHARINVS

Recté, pater.

DEMIPHO

Íta uolo. sed istúc quid est, tibi quód commutatúst color?
Númquid tibi dolét?

CHARINVS

Nescio quid méo animost aegré, pater.
Póste hac nocte nón quieui sátis mea ex senténtia. 370

DEMIPHO

Pér mare ut uectú's, nunc oculi térram mirantúr tui.

CHARINVS

Mágis opinor.

---

362. nectam *B* quicquamst *D*. quicquam st *C*. quicquam si *B*. quicquam est *FZ* quid *B* assit *CD* 363. mihi *libri* in corde certast *B*. est in corde *C*. in corde est *DFZ* 364. *Super* Quid *m. 2 scr.* secum *D* est *B: om. reliqui* quid *Z* solũ *B* fabulatur *B*. fabuletur *reliqui* 365. qua de re *Luchsius Hermae vol. 6 (a. 1872) p. 268.* quare *libri.* qua re nunc *Ritschelius Numeros paullo concinniores esse hos:* Sollicitus nescio qua re nunc mihi uidetur *adnotat Ritschelius* Attatae *Ritschelius.* Atate *CD*. At tace *B*. At at *FZ*. attate *Palmerius p. 873, Bentleius in And. IV 5, 15*
366. Meus quidem hic pater est *CDFZ, nisi quod* iquidem *C*. Meus pater hic quidem est *B: cf. A.* Pater hic quidem meust *Ritschelius* ibo *om. B* alloquar *CDFZ* 367. *Dem. pers. om. C* 368. quidest *CD* quod] quid *B* commutatust color *BCD*[1] commutatus est *D*[2]*F*. commutatus color est *Z* 369. meo animo st *CD*[1]. meo animo est *BD*[2]. animo meo est *Z* egre *BCD* 370. Poste *B*. Postea *reliqui. Cf. Ritschelii Op. phil. vol. II p. 544* ac *D*[1]. hac *D*[3] mea *D*[3], *Camerarius.* me *BCD*[1]. *om. FZ* *V. 371 sq. damnat Ussingius* 371. mare *ex* amare *ras. B* uectus *libri* *V. 372 (?)—389 (sine v. 375)*

DEMIPHO

Íd est profecto: uérum actutum abscésserit.
(Vsquen ualuistí?

CHARINVS

Perpetuo récte, dum quidem illíc fui.
Vérum in portum huc út sum aduectus, néscio qui animus míhi dolet.

DEMIPHO

Naúsea edepol fáctum credo: uérum actutum abscésserit.) 375
Érgo edepol pallés: si sapias, eás ac decumbás domi.

CHARINVS

Ótium non ést: mandatis rébus praeuortí uolo.

DEMIPHO

Crás agito, peréndie agito.

CHARINVS

Saépe ex te audiuí, pater:
Reí mandatae omnís sapientis prímum praeuortí decet.

DEMIPHO

Áge igitur: nolo áduorsari tuam áduorsum senténtiam. 380

---

videntur exstitisse in pag. 479A misere lacerata. Eruit Loewius haec: V. 372. 376—380 nihil (occupaverunt septem versus. 1 ut videtur = exitus v. 372; dubia vestigia litter. C *et* R abscesserit *vocis ut vid.: 2 = 376 ut vid.: 3 = 377 ut vid: 4 = 378 ut vid.: 5 = 379 ut vid.: 6 et 7 = 380 ut vid.: at omnia (maxime num v. 5 = 379 sit) dubitationis plena, v. 381* IDES *in fine, v. 384 et 385 nihil, v. 386 in fine* NT *ut videtur, v. 382 in fine* TSCIO *ad modum pallida, v. 383 nihil, v. 387 in fine* NCMEA *(*MOLIOR *videtur proprium v. occupasse), v. 388 nihil, v. 389 ad finem* Q *(=* QUID*) et dubia vestigia litterarum* UIDUEL*, v. 373 in fine* MILLICFUI*, v. 374 sub finem* OQUIANI*, paullo antea* N *dubia (*nescio*): exitus videtur primum versum insequentis paginae occupasse* 372. mirantur tui ‖ Magis. Cha. Opinor. *Gulielmius: quem debuisse saltem* mirantur magis. ‖ Cha. Itast, opinor *annotat Ritschelius. Verba* Magis opinor *Demiphoni continuant, cetera Charino adsignant Weisius et Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 478: sed obstat v. 375 parallelus, nisi forte v. 375 Charino continuamus* opino *Bothius tertia V. 373—375, in libris post v. 389 positos, huc revocavit Ritschelius, ut quos appareat prorsus parallelos esse versibus 369—372. Cf. quae dixi Act. soc. phil. Lips. vol. VI p. 261 sqq.* 373. Usquen *Ritschelius.* Usque *B.* Usquene *reliqui: cf. Ritschelii Opusc. phil. vol. II p. 557* 374. inportum *C* quia nimis mihi *B* 375. Nause *B* 376. palles *B.* palle *CD. om. FZ* 377. preuorti *C.* preuorti *D* 378. Cras agiopere die agito *B* Sepe *BCD* exte *C* 379. Rei] ei *F* mandatę *C.* mandate *BD* 380. tuam aduorsus *Z.* aduorsus tuam *cum Bothio Ritschelius*

CHARINVS

Sáluos sum, siquidem ísti dicto sólida et perpetuást fides.
Rés adhuc quidem hércle in tutost. nam húnc nescire sát scio
Dé illa amica: quód si sciret, ésset alia orátio.

DEMIPHO

Quíd illuc est, quod ille á me solus se ín consilium séuocat?
Iám non uereor né me amare hic pótuerit rescíscere: 385
Quíppe haud etiam quícquam inepte féci, amantes út solent.
Quín ego hunc adgrédior de illa?

CHARINVS

Quín ego hinc me amólior?
Éo ego, ut quae mandáta mihi sunt, ádministrem.

DEMIPHO

Immó mane:
Paúcula etiam scíscitare príus uolo.

CHARINVS

Dic quíd uelis.

---

381. Saluus (a *e corr.*) *C.* Saluus *DFZ* dicito *B* perpetua est *FZ* *V. 382—386 hoc ordine collocavit Ritschelius: quos sic 384—386. 382. 383 collocant libri* 382. *Char. pers. praem. libri* hercle *om. F* intuto st *BCD* huc *B* 383. Deilla *BC* illa (i *s.* a) *D* quid *Z* 384. *Versus sine causa ab Osanno Anal. p. 201 sq. sollicitatus propter v. 364* ille a me *Angelius.* illa me *CD.* mea me *B.* ille *FZ* sed *B* inconsilium *C* se uocat *BC* 385. Iam *del. Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654* illam *servans* uereo *CDF* ne me amare *scripsi.* ne illam meam are *B.* ne illam me amare *reliqui.* ne eam me amare *cum Guyelo Ritschelius* rescistere *B* 386. aut *BCD.* haud *FZ* faciā ante ut *B* 387. *Dem. pers. praem. libri* agredior *C.* aggredior *DFZ* 388. Ego eo *D* ut quę *C.* ut que *BD.* atque *Camerarius* mandata mihi sunt administrem. Dem. *Ritschelius: cf. Opusc. phil. vol. II p. 400.* mandata amicū amicis tradā. De. *B.* mandata amicus amicis (*ex* amicus *D*) tradam. Dem. *reliqui, nisi quod* mandat *Z.* mandata amice amicis tradam *Ussingius* 389. Pauca *C* suscitare *B.* scisscitare D^1. sciscitare D^3. sciscitari *potius dubitari posse num poeta scripserit annotat Ritschelius* *Secuntur in libris v. 373—375* *V. 374 exitus. 375. 390—406 exstiterunt in pag. 475, ubi haec versuum initia Loewius expiscatus est: v. 374 nihil, 375* N, *390* SEDQUIDAI, *391* ADUEXEI(*vel* T, I)#Q, *392* UTMORATAST#NUL, *393* MIHIQUIDEMEDE *(exitus videtur proprium v. occupasse), 394* UID, *395* Q, *396* NIHI, *397* LIGN *et post spat.* umca *litt.* E, *398* QUAEH, *399* HORUNCILL, *400* EACAUSSAEQUID, *secuntur haec initia:* PAC *et paullo post* A, *ita, ut probabile sit A habuisse* Paulatim labefacto, NEDU, *404* NEQ

DEMIPHO

Séd quid ais? ecquám tu aduexti tuae matri ancillám
Rhodo? 390

CHARINVS

Aduexei.

DEMIPHO

Quid? ea út uidetur múlier?

CHARINVS

Non edepól mala.

DEMIPHO

Vt moratast?

CHARINVS

Núllam uidi mélius mea senténtia.

DEMIPHO

Míhi quidem edepol uísast, quom illam uídi —

CHARINVS

Eho, an uidistí, pater?

DEMIPHO

Vídi. uerum nón ex usu nóstrost neque adeó placet.

CHARINVS

Quí uero?

DEMIPHO

Quia enim non nostra fórmam habet dignám domo. 395
Níhil opust nobís ancilla, nísi quae texat, quaé molat,

ILLAMMAT, *405* NEQ·SINAM#QUIUERO#Q, *406* FLAGITIUMSITNEI 390. Dem. *om. libri* Quid ais? ecquam tu aduexisti *a Plauto profectum esse putat Ritschelius, adiectum autem* Sed, *postquam huc irrepserunt v. 373—375 De A cf. supra.* adexti *D.* aduexit *B.* aduexi *CFZ* tuę *C.* tue *D* matri tue *F* ancillam ancillam *CD* rohdo *B.* erhodo *C.* e rhodo *DZ.* e rhodio *F* 392. morata est *DFZ* mea quidem sententia *Bentleius* sentencia *C* 393. Mihi quidem edepol *libri cum A.* Mihi quoque ita pol *Ritschelius.* Sic quidem edepol *Pylades, Acidalius.* Mihi quidem item pol *Bugge 'Tidskrift for Philol.' VI p. 6 et Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 454* uisa est *BC* cum *libri* uidi. Ch. Eho *(Eo BZ)* an uidisti *libri.* uidi. Ch. Eho uidistin *Bothius, Ritschelius.* uidi. Ch. An uidisti *Guyetus.* uideo. Ch. An uidisti *Bothius alio tempore* 394. exusu *C* nostro sine que *B.* nostro est neque *C* 395. Quia enim non *(vel* Quia noenu*) Ritschelius.* Quia non *libri.* Quia haec non *Guyetus.* Qui? quia non *Bothius.* non? Dem. Quia non *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654* nostra//// *(m eras.) B* 396. opust *Ritschelius.* opus *libri* quę texat quę *C.* que texat que *BD*

Lígnum caedat, pénsum faciat, aédis uorrat, uápulet,
Praéhibeat cottídianum fámiliae coctúm cibum.
Hórunc illa níhilum quicquam fácere poterit ádmodum:

CHARINVS

Eá causa equidem illam émi, dono quám darem matrí meae. 400

DEMIPHO

Lábefacto paulátim. uerum quód praeterii dícere,
Né duas neu te áduexisse díxeris — di me ádiuuant —:
Néque illa matrem sátis honeste tuám sequi poterít comes,
Néque sinam.

CHARINVS

Qui uéro?

DEMIPHO

Quia illa fórma matrem fámilias 405
Flágitium sit seí sequatur, quándo incedat pér uias.

397. *Nonius p. 271, 23:* Caedere .... Lucilius lib. XXVII: 'Lignum ..... uapulet' *Idem p. 420, 7:* uerrere ... Lucilius lib. XXVII: 'Lignum ... uapulet' *'Vix dubitandum videtur, quin Plautina verba commemoraverit Lucilius: nisi forte errorem iam fuisse in ipsis adversariis grammatici putaveris' Ritschelius. Cf. adn. L. Muelleri*

397. cedat *CD cum Nonio* pensum f. *om. Non. p. 420* pensim *Z.* pinsum *Visseringius Quaest. Pl. I p. 105* ędis *C.* aedes *cod. Nonii aliquot* uorrat *L. Muellerus in v. Luciliano:* uarrat *cod. G Nonii.* uerrat *BCD*[2]. ferrat *D*[1] uertat *Z* ac uapulet *Non. p. 420* 398. Praehibeat *Ritschelius Opusc. phil. vol. II p. 400.* Quae (Quę *C.* Que *D)* habeat *libri cum A.* Quaeque habeat *Pylades* quottidianum *Z.* quotidianum *F* familię *C.* familia *B* 399. Horunc illa *CD cum A.* Horum ancilla B. horum illa *FZ* nihil umquā *B*, *'unde facile efficiat quispiam* nil quicquam umquam' *Ritschelius* 400. EACAUSSA *A.* Eacausa *C* emi] mi *B* dono *e* domo *B* darem q matri *D* meę *BC* *V. 401. 403 (402 intercidisse putaverat Ritschelius) ita collocat A, de quo cf. supra: inverso ordine reliqui, Ritschelius* 401. *De A cf. supra* Labe facto *CD* pręterii *C* 403. Dem. *praem. libri* Neduas *C.* Nede[illegible]s *D.* Netuas *B.* Ne des *FZ.* Ne duis *Camerarius* neu *Camerarius.* nene *libri* Ne duas neu te aduenisse dixeris. Cha. Di me adiuuant *uno integro versu concludunt BCDFZ proximum (401) tribuentes Demiphoni. 'At is unde tandem labefactari filium colligit? de quo ne sic quidem ei constiterit, si* di me adiuuent *dixisse Charinum censueris. Ergo aut plus intercidit aut certe hemistichia duo' Ritschelius adnotat nil transponens: quam sententiam refellit Spengelius T. Macc. Plaut. p. 26 omnia Demiphoni tribuens* 406. Flagitium sit *B cum A.* Flagitiumst *D.*

Cóntemplent, conspíciant omnes, nútent, nictent, síbilent,
Véllicent, uocént, molesti sínt, occentent óstium:
Ímpleantur élegiorum meaé fores carbónibus:
Átque ut nunc sunt máledicentes hómines, uxorí meae 410
Míhique obiectent lénocinium fácere. nam quid eóst opus?

CHARINVS

Hércle qui tu récte dicis ét tibi equidem adséntior.
Séd quid illa nunc fíet?

DEMIPHO

Recte: ego émero matrí tuae
Áncillam uirágínem aliquam nón malam, formá mala,
Vt matrem addecét familias, aút Syram aut Aegýptiam. 415
Éa molet, coquét, conficiet pénsum, pinsetúr flagro:

---

flagiciumst *C.* flagitium est *FZ* SEI *A.* si *reliqui* incedit *Z*
V. 407—424 ut videtur fuerunt in pag. 476 (olim 470B), ubi hos exitus extricavit Loewius: 407 IBILENT, *408 nihil, 409* NIBUS, *410* UXORIMEAE, *411* AMQUIDEOSTOPUS, *412* ADSENT — *(spatia male conveniunt cum Palatinorum scriptura, quamvis ne* equidem *quidem commendent), sequuntur in v. proximo haec in fine* SAT *(vel* E, I, P,*)* — *(num* satis?*) quae non possunt convenire cum Palatinorum versu, 414* F.... MALA, *415 nihil, 416* O, *417* TI *(?), sequitur v. ubi nil legit Loewius (418?), dein* NUMEGENTIUM *(421),* LIST...PUS-*(*PUS *incertum; 422),* EM *(incertae; 423),* AUOLO *(*AUO *incertissimae: 419), 420 duos versus occupasse videtur, 424 perdubia vestigia vocis* uendere
407. oms *B: om. reliqui* . nuteat *C* nictent D^3F. nectent BD^1. nectet *C.* niterit *Z* 408. nocent molestis innocent *B* hostium *FZ* 409. elogiorum meae fores carbonibus *Bothius (cf. A).* meae fores carbonibus elegeorum *BCDFZ, nisi quod* mee *B,* elegiorum D^3, elogeorum *F: pro quo* eclogiorum *Lambinus,* elogiorum *Turnebus Adv. VII 15.* elegeorum *def. Fleckeisenus Nov. ann. vol. 93 (a. 1866) p. 9* 410. meę *C* 411. Mihi que *B* obicient *B.* obiiciant *Acidalius* lenocinium *C.* lenocium *D* eost *ABCD.* est *FZ* 412. qui *libri: def. Fleckeisenus Krit. Misc. p. 29.* quin *Pylades, Ritschelius* dices *B* tibi equidem adsentior *Ritschelius Prol. Trin. p. 173.* tibi adsentior *B: cf. A.* tibi assentior *CDFZ.* tibi ego assentior *Pylades.* tibi assentior ego *Camerarius.* tibi adsentor ego *Bothius.* tibi hoc adsentior *idem alio tempore.* ego assentior tibi *Lingius de hiat. p. 50* 413. *Verba* Sed — Recte *aliena ab hoc loco censet Ritschelius, pro quibus haec exstare potuisse:* Nisi quod matri non est quod dem: *at declinat pater et pergit ut filium prorsus in suam sententiam trahat* Sed *(ex* Set *m. rec.) D* fiaet *C* Recto *D* tuę *C* *(Cf. A et v. 418 Ritschelii)* 414. uiracinem *B* 415. Vtmatrem *C* ssram *C* ęgyptiam *(*ę *ex* e *m. rec.) D.* egyptiam *FZ.* egipciam *C.* cypiam *B* 416. coquet *om. CDFZ* confitiet *B* pinsetur *Scutarius.* pensetur *libri*

Néque propter eam quícquam eueniet nóstris foribus flágiti. 417
Múlto edepol, si quíd faciendumst, fácere damni máuolo, 419
Quam óbprobramentum aút flagitium múliebre exferrí domo. 420

CHARINVS

Quíd, si igitur reddátur illi, unde émptast?

DEMIPHO

Minume géntium.

CHARINVS

Díxit se redhibére, si non placeat.

DEMIPHO

Nihil istóc opust:
Lítigari nólo ego usquam, tuam aútem accusarí fidem.
Mé tibi illam pósse opinor lúculente uéndere.

CHARINVS

Dúm quidem hercle né minoris uéndas quam ego emí, pater. 425

DEMIPHO

Táce modo: senéx est quidam, qui áliquam mandauít mihi
Vt emerem ad istanc fáciem ancillam.

417. Neque *superiori versui continuant CDFZ* propteream *B*. Propteream *C* quic quam *C* nxřis *D* flagiti *B et, ut vid., A.* flagitii *D*[1]. flagicii *C.* flagitium *D*[2]*FZ* *Secuntur in B postea erasa:* minime gentium *omissa v. 421* *Versum 418 talem supplevit Ritschelius:* Sed quid ifla nunc fiet? recte ego emi atque argentum dedi: *om. libri: cf. v. 413 et A* *V. 419. 420 hoc loco posui duce Ritschelio quos libri cum A post v. 423 exhibent: eosdem delet Ussingius* 419. edepol *C* siquid *BC* faciendum est *BCD.* faciundum est *FZ* face *F* dampnima uolo *C* 420. obprobrandum *ante corr. D* exferri *B.* ecferri *CD.* efferri *FZ.* inferri *Guyetus, Ritschelius.* *Lachmannus* afferri *Pistoris* 421. siigitur *C* empta est *libri* *Cf. A* Minime gentium *CDFZ: om. hoc loco B: cf. v. 417* *V. 422—423 inverso ordine ponit Ritschelius* 422. redhibere *CDFZ.* adhibere *B* placeat *CDFZ.* placet *B* opust *CDFZ.* opus *B* 423. Litigari *BCD.* Litigare *FZ.* *Ritschelius* nolo ego usquam *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 431.* nolo ego uos quam *libri.* ego nolo uos qua *Ritschelius cum Bothio, vulgo constructum cum* mauolo *v. 419.* nolo ego uos *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 654.* nolo ego neque *Muellerus Pros. Pl. p. 32 post Acidalium* 424. *Pers. om. libri* Nam me tibi illam *Ritschelius in adnot.* 425. ercle *C* neminoris *C* ego mi pater emi *F* 426. aliquam *Ritschelius.* illam *libri.* olim *Acidalius.* ancillam *Boxhornius.* ut illast *Schoellius* 427. ancillam *add. Ritschelius. om. libri* At etiam *Muellerus p. 581* quidam *ex* quidem *D* adolescens *CDFZ*

CHARINVS

At míhi quidam adulescéns, pater,
Mándauit, ut ád illam faciem, ita út illaec est, emerém sibi.

DEMIPHO

Víginti minís opinor pósse me illam uéndere.

CHARINVS

At ego si uelím, iam dantur séptem et uigintí minae. 430

DEMIPHO

At ego —

CHARINVS

Quin ego, ínquam —

DEMIPHO

Ah nescis quíd dicturus sím: tace.
Trís minas accúdere etiam póssum, ut trigintá sient. 432

CHARINVS

Quó uortisti?

DEMIPHO

Ad íllum qui emit.

CHARINVS

Vbinamst is homo géntium? 434

DEMIPHO

Éccillum uideó: iubet quinque me áddere etiam núnc minas. 435

---

428. Mandauid *C* *Post* Mandauit *eras.* m̃ *in D* ut ad illam faciem *Ussingius.* ad illam (adillam *B*) faciem *libri.* aliquam itidem ancillam *Ritschelius* ita ut illaec est *Muellerus Pros. Pl. p. 581.* ita ut illa est *libri, Ritschelius* est mulierem emerem *Camerarius* illast ut emerem *Fleckeisenus Nov. annal. vol. 61 (a. 1851) p. 23* 429. minas D^1 430. siuelim *C* dentur *Ritschelius in adnot.* minę *C.* minc *DB* 431. *Post* inquam DE *exhibent* Ah *BC: pro quo rasuram* D^1, *sup. scr.* hac D^2. at *FZ, quod fortasse rectius esse adnotat Ritschelius* sim *F, Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 219 et Fuhrmannus Nov. ann. v. 105 (a. 1872) p. 630.* sum *reliqui, Ritschelius* 432. Trismina saccudere *C.* Tres minas accudere *B* trigintasient *C, post quae interrogandi signum alii posuerunt* *Hic Ritschelius intercidisse Charini fere haec verba (v. 433) suspicatur:* Videor pro illo posse quinque etiam addere adulescentulo. *Contra Spengelius Plaut. p. 23 sqq. hoc v. et 435 personas mutat. Mihi nil mutandum videtur* 434. CH. *et (ab initio versus)* DE *om. CD* uertisti *F.* uortis te *Ussingius* At illum *D.* Adillum *C* Vbinamstis CD^1. Vbi nastis *B.* Vbinam est is D^2FZ gencium *C* 435. Ecce illum *B, Henricus Schenkl l. ad v. 524 exscripto p. 619.* Eccum illum *Camerarius* quoque *B* adere eciam *C* quinque addere etiam me minas *Ritschelius.* quinque addere me etiam nunc minas *Bothius*

CHARINVS

Hércle qui illunc di ínfelicent, quísquis est. ibidém mihi
Étiam meus adnútat: addam séx minas.

DEMIPHO

Septém mihi.
Númquam edepol me uíncet hodie.

CHARINVS

Cómmodis poscít, pater.

DEMIPHO

Néquiquam poscít: ego habebo.

CHARINVS

At íllic pollicitúst prior.

DEMIPHO

Níhili facio.

CHARINVS

Quínquaginta póscit.

DEMIPHO

Non centúm datur. 440
Pótine ut ne licitére aduorsum méi animi senténtiam?

---

436. Hercle qui illunc di infelicent *Fleckeisenus Misc. crit. p. 31.* Hercle illunc (illunt *C.* illuc *B)* di (dii *BZ)* infelicent (felicent *B.* infoelicitent *Z) libri, ubi* Hercule *Scaliger,* illum infelicitent di *Ritschelius,* infelicitent *etiam Scaliger: quam formam falsam esse et Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 655 et Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 433 demonstraverunt, quorum ille* Hercle di illunc *vel* illunce *vel* illum hominem *proposuit, hic* Quin hercle illunc*: cf. Seyffertus Stud. Pl. p. 6* ibidem mihi *scripsi.* DEM. Ibidem mihi *libri.* itidem mihi *Ritschelius.* totidem mihi *Acidalius* Dem. Hercle *et* Char. Ibidem *Spengelius l. s. s.* 437. Etiam meus *Ritschelius.* Etiam (Et iam *B,* eciam *C)* mihi *libri.* Dem. Etiam meus *Acidalius* innutat *Lambinus* DEM. Addam *Ritschelius, Spengelius l. s. s.* DEM. Septem *scripsi.* Char. Septem *cum libris Ritschelius, Spengelius l. s. s.* mihi] meus *Loewius* Char. Septem minis *(scil.* commodis*) Ussingius sequentia Charino continuans* 438. *Demiphoni et Charino distribuit Guyetus, totum Charino libri continuant, item Spengelius l. s. s.* Nunquam *CD* ędepol *C* me uincet hodie commodis *B.* me uincet hodie me uincet hodie commodis *CD.* me uincet hodie inueniet hodie commodis *FZ. Vbi* inueni hunc qui commodius *'ex priscis exemplaribus' Pius affert.* me uincet. hic commodius *Pylades 'partim ex codd. ant.'* pater poscit *C* 439. Nequicquam *FZ* poscet *Ritschelius* habebo CD^2F. habeo BD^1Z pollicitus est *B* 440. Nihil *B* quinquaginginta *C* Noncentum *C* dantur *Z.* dātur *ex* datur *m. rec. in D* 441. Potinne *B* utue *C.* ut *B* licitere *Camerarius.* liceret *B.* litigere *CDF.* letigere *Z* aduersum *B* mei animi *Scaliger, Bothius: cf. v. 597.*

umam hercle habébis praedam: ita íllest, quoi emitúr, senex.
ıs non est éx amore illíus: quod poscés, feres.

CHARINVS

e edepol aduléscens ille, quoí ego emo, efflictím perit amore.

DEMIPHO

Múlto hercle ille mágis senex, si tú scias. 445

CHARINVS

ıquam edepol fuít neque fiet ílle senex insánior
ımore, quàm ílle adulescens, quoí ego do hanc operám, pater.

DEMIPHO

sce, inquam: ístanc rem ego récte uidero.

CHARINVS

Quid aís?

DEMIPHO

Quid est?

CHARINVS

ego illam mancúpio accepi.

DEMIPHO

Séd ille illam accipiét: sine.

CHARINVS

potes tu lége uendere íllam.

DEMIPHO

Ego aliquid uídero. 450

---

44. Efflictim *hinc transiit in gloss. Plaut.: cf. Ritschelii Op. 243*

---

libri. animi mei *Acidalius, Bentleius* 442. Maximam *Z* predam *B* ille est *libri: cf. Muellerus Pros. Pl. p.* ita insanust) qm̃ mentitur *B.* cui emitur *reliqui* 443. t *C* examore *C* 444. Certo *CDFZ: cf. Langenus p. 26* scens *CDFZ* cui *libri* efflectim *B.* efflictum *D ante ras.* 45. si *sup. scr. D* situ scias *C.* situscias *B* 446. siet *legi' Pius dicit* 447. Examore *C* ille *s. v. D*² adolescens *Z* cui *libri* pater *s. v. D* 448. *Vers. damnat Muellerus r. p. 30* Quiesce *def. Fleckeisenus Nov. annal. vol. 101 (a. p. 75.* Hem quiesce *et* egero *pro* uidero *Ritschelius, qui negat e* istanc rem ego uidero *expuncto* recte ais *Dousa fil., Lomanus* agis *libri* Quidest *CD* 449. *Sic personis distinxit Acidalius.* i. sed ille illam accepit. DE. Sine *libri* accipiet *Scaliger, us.* accipit *Taubmannus* 450. potest *ante ras. B* tulege *C*

CHARINVS

Póst autem communis mihi illast cum álio quodam. quí scio,
Quíd sit ei animí, uenirene eám uelit an nón uelit?

DEMIPHO

Égo scio uelle.

CHARINVS

Át pol ego esse crédo aliquem, qui nón uelit.

DEMIPHO

Quíd id mea refért?

CHARINVS

Quia illi suám rem esse aequomst ín manu.

DEMIPHO

Quíd ais?

CHARINVS

Quicum míhi communist ílla, is hic nunc nón adest. 455

DEMIPHO

Príus respondes quám rogo.

CHARINVS

Prius tú emis quam uendó, pater.
Néscio, inquam, uélit ille illam nécne abalienárier.

DEMIPHO

Quíd? illi quoidam, quí mandauit tíbi, si emetur, túm uolet:
Sí ego emo illi quí mandauit, túm ille nolet? níhil agis.
Númquam edepol quisquam íllam habebit pótius, quam ille
quem égo uolo. 460

---

451. communis mihi illast *cum Pylade Ritschelius coll. v. 455, qui 'quamquam etiam* communist mihi illa *licebat' addit.* communis est illa mihi *CDFZ.* communest illa mihi *B: quod non credo spectare ad ea de quibus cf. ad Amphitr. v. 537* quodam *Ritschelius: om. libri. 'Neque enim probabiliter Bothius* communist illa cúm alió mihi' *Ritschelius* quid *Z* 452. uenire ne (ne *ex* me *ras. D) libri* non uelit] non *sine* uelit *B* 454. id mea *CDFZ.* deme *B.* mea id *cum Pylade Ritschelius* rem suam *B* aequóm st *B.* equumst *CDF.* aequum est *Z* in naui *B* 455. *Sic sanandum putavit versum Ritschelius, qui interpolatus e v. 451 talis est in libris:* DE Quid ais CHA communis mihi illa est cum illo is nunc hic non adest: *nisi quod* illast *et* hic nunc *B. Vbi* alio *pro* illo *Camerarius* 457. NESCIO *A* ille *om. A* nec ne *C.* nec me *B* ab aliena *cum lacuna C V. 458 sq. tales prodierunt ex A, nisi quod ab initio* SEDILLIQUIDAMQUI *(pro 1 etiam* I, T, *pro 6* E, I, P, T *legi posunt) exstat (*Sed illi quoidam *Bothius): pro quibus unum hunc reliqui exhibent* De. Quid illic quidam qui mandauit cum ille nolet nihil agis, *nisi quod* mandaui *Z,* tum *pro* cum *B* Si ego emi ei, mihi qui mandauit *Ritschelius in adnot.* 460. edepol quisquam *BC.* EDEPOLQUISQUAM-

CHARINVS

Cértumnest?

DEMIPHO

Censén certum esse? quín ad nauem iam híne eo:
Íbi uenibit.

CHARINVS

Vín me tecum illo íre?

DEMIPHO

Nolo.

CHARINVS

Nón places.

DEMIPHO

Méliust te, quae súnt mandatae rés tibi, praeuórtier.

CHARINVS

Tú prohibes.

DEMIPHO

At me íncusato: té fecisse sédulo.
Ád portum ne bítas, deico iám tibi.

CHARINVS

Auscultábitur. 465

DEMIPHO

Íbo ad portum. ne híc resciscat, caúto opust. non ípse emam,
Séd Lysimacho amíco mandabo: ís se ad portum deíxerat
Íre dudum. mé moror, quom heic ásto.

CHARINVS

Nullus sum: óccidi.

EDEPOL *A*. edepol priusquam *D*. edepol prius quisquam *FZ* quaem ego *C* 461. CERTUMNEST *A*. Cha. Certum est *BCDFZ* CENSEN *A* Censes certum esse. De. Quin *Z*. Certumst. Ch. Censen certum id esse? *Lachmannus* NAUEM *A, B*. nauim *reliqui* hinc] nunc *F* EO *A* 462. places *CDFZ cum A*. placēt *cum ras. unius litt. post eam vocem B*. placeo *'alibi legi' Pius scribit. Vni Demiphoni* nolo: non placet. Meliust *continuabat Acidalius: quod non malum esse dicit Ritschelius* 463. MELIUSTE *A*. Melius itē *B* quę *C*. que *B* tres *B* mandatę *C* praeuotier *C* 464. MEINCUSATO *A*. tu excusato *CDFZ*. tu excusatio *B* FECISSE *A* sedulo *om. Z* 465. NEBITAS *A, Camerarius*. ne uitas *B*. ne bites *CD*. ne ibis *F*. ne ires *Z:* ne bites *iam Scutarius* DEICO *A*. dico *reliqui* IAM *A* 466. PORTUMNE *A*. portum et ne *reliqui* OPUST *A, Z*. opus est *reliqui* 467. lysimacho *B*. lysimăho *C*. lisimacho *D* is *(s e corr.)* se *C*. esse *B* adportum *C* DEIXERAT *A*. dixerat *reliqui* 468. memoror *CD* QUOMHEIC *A*. cum hic *(ic D) reliqui* asto *C*. adsto *Z* occidō *D*

CHARINVS. EVTYCHVS

CHARINVS

Péntheum dirípuisse aiiunt Bácchas: nugas máxumas
Fuísse credo, prae út quo pacto égo diuorsus dístrahor. 470
Qúr ego ueiuo? qúr non morior? quíd mist in uitá boni?
Cértumst, ibo ad médicum atque ibi me tóxico mortí dabo:
Quándo id mi adimitúr, qua causa uítam cupio uíuere.

EVTYCHVS

Máne, mane obsecró, Charine.

CHARINVS

Quís me reuocat?

EVTYCHVS

Eútychus,
Túos amicus ét sodalis ét uicinus próxumus. 475

CHARINVS

Nón tu scis, quantúm malarum rérum sustineám.

EVTYCHVS

Sció.
Ómnia ego istaec aúscultaui âb óstio: omnem rém scio.

CHARINVS

Quíd id est quod scis?

Act. II scaen. 4 CHARINUS EUTÈYCHUS *A.* CHARINVS · EUTICVS · ADOLESCENTES · II · *B.* CHARINVS EUTYCHVS ADVLESCENTES B. II. C. *C.* CHARINVS EVTYCHVS *e ras. D* 469. DIRIPUISSE *A* AIIUNT *(3 etiam* E, P, T *esse potest) A.* aiunt *reliqui* bachas *DF.* bāhas *C* maximas *BZ cum A* 470. preut *(preut D)* quo *CD.* prae quo *Ritschelius: at cf. Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 655* EGO *A* prae quo pacto ut ego *Lachmannus* ego hic *vel* ego nunc *Muellerus Pros. Pl. p. 582* DISTRAHOR *A* 471. QUREAGO *(4 etiam* T, P, *minus prob.* I*) A.* Cur ego *reliqui* UEIUO *A.* uiuo *reliqui* QUR *A.* Cur *reliqui* QUID# *rel* QUUD *ut vid. A* MIHIESTIMUITA *A.* mihist in uita *CFZ et* in *sup. scr. et* ita *e corr. D.* mihi sustinuit *B* 472. CERTUNST *A.* Certum est *BCD* me ibi *B* 473. mihi *libri cum A* (MIHI) ADIMITUR *A* CUPIO *A* 474. OPSECRO *A* QUIS *A, Ritschelius.* Qui *reliqui* eutichus *D.* eutihus *(c s.* i*) C* 475. Tuus *libri cum A* SODALIS *A.* ETUICINUS *A.* simul uicinus *reliqui: cf. Proleg. p. 145* 476. Non] Nam *Lambinus codd. ant. commemorans* SUSTINEAM *A* 477. Omi *B* ego *om. F* ISTAEC *A* istec *D.* iste *C* AUSCULTAUI *A* hostio *FZ* OMNEMREM *A*

EVTYCHVS
Túos pater uolt uéndere —

CHARINVS
Omnem rém tenes.

EVTYCHVS
Túam amicam —

CHARINVS
Nímium multum scís.

EVTYCHVS
tueis ingrátieis.

CHARINVS
Plúrumum tu sceís. sed qui sceis méam esse amicam illám?

EVTYCHVS
Tatae,
Túte heri ipsus míhi narrasti.

CHARINVS
Sátin ut oblitús fui
Tíbi me narrauísse?

EVTYCHVS
Hau mirumst fáctum.

CHARINVS
Te nunc cónsulo:
Résponde, quo léto censes me út peream potíssumum?

EVTYCHVS
Nón taces? caue tu ístuc deixis.

---

478. TVVS *A cum reliquis* PATER *A* uult *BFZ* REMTENES *A* 479. *Vide ad v. 181* *Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 705 sqq.* NIMIUMMULTUMSCIS *A* TUEISINGRATIEIS *A*. Tuis ingratiis *BC*. Tuis *(vel* tu is*)* ingratus *D ante corr. FZ* 480. Plurimum *libri cum A (*PLURIMUM*)* TUSCEIS *A*. tu scis *reliqui* SED *A* QUISCEIS *A*. qui scis *reliqui* MEAMESSEAMICAMILLĀ *A: quo servato addidit* Tatae *Ritschelius, quamquam etiam aliis interiectionibus locum esse concedit (*Scio *vel* Quia *add. Kienitz de QUI p. 538 not. 2).* esse amicam illam meam *reliqui* 481. eri *D* IPSUS *A* MIHI *A* narrasti *B*. NARRAUISTI *sine pers. spat. A. om. reliqui* OSATINE *in A exstare videtur, sed litteris praeter* o *incertissimis.* Satin *B*. Statim *reliqui* OBLITUS *A* 482. TIBI *A* NARRAUISSE *A* HAUMIRUM*(minus prob.* N*)*STFACTUM *A*. haud mirum factumst *(*factum est *BD²Z) reliqui* TE *A* 483. quo uolet occenses me *B* loeto *CD* CENSES *A* ME *vel* NE *A* UTPEREAM *A* interimam *Muellerus Nachtr. p. 132* ut peream censes me *Lachmannus* potissimum *libri cum A* 484. tu *AB. om. reliqui* istic *D¹* DEIXIS *A*.

CHARINVS

Quíd ueis me igitur deícere?

EVTYCHVS

Vín patri sublínere pulcre me ós tuo?

CHARINVS

Sané uolo. 485

EVTYCHVS

Vísne eam ad portúm?

CHARINVS

Qui potius quám uoles?

EVTYCHVS

Atque éximam

Múlierem pretió?

CHARINVS

Qui potius quam aúro expendas?

EVTYCHVS

Vnde erit?

CHARINVS

Áchillem orabo, aurum út mihi det, Héctor qui expensús fuit.

EVTYCHVS

Sánun es?

CHARINVS

Pol sánus sei sim, nón te medicum mi éxpetam.

---

dixis *reliqui, nisi quod* dixeris *Z* QVIDVEIS *A*. Quid uis *reliqui* DEICERE *A*. dicere *reliqui* 485. Vim *BD* SVBLINERE *A*. sublinere *CD*². sublimere *D*¹. sublinire *(ex* subliniire *ras. B) BFZ, Scioppius Susp. lect. I 12* PVLCHRE *A*. pulchre *BC. idem, sed* u *c corr. D* me os *Camerarius*. MEOS *A*. meos *B*. os *reliqui* 486. Vis neeam *B* adportum *C* Qui potius *(*pocius *C) BCD: cf. Muellerus Nachtr. p. 34 adn.* quid potius *FZ, cod. Pyladis, Ritschelius*. QVINPOTIVS *A* eximiam *Z* 487. precio *CDF* QVIPOTIVS *A, reliqui, nisi quod* pocius *C: cf. Dousa Expl. III 15.* Quid potius *Pylades, Ritschelius* VNDEERIT *A, Guyetus, Bentleius.* unde ateritis *BCDF*. unde atteritis *Z*. unde autem erit id *'prisca exemplaria' Pii.* unde id erit *Saracenus*. unde at id *Pylades, Acidalius*. unde? Ch. ab Atridis *et* unde aderit id *et* unde? Ch. at erit aes *triplici conamine Bothius. Non magis simplicem veritatem Handius Turs. I p. 443 vidit* 488. Achille *(*morabo*) B*. Achille *D*¹. Achillv̄ *D*². Ego Achillem *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 656*. Achilleum *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 435*. Achilem *Bothius olim* AVRVMVTMIHIDET *A*. aurum mihi det *BCD*. aurum mihi ut det *FZ*. ut aurum mihi det *Ritschelius* HECTORQVI*(vel* QVE*)*EXPENSVSFVIT *A* 489. SANVNESS..POL *(*ESS# *vel* ESSEI*) A* SANVS *A* SEI *A*. si *reliqui* ñ, *sed ut* p̄ *esse videri possit D*. prae *FZ* MEDICVM *A*. medicinum

EVTYCHVS

Tánti quanti póscit, uin tanti íllam emi?

CHARINVS

Auctorárium 490

Ádicito, uel mílle nummum plús quam poscet.

EVTYCHVS

Iám tace.

Séd quid ais? unde érit argentum quód des, quom poscét pater?

CHARINVS

Ínuenietur, éxquiretur, áliquid fiet.

EVTYCHVS

Énicas.

Iám istuc 'aliquid fíet' metuo.

CHARINVS

Quín taces?

EVTYCHVS

Muto ímperas.

CHARINVS

Sátin istuc mandátumst?

EVTYCHVS

Potin ut áliud cures?

---

490. *Festus Pauli p. 11:* Auctarium dicebant antiqui, quod super mensuram uel pondus iustum adiciebatur, ut cumulus uocatur in modio

---

C mihi *libri cum A* (MIHI) EXPETĀ *A* 490. TANTIQUANTIPOSSIT *A* poscet *Bugge l. infra scripto* UINTANTILLAM *A*. uintanti illam *B*. uin tanti (tanti *e corr.*) illam *D* EMI‡AUCTORARIUM *A, quod quamvis suspectum sollicitare non audeo.* emi. Cha. Auctarium *BCDFZ et* auctarium *legisse videtur Festus.* Emi? Cha. Immo auctarium *Pareus, Ritschelius: idem* emi a me *merito sprevit* Auctuarium *Bugge Op. ad Madvigium p. 156 Ceterum* uin tanti emier illam *Bothius olim,* uin tu tanti emi illam *cum Pylade Lachmannus* 491. ADICITO *A*. Abdicito *F* millenum num plus *B*. mille mummum plus *D* PLUSQUAMPOSC(*vel* S)ET (*minus probabile* -IT) *littera* Q *incertissima* IAM *A* 492. SED *A* UNDEERIT *A* QUOD *A* des *om. F* QUOM *A*. qm̃ *B*. cum *reliqui* PATER *A* 493. INUENIETUREXQUIRETUR *A* aliqui *Ritschelius* FIET *A* *Pers. spat. ante* ENI(*minus prob.* E)CAS *om. A* 494. IAMISTUCALIQUIDFIETMETUO‡QUINTACES‡M *apparuerunt in A* aliqui *Ritschelius* me tua *C* Qui *DFZ* 495. SATIN[ ]POTINUTALIQUIDCURE— *A, ubi lacunam explent* ISTUCMANDATUMST‡ mandatum est D^2F. mendatum est D^1. mandatũ

CHARINVS

Nón potest. 495

EVTYCHVS

Béne uale.

CHARINVS

Non édepol possum príus quam tu ad me rédieris.

EVTYCHVS

Méliust, sanus sí sis.

CHARINVS

Vale, uince ét me serua.

EVTYCHVS

Ego fécero.

Dómi maneto me.

CHARINVS

Érgo actutum fáce cum praeda récipias.

---

st *BZ.* mandat st *C* aliquid *Z cum A* 496. BENEVALE#..... .....QVAMTVADMEREDIERIS *A* edepol (o *e corr.*) *C* 497. MELIVST- *(minus prob.* SI)SANVS[ ]MESERVA#EGOFEC— *A, ubi lacuna* SEIS# VALEVINCEET *capit* Meliust sanus si sis *Ritschelius, quod* Melius sit *esse debere dicit Ussingius.* Melius sanus sis *BCDFZ* uale uince *libri, nisi quod* uale *sup. scr. D.* uale et uince *Camerarius* 498. DOMIMANETOME#ERGOACTVTVM.....MPRAEDARECIPIAS *A* me ergo. Ch. actutum *Z.* me. Ch. eo te actutum *Ritschelius dubitanter in adnot.* fac cum praeda *A ut vid., Camerarius* (face): *cf. Scioppius Susp. lect. III 11.* face: cum praedam *reliqui.* face: praedam ut '*ex ant. codd.*' *Pylades: quod saltem* face uti praedam *esse debere monet Ritschelius.* face, cum praeda me ut *Dousa fil.*

ACTVS III

LYSIMACHVS. PASICOMPSA

LYSIMACHVS

Amíce amico operám dedi: uicínus quod rogáuit,
Hoc émei mercimónium. mea és tu: sequere sáne. 500
Ne plóra. nimis stulté facis: oculós corrumpis tális.
Quin tíbi quidem, quod rídeas, magis ést quam ut lamentére.

PASICOMPSA

Amábo ecastor, meí senex, elóquere —

LYSIMACHVS

Exquire quíduis.

PASICOMPSA

Qur émeris me.

LYSIMACHVS

Téne ego? ut, quod ímperetur, fácias:
Item átque, tu mihi si ímperes, ego fáciam.

PASICOMPSA

Facere cértumst 505

Act. III scaen. 1 LY...AC̣H.S P....OM—, *alt. nomen dubia lectione A.* LISIMACHVS SENEX · PASICOMPSA MERETRIX *B et, nisi quod* LYSIMACHVS, *C.* LYSIMACHVS PASICOMPSA *D* 499. AMICEAMICO *A* OPERAM *A* DED.....DROGAUIT *A* 500. HOC *A.* oc *D* EMEI *vel* ..MI *dubia lectione A.* emi *reliqui* MERCIMONIUM.....QUERESANE *A* merci monium *C* 501. Neplora *C* PLORANIMIS.....EF— *(post suo loco dubia* L*) A* corumpis *C: cf. Bergkius Beitr. p. 128* tales *BF* 502. QUIN *A, Pylades.* Quid *B.* Qui *reliqui* TIBIQUIDEMQ *et postea suis locis* Q *(*uam*) et in fine* RE *A* quod *om. F.* quid *Z* 503. AMABOECASTOR *A* MEI *A.* mi *reliqui* SENE.....UERE‡E— *A, ultima dubia* 504. QUREMERIS *A.* Cur empris CD^1. Curẽ prius *B.* Cur emeris D^2FZ *Pers. spat. om. A* EGO *A* IMPERETUR *(6 littera* I *esse potest) A.* impares *Z* factas *B* 505. Item atque tu mihi si imperes *Ritschelius 'quamquam constructione non sane Plautina'.* Item quod tu mihi si imperes *(*IMPERES *A) libri cum A, nisi quod* quid *DFZ.* Item quod tu mihi

Pro cópia et sapiéntia, quae té uelle arbitrábor.

LYSIMACHVS

Labóriossi níl tibi quicquam óperis imperábo.

PASICOMPSA

Namque édepol equidem, mí senex, non dídici baiioláre
Nec pécua ruri páscere nec púeros nutricáre.

LYSIMACHVS

Bona si ésse ueis, bene erít tibi.

PASICOMPSA

Tum pól ego perii mísera. 510

LYSIMACHVS

Qui?

PASICOMPSA

Quía illim, unde huc aduécta sum, malís bene esse sólitumst.

LYSIMACHVS

Quasi deícas nullam múlierem bonam ésse.

---

509. *Priscianus VI 86 (G. L. II p. 270, 8):* Hoc pecu, unde haec pecua plurale dicebant ... Plautus in Mercatore: 'Nec ... nutricare'

---

imperes *Camerarius* FACIAM *A* CERTUNST *A.* certum est *B.* certust *C.* certum *DFZ* 506. PROCOPIAETSAPIENTIAQUAE *A* Procopia *C* etsapiencia *CD* quę *C.* que *BD* uelle te *Bentleius* UELLE *A* 507. LABORIOSSI *(vel* -SE*) A.* Laboriose *reliqui.* Laboriosi *Pius* NIHIL *A.* nihil *reliqui* TIBI *A* IMPERABO *A* 508. Nam *CD.* Non *FZ* EDEPOL *A.* ędepol *C* QUIDEM *A* BAIIOLARE *A (3 etiam* E, P, T, *9* I *esse possunt).* baiolare *BCD.* baiulare *FZ* 509. NEQ *A* PECUA *A, Z, Priscianus.* peculia *B.* pecula *CDF* NEQ *A, item reliqui et Priscianus.* neque *Pylades* PUEROS *A* NUTRICARE*(vel* -RI*) A* 510. BON.....EUEISBENEERITTIBI# TUMPOLEGOPERIIMISE— *A* uis *BCDFZ* 511. QUI#QUIAILLIMUND *A: cetera dispici non potuerunt praeter* SOL— *quae proprium versum occupant* illim unde *C.* illimunde *B.* illum unde *(e ex* i*) D.* illuc unde *FZ.* illi unde *Bothius, Bentleius, Ritschelius: at cf. Opusc. phil. vol. II p. 453 et Muellerus Pros. Pl. p. 431.* illic unde *Camerarius, simul* aduecta huc *transponens. Dubitabat Handius Turs. III p. 214* huc *om. F* aduectas *ante ras. D* mali *C. Nugatur de* malis *Palmerius p. 873* esse *om. Z* solitust D^1. solitū^{e}st D^2 *V. 512—514 hoc ordine A: quos reliqui sic collocant 513. 514. 512. Suspicatur Ritschelius versum aliquem post 512 intercidisse* 512. *Lys. pers. om. libri* DEICIS *A.* dicas *BCFZ.* dicias *D* NULLAMM, *dein post lacunam (# fort. om.)* DEQ *et in proprio versu* DEMDEIÇO *A* bonam esse *in ras. C* ^{e}sse *D*

PASICOMPSA

Haud equidem deíco:
Nec mós meust ut praédicem, quod ego ómneis scire crédam.

LYSIMACHVS

Orátio edepol plúris est huiús, quam quanti haec émptast.
Rogáre hoc unum té uolo.

PASICOMPSA

Rogánti respondébo. 515

LYSIMACHVS

Quid aís tu: quid nomén tibi deicam ésse?

PASICOMPSA

Pasicómpsae.

LYSIMACHVS

Ex fórma nomen índitumst. sed quíd ais, Pasicómpsa:
Possín tu, sei ussus uénerit, subtémen tenue nére?

PASICOMPSA

Possúm.

LYSIMACHVS

Sei tenue sceís, scio te ubérius posse nére.

PASICOMPSA

De lánificio néminem metuo, úna aetate quaé sit. 520

---

513. MOS *A* MEUST *A.* meust *CD*[1]*Z.* meus est *BD*[2]*F* UTPRAEDICEM *A* OMNEIS *A.* omnis *reliqui* cire *C* 514. Oracio *C* PLURISESTHUIUS *A* QUANTI *A* hęc *C.* hec *BD* empta est *Z.* nupta est *F* *In* haec *offendit Ritschelius, quod* ea *saltem esse debeat,* huiusce quam quanti emptast *edens: de* huiusce *cf. Schmidtius de pron. dem. p. 55 et Muellerus Nachtr. p. 131.* huius quam quanti emptast ipsa *vel* huius quam quanti ipsast empta *vel* huius est pluris quam quanti ipsa emptast *Luchsius de gen. p. 35* 515. *Lys. pers. praem. BCDFZ* ROGAREUNUMHOCTEUOLO *A, unde* Rogare unum hoc ego te uolo *Ritschelius in adn.* te *om. Z* ROGANTI *A* respondebo *in ras. C* 516. QUIDAIS *A.* Quis ais *F* QUIDNOMEN *A, B.* quod nomen *reliqui* TIBI *A* DEICAM *A.* dicam *reliqui* Pasicompse *D.* Pasi compse *B* 517. EFORMA *A* NOMEN.... TUMST *(vel* TUNST*) A* inditū st *B.* inditum est *Z.* indicium est *F* SED *A* PASICOMPSA *A.* pasi compsa *B* 518. POSSINTUSEI..S..... TEGMENTENUENERE *(*TEG *incertissima lectione) apparebant in A* sei ussus *A ut vid.* si usus *(*siusus *C) reliqui* subte mentē tenere *B.* subtegmen *(g m. rec. in D)* tenue nere *DFZ* 519. POSSUM *A.* Possim *Aldina* SEI *A.* si *reliqui* tenues scio te uberius posse tenere *B* SCEIS *A.* scis *reliqui praeter B* SCIO *A* POSSENERE *A* 520. DELANIFICIONEMINEMMETUO *A* ętate *C* quaesit *B.* quę sit *C*

LYSIMACHVS

Bonae hércle te frugi árbitror, iam inde á matura aetáte
Quom sceís facere officiúm tuom, muliér.

PASICOMPSA

Pol docta dídici:
Operam áccusari nón sinam meam.

LYSIMACHVS

Ém, istaec hercle rés est:
Ouém tibi eccillám dabo, natam ánnos sexagínta,
Pecúliarem.

PASICOMPSA

Meí senex, tam uétulam?

LYSIMACHVS

Generis graécist. 525

---

521. BONAEHERCLETEFRUGI *A*. Bonam hercle te et frugi *reliqui, nisi quod* ercle *C: cf. Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1873) p. 109* ARBITROR *A* arbitro a matura *Ritschelius* iam inde a matura aetate *Luchsius l. s. s.* matura iam inde *libri cum A* indu *Lipsius.* de *Bothius* ętate *C.* etate *D* 522. QUOM *A, F.* Qm̃ *B.* cum *reliqui.* Quoniam *Camerarius: quo servato* facere *delebat Hermannus* SCEISFACEREOFFICIUM *A. idem nisi quod* scis *omnes et* offitium *B reliqui.* facere officium *(vel* officium facere scis*) Ritschelius* tuum, mulier. Pas. Pol. *Camerarius.* tuum mulier pol *BCD*[1]. TUUM‡MULIERPOL *A.* tuum. Pa. mulier pol *Z.* tuum. Pa. muliere pol *D*[2]*F, unde* tuum. Pa. a muliere *Rostius p. 262* DOCTADIDICI *A. idem reliqui, nisi quod* docta *e* pocta *B. cf. Bugge Op. ad Madvigium p. 156.* docte didici *Ritschelius.* docta dico *Palmerius p. 882.* a docta didici *Dousa* 523. ACCUSARI*(vel* RE)NONSINAM *A* Ly.] *spat. BCD*[1] EMISTAECHERCLERESEST *A: idem reliqui, nisi quod* hem *CDFZ et* istęc *C* 524. OUEM *A, 'prisca exemplaria' Pii.* Quem *BCD.* Quin *F.* Qui *Z* tibi eccillam *Bothius.* TIBIECILLAM *A, sed* EC *litteris incertis.* tibi ecce illam *CDFZ, 'prisca exemplaria' Pii.* tibi ancillâ *B, permiro iudicio inde a Camerario propagatum, nec Grutero suspectum in Appul. t. III p. 435 Oud.* tibi aniculam *eleganter Buecheler us Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 439.* tibi bellam *inelegante cum Gertzio H. Schenkl 'Sitzungsberichte der phil.-hist. Classe der Kais. Acad. der Wissensch.' vol. XCVIII p. 627, quod emendat* tibi bellulam *vitiose.* tibi ad rem illam *Ussingius.* tibi millam *Bugge Tidskrift f. Phil. VI p. 7 ex Varr. R. R. II 2* DABO *A* 525. PECULIAREM *A* MEI *vel* MII *A.* mi *reliqui* UETULAM *A.* uetula *F.* ueluta *Z.* uellutam *'prisca exemplaria' Pii* generi *Z* GRAECIST *A, Camerarius.* graci st *B.* grâst *CD*[1]. grâst *D*[2]. gratiast *Z.* gratia est *F.* Graii est *Palmerius p. 703.* Graei est *Ussingius*

Eam seí curabeis, pérbonast: tondétur nimium scíte.

PASICOMPSA

Honóris causa, quícquid est quod dábitur, gratum habébo.

LYSIMACHVS

Nunc, múlier, ne tu frústra sis, mea nón es: ne arbitrére.

PASICOMPSA

Deic ígitur quaeso, quóia sum?

LYSIMACHVS

Tuo eró redempta's rúrsum.
Ego té redemi illi: ílle mecum oráuit.

PASICOMPSA

Animus rédieit, 530
Sei mécum seruatúr fides.

LYSIMACHVS

Bono ánimo's: liberábit
Ille té homo: ita edepol déperit: atque hódie primum uídit.

PASICOMPSA

Ecástor iam biénniumst, quom méd amare coépit.

---

526. SEICURABEISPERBONAST *A*. Si curabis perbonast (perbona est *FZ*) *ceteri* tondetur. Lys. nimium *C* 527. QUICQUIDEST *A* DABITUR *A* HABETO *vel minus prob.* HABEBO *A* 528. *Lys. pers. om. C* MULIER *A* NETUFRUSTRASIS *A*. ne tu frustra sis *CDF*. ne tu frustrassis *Z*. neu frustra sis *B*. ne frustra sies *Bothius, Bentleius*. nei frustra sies *Ritschelius* me *CD* NON *A* ARBITRERE *A*. arbitrere *ex* arbitrare D^2. arbitrer *B* 529. DEIC *A*. dic *reliqui* ⁄igitur ⁄dic *D* queso *C*. queso *BD* QUOIASUM *A*. cuia sum *CFZ*. cui asum *D*. cui' sū *B* TUO *A* REDEMPTAS *A*. redempta es *reliqui* 530. te redemi illi: ille mecum *Ritschelius*. TEREDEMIILLE *(vel* —LLI)MECUM *A*. te redemi ille me *reliqui*. te redimerem, ille me *Pylades*. redemi te, ille me *Camerarius*. *Corruptela non fugit Fleckeisenum Exerc. p. 37* REDIEIT *A*. rediit *reliqui* 531. SEI *A*. Si *reliqui* ANIMOES *A*: *idem reliqui* liberabat *Z* 532. Te illic homo *Luchsius Hermae vol. VI (a. 1871) p. 280* TE *A* ITA *A, B. om. reliqui* deperit te *Camerarius et (de librorum scriptura errans) Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 656* atque] ex quo *Brixus l. s. s.* UIDIT *A* 533. Ecastorium *D*. Ecastor lam *B*. Ecastor *sine* iam *F* BIENNIUNST *A*. biennium st *B*. biennium est *Z* biennio mecum rem habere *Ussingius* QUOM *A*. cum *reliqui* med amare *scripsi*. mecum rem *libri cum A, Ritschelius* COEPIT *A*. cepit *B*. cepit *CDF*. coeperit *Z*. coepiuit *Spengelius Philol. vol. 32 (a. 1873) p. 366*. coëpit *post alios Bergkius Nov. annal. vol. 105 (a. 1872) p. 124*. ille coepit *Pylades*. occeptauit *Ritschelius*. coepit habere *Camerarius*

LYSIMACHVS

Quid aís tu? iam biénniumst, quom habét rem tecum?

PASICOMPSA

Cérto.

Nunc quándo amicum té scio esse illíus, indicábo. 535
Et intér nos coniuráuimus, nisi cúm illo et ille mécum,
Neutér stupri causá caput limáret.

LYSIMACHVS

Dei immortáles,
Etiám cum uxore nón cubet?

PASICOMPSA

Amábo, an iam marítust?
Neque ést neque erit.

LYSIMACHVS

Nolím quidem. homo hércle periuráuit.

PASICOMPSA

Nullum ádulescentem plús amo.

LYSIMACHVS

Puer ést ille quidem, stúlta: 540

V. 534 et 535 hoc ordine Acidalius: inverso libri cum A 534. BIENNIUMST *A.* biennium st *B.* biennium est *reliqui* QUOMHABETREMTECUM *A.* cum tecum rem habet *reliqui.* cum tecum habet rem *Pylades* certo (rt *ē corr.*) *C.* certe *Z* 535. ESSE *A* INCABO *A* 536. *Sic Ritschelius (nisi quod* Et *initio delet) sublatis glossematis: quibus duo in BCDFZ versus enati:* Et inter nos coniurauimus ego cum illo et ille mecum ‖ Ego cum uiro et ille cum muliere nisi cum illo aut ille mecum, *nisi quod* cũiurauimus *D. Quorum altero omisso priorem servat A* (ILLOAUTILLEMECUM). *Vulgatam def. Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 674, secundo v.* Ego cum uiro, ille *vel* Et cum uiro et cum *scribens, ubi* illic *Muellerus Pros. Pl. p. 333. In priore scribit* ego cum illo et ille mecum *Langenus p. 195 haec verba ad* coniurauimus *referens* 537. NEUTER *(vel* —TIR*) A* CAUSSA *A* limaret *B cum A, Saracenus.* liniaret *reliqui* DEI *A.* Dii *reliqui* 538. ETIAM *A.* Et iam *B* uxori *Kiesslingius Anal. Pl. p. 12* CUBET *A* Amabo te *Ritschelius* an iam maritust *Muellerus Pros. Pl. p. 717.* ANMARITUST *A.* an maritus est *FZ.* Amaturust B^1CD. amaturus/// *B.* an est maritus *Bothius.* num maritust *Ussingius* 539. NEQ·ERIT *A* NOLIMQUIDEMHOMOHERCLEPERIURABIT *A.* Nolim quidem (quidest *C*). PAS. Homo hercle periurauit *BCDFZ: corr. Acidalius* 540. *Pasicompsae pers. om. libri: cf. v. 539* PUERESTILLEQUIDEM *A*

Nam illí quidem hau sané diust quom déntes excidérunt.

PASICOMPSA

Quid, déntes?

LYSIMACHVS

Nihil est: séquere sis: hunc mé diem unum oráuit
Vt ápud me praehiberém locum, ideó quia uxor rúrist.

DEMIPHO

Tandem ímpetraui, ut égomet me corrúmperem:
Emptást amica clám uxorem et clam fílium. 545
Certúmst: antiqua récolam et seruibó mihi.
Breue iam relícuom uitae spátiumst: quín ego

---

541. QUIDEM *A* HAU *A.* haut *C.* haud *reliqui* SANE *A* DIUST *A, Z.* diu si *CD.* diuisi *B.* diu est *F* QUOM *A.* q̃m̃ *B.* cum *reliqui* DENTESEXCIDERUNT *A* exciderit *C.* exciderint *DFZ* 542. DENTES *A.* demes *C* LYS. *om. B relicto spatio.* PAS. *CD* NIHIL *A* SEQUERE... HUNC *A.* sequere sis *(scis F)* huc *BCDFZ, Ritschelius.* sequere sis hac *Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 401: cf. Muellerus 'Nachtr.' p. 50: ubi* hunc *recte divinavit anonymus in Ind. philol. vol. 5 (a. 1873) p. 251* DIEMUNUMORAUIT *A* . 543. APUT *A.* aud *C* me *om. B* praehiberem *B.* prehiberem *CD.* perhiberem *F.* prohiberem *Z.* PRAEBEREM *A.* ideo quia *BCDFZ.* IDEOFECIQUIA *(errat Geppertus Stud. Pl. II p. 91* idcirco *legens) A.* id adeo quia *Langenus p. 146* RURIEST *A cum reliquis Act. III scaen. 2* DEMIPHO *A.* DEMIPHO SENEX· *BC.* DEMIPHO D^2. *om.* D^1 544. TANDEMIN*(vel* IM*)*PETRAUI *A* ut egomet me *BCDFZ.* E*(vel* I*)*GOMETMEUT *A. cf. Kellerhoffius de colloc. verb. p. 57, Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 459.* me egomet ut *Ritschelius* CORRUMPEREM *A.* corumperem *B* 545. EMPTAESTAMICA *A.* Empstamica CD^1. Empstamica D^2. Empta est amica *BFZ* CLAMUXOREETCLAMFILIUM *A.* clam uxorē et iam *(etiam CD)* filio *BCD.* clam uxore et filio *FZ: corr. Ritschelius.* clam uxore mea et filio *Camerarius.* clam uxorem et clam filio *Bothius.* clam uxore et clam filio *Geppertus Stud. Pl. II p. 90* 546. Certum st *C.* Certum est *DF.* CERTUNST *A* etreseruibo *C.* ut seruibo *DFZ* 547. BREUEIAMRELICU*(minus prob.* QU*)*OMUITAE*(vel* —AI*)*SPATIUMSTQUINEGO *A, quod retinui.* Decurso inspatio breue quod uitae reliquumst *BCDFZ, nisi quod* Decursu *ante corr. D,* in spacio *DZ,* inspacio *C,* uita ere licuumst *B,* uite *D,* uitę *C,* est *F. Ubi* Decurso iam spatio *Gruterus,* Decurso inspatio *Lachmannus in Lucr. IV 283, interpretatus* spatio, Breue uitae relicuum quod spatiumst, quin ego *Niemeyerus de Plaut. fab. rec. dupl. p. 7,*

Voluptáte, uino, amóre id delectáuero.
Nam hanc sé bene habere aetátem nimiost aéquius.
Aduléscens quom seis, túm quomst sanguis ínteger, 550
Rei té quaerundae cónuenit operám dare.
Demum ígitur, quom seis iám senex, tum in ótium
Te cónloces, dum pótes ames: id iám lucrumst,
Quod uíuis. hoc ut deíco, facteis pérsequar.
Nunc támen interea ad méd huc inuisám domum. 555
Vxór me expectat iám dudum esuriéns domi:

Breue relicuom quod uitae spatiumst, quin ego *Geppertus Stud. Pl. II p. 92 de A errans, denique pariter errans de A* Breue iam relicuom quod spatiumst oppleuero *Ussingius.* Breue reliquom iam uitae spatiumst: id igitur *coll. Ter. Eun. V 2, 15 Ritschelius edidit, ubi* id adeo *Braune Observ. gr. p. 39* 548. UOLUPTATE *A* amore id *scripsi.* et amore *libri cum A.* amore *Ritschelius* delecta uero *BC* 549. SEBENE *A.* bene se *Ritschelius* AETATEM *A* NIMIOST *A.* nimio est *FZ* AEQUIUS *A.* equius *BCD* 550. Adolescens *CF* QUOMSEISTUMQUOM *A.* cum sis tum cum *CDFZ.* cum sis tecum cum *B* est *libri cum A* INTEGER *A* 551. te *Ritschelius.* tuae *(tuę C, tui F) libri cum A. om. Guyetus* QUAERUNDAE *A.* querendę *CFZ.* querende *BD* conuenit te *Bothius* tuae *deleto* DARE*(vel* RI*) A* 552. IGITUR *A* QUOMSEISIAMSENEXTUMINOTIUM *A, Ritschelius.* cum si sim *(sum D)* senex tunc inotium *CD.* cum sis senex tunc inotium *BFZ: ubi* senex sis *Pylades.* quom tu es iam senex, tum in otium *Geppertus Stud. Pl. II p. 92 errans de A* 553. CONLOCES *A, B.* colloces *reliqui* POTESAMESIDIAM *A, ubi* POTIS *(quod scriptum non est) legit et scripsit Ritschelius.* potest uersidiam *B.* potest aue sidiam CD^1, *ubi* potes saue D^2. potes sane id iam *F.* potes si uales id iam *Z.* potestur: id iam *Camerarius, et sic transponens* Te, dum potestur, conloces *Acidalius.* pota, es, sauies: id iam *sine* dum *Palmerius p. 872.* pote, et ames: si id iam *Bothius* LUCRUNST *A.* lucro st BCD^1. lucro est D^2FZ. lucrist *Ritschelius* 554. QUODUIUIS *A, Camerarius.* Quod uno uis *B.* Quod uniuis *D.* Quod u///ni uis *C.* Quominus *Z.* Cominus *F.* Quor uiuas *Ritschelius.* Quod uiuo's *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 443.* Quod unguis *Bergkius Diar. antiqu. stud. a. 1855 p. 295* DEICO *A,* dico *reliqui* FACTEIS *A.* factis *reliqui* PERSEQUAR *A* 555. NUNCTAMENINTEREAADMEHUCINUISAMDOMUM *A (cuius unum fol. post h. v. desideratur), ubi* med *scripsi. Pro quo duo versus continui in BCD sunt:* Nunc *(*Nc̄ *D)* tamen interea adme *(*ad me *D)* huc inuisam domum · Interea tamen huc intro adme inuisam domum, *quorum priorem om. FZ.* Interea tamen huc ad me interuisam domum *ed. Ritschelius cum Dousa fil.* Nunc tamen interead ad me huc inuisam domum *idem Nov. exc. p. 80, 83, ubi etiam de* ad med *cogitat. Minus placere formam talem:* Nunc tamen interea huc ad me interuisam domum *vel adeo* N. t. interea intro ad me huc inuisam domum *idem annotat. Cf. Muellerus Nachtr. p. 107* 556. exspectanti an dudum *B* exuriens *Z*

Iam iúrgio enicábit, si intro rédiero.
Verum hércle postremo útut est, non ibó tamen,
Sed húnc uicinum príus conueniam quám domum
Redeam. út mihi aedis áliquas conducát uolo, 560
Vbi hábitet istaec múlier. atque eccum ít foras.

LYSIMACHVS. DEMIPHO

LYSIMACHVS

Addúcam ego illum iam ád te, si conuénero.

DEMIPHO

Me dícit.

LYSIMACHVS

Quid ais, Démipho?

DEMIPHO

Est muliér domi?

LYSIMACHVS

Quid cénses?

DEMIPHO

Quid, si uísam?

LYSILACHVS

Quid properás? mane.

DEMIPHO

Quid fáciam?

LYSIMACHVS

Quod opust fácto, facito ut cógites. 565

DEMIPHO

Quid cógitem? equidem hercle ópus hoc facto exaéstumo,

---

557 iam *om.* *C* iurgio *(ex* iurgo *m. 2)* *D* 558. ut ut *BC* 559. domi *Z* 560. ut] is *praestare annotat Ritschelius* ędis *C.* edis *D* 561. istec *CDZ* it] ut *D.* it *ex* ut C^2

Act. III scaen. 3 LISIMACHVS DEMIPHO SENES ·II· *B.* LYSIMACHVS DEMIPHO SENES ·II· DU *C.* LYSIMACHVS DEMIPHO *D* 562. Abducam *F* illam D^1FZ adte *BC* te sicut uenero *FZ* 563. dicis *B* *Mire esse* Quid ais *dictum censet Seyffertus Philol. vol. 29 (a. 1870) p. 411* 564. Quid censes *Demiphoni continuat Bothius* censes *ex* censen *B* ni *F* mane *Pylades. om. libri* 565. opus est *libri* facto facito *B.* facto CD^1. facito D^2FZ 566. exaestumo *Ritschelius: cf. Op. vol. IV p. 141.* exestimo *B.* ex-

Vt illo íntro eam.

LYSIMACHVS

Itane uéro, ueruex? íntro eas?

DEMIPHO

Quid áliud faciam?

LYSIMACHVS

Príus ausculta atque húc ades:
Prius étiamst, quod te fácere ego aequom cénseo.
Nam núnc si illuc intro íeris, amplectí uoles, 570
Confábulari atque aúsculari.

DEMIPHO

Tú quidem
Meum ánimum gestas: scís quid acturús siem.

LYSIMACHVS

Peruórse facies.

DEMIPHO

Quódne amem?

LYSIMACHVS

Tantó minus.
Ieiúnitatis plénus, anima foétida,
Senéx hirquosus, tu aúsculere múlierem? 575
Vtíne adueniens uómitum excutias múlieri?

---

574. *Nonius p. 233, 1:* Anima ... Plautus ... Mercatore 'Ieiunitatis ..... foetida'

---

istimo *CDZ.* existumo *F* 567. Vt illo *Ritschelius.* Vt illuc *libri.* Vt *Guyetus* Ita me *Z* uero *om. Pareus servato* illuc ueruex *B.* uerbex *reliqui* introeas *C* 568. ausculta atque huc *Ritschelius.* hoc ausculta atque hoc *CD.* hoc ausculta atque hic *FZ.* hoc ausculta atque *B* 569. etiam st *BC.* etiam est *FZ* quo *CD.* q̃m *B* equum *BCDF.* ęquum *Z* 570. illuc *B.* illo *reliqui.* '*quo servato debebant* si tu illo' *Ritschelius* introieris *B.* introiris *CD.* introires *FZ* si introieris, iliço *Muellerus Pros. Pl. p. 340.* si illo introd ieris *reicit Ritschelius Nov. exc. p. 82* · 571. ausculari *CD.* auscultari *B.* osculari *FZ* 572. quod *FZ* siem *Pylades.* sim *libri* 573. Quodne amem *Scaliger.* Quod ne ames *libri.* quin ne amem '*codd. ant.*' *Pii* Tanto magis *post Guyetum Kochius Em. Pl. p. XIII: cf. anonymus Ind. phil. vol. 5 (a. 1873) p. 250 sqq. et idem Kochius Philol. vol. 33 (a. 1873) p. 707* 574. Ieiunitatis *Nonius.* ianutatis *CD*[1]. iam ętatis *D*[2]*FZ.* Iam etatis *B* fetida *BF. Nonius, e cuius codice Pal.* animam foetidat *profert Pareus* 575. hirquosus, tu] uir quosustu *B.* ircosus tu *CD.* hircosus tu *Z.*

DEMIPHO

Scio pól te amare, quóm istaec praemonstrás mihi.
Quid, si ígitur cenam fáciam? hoc si censés, coquom
Aliquem árripiamus, prándium qui pércoquat
Apúd te hic usque ad uésperum.

LYSIMACHVS

Em, istuc cénseo: 580
Nunc tú sapienter lóquere neque amatórie.

DEMIPHO

Quid stámus? quin ergo ímus atque obsónium
Curámus, pulcre ut símus?

LYSIMACHVS

Equidem té sequor.
Atqui hércle inuenies tú locum illi, sí sapis:
Nullum hércle praeter húnc diem illa apud méd erit. 585
Metuo égo iam uxorem, crás si rure rédierit,
Ne illam híc offendat.

DEMIPHO

Rés paratast: séquere me.

---

hyrcosus tu *F* ausculere *BCD*[1]. osculere *D*[2]*FZ* 577. DEM. *FZ. om. BCD, Ussingius* Scio (i *s. v.*) *D* polteamare *D* q̃n *B.* cum *CDF* istec *CD* mi *Z* 578. DE *B. om. reliqui.* LYS. *Pylades* Quod *FZ* coenam faciam ? hoc *Pius.* coenam faciam ? DEM. Hoc *Pylades.* unam factam hoc *DZ et, nisi quod* una, *F.* unũ factã hoc *C.* unum factum hoc *B.* unum faciam ? hoc *Gulielmius.* unum faciam hoc ? *Acidalius.* unum rectum hoc *Guyetus. Liberius Palmerius p. 872:* Quid igitur, si hoc bonum factum censes cens *D*[1]. censes *D*[2] co quom *B.* coquum *reliqui* 580. Aput *B* ted *Weisius* hem *FZ* 581. loquere neque amatorie *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 656.* loquere atque amatori *BCD.* loquere atque amatorie *FZ.* loqueris et amatorie *Guyetus, Reizius, Ritschelius, qui in adn.* loquere ut amatorem decet *proponit.* loqueris atque amatorie *Pyladęs.* loquere atque ut amatoris èst *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 455.* loquere atque amatoris modo *Ussingius.* l. atque adamatorie *Loewius* 583. Curamus *Camerarius.* Curemus *libri* pulche *C.* pulchrę *B.* pulchre *reliqui* scimus *F* 584. Atqui *Ritschelius.* Atque *libri* illic *B* 585. Nulum *C* hercle *om. B* preter *C* apud med *Luchsius Studemundi Stud. vol. I p. 61 inter alia (*illaec apud me erit *vel* apud me illaec erit*).* apud me *cum libris Ritschelius, quod tutatur Brugmanus p. 21* 586. iam uxorem *Ritschelius.* uxorem *libri.* enim ego uxorem *Muellerus Pros. Pl. p. 712.* uoxorem *Kochius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 285* *An* Vxorem ego metuo*?* crassi *C* 587. parata est *libri*

CHARINVS. EVTYCHVS

CHARINVS

Súmne ego homo misér, qui nusquam béne queo quiéscere?
Sí domi sum, fóris est animus: sín foris sum, animús domist.
Íta mi in pectore átque in corde fácit amor incéndium: 590
Ní oculi lacrumís defendant, iam árdeat credó caput.
Spém teneo, salútem amisi: rédeat an non, néscio.
Si ópprimit patér, quod dixit, éxsolatum abiít salus:
Sín sodalis, quód promisit, fécit, non abiít salus.
Séd tandem, tam etsí podagrosis pédibus esset Eútychus, 595
Iam á portu redísse potuit. íd illi uitium máxumumst,

Act. III scaen. 4 CHARINVS · EVTICVS · ADOLESCENTES DVO · *B.* CHARINVS EVTYCHVS ADOLESCENS · II · *C.* CHA EVTIC' *D*². *om. D*¹ 588. homo *om. Z* ' *V. 589—601 occupabant in A pag. 467 A miserrime laceratam, ex qua Loewius haec initia expiscatus est: v. 589 nihil, 390 sub finem dubia vestigia litterarum* O *et* E *(*amOr incEndium*), 591 nihil, 592 dubia vestigia litterarum* SP *(*SPem*), 593* S *(*Si*), 594 dubia vestigia* N *litterae (*seiN*), 595* SE *(*E *incertum,* SEd*), 596* IAMA *incerta lectione, 597* Q *et paullo post vestigia dubia* S *litterae (*Quod nimiS*), 598* SE *incerta lectione, sequebantur fortasse v. 842. 843 (divisus ?) ubi tamen nihil apparuit, 599 (?)* N *initio. Ex reliquis quinque v. paginae ultimus 601 vestigia haec habet* U, *dein dubia* R, *paullo post dubia* R *(*eUtyche‡eucharine pRius*) et in fine* NHELITUM. *Quid quattuor reliqui continuerint versus, dubium est: sed plura videntur habuisse quam praebent Palatini* 589. foris st *C* sin] si *F* foris ē sum *B* domi st *BC.* domi est *ex* domist *D.* domi est *FZ* 590. mihi *libri* inpectore *C* incorde *C* 591. oculi lacrumis defendant *Ritschelius, sed ut etiam de* oculis *nominativo cogitet: cf. Opusc. vol. II p. 650.* oculos lacrime defendat *B.* ex oculis lacrumę defendant *C.* ex oculis lacrume defendat *D.* ex oculis lacrume descendant *F et, nisi quod* lachrymę, *Z.* oculi lacrumas defendant *Scaliger. Traditum (CD) nescio an defendi possit* 592. Spem teneo *vix sana esse adnotat Ritschelius.* Spem tenuo *Kretschmer Quaest. Pl. ed. a. 1863 p. 24* annon *BC* 593. pater noe, uixid *Palmerius p. 973* exsolatū *B.* exsulatum *C.* exulatum *DFZ* 594. *Verba* non abiit *(*habiit *D)* salus *tamquam glossema eicit Ritschelius: scriptum esse potuisse* protinam redierit *vel* rediturum arbitror *vel aliquid simile* 595. tandem, tametsi podogrosis *Ritschelius.* tamen demsipo dragosis *B.* tamen *(*tam̄ *D)* dempsi podagrosis *CD.* tandem si podagrosis *Z et, nisi quod* pedagrosis, *F.* tandem iam si podagrosis *Acidalius (delens* Iam *v. proximo).* tandem etiam si podagrosis *Guyetus.* iamdudum, si podagrosis *Bothius.* tamen idem, si podagrosis *idem postea* isset *Palmerius* eutichus *BCD* 596. Iam aportu *C.* Iam adportu *B* rediisse *Z* illi *libri:* ei *Ritsche-*

Quód nimis tardus ést aduorsum méi animi senténtiam.
Séd isnest, quem curréntem uideo? is ípsus est. ibo óbuiam.
Núnc quid restat? eí, disperii. uóltus neutiquam huiús placet.
Trístis cedit: péctus ardet: haéret pes: quassát caput. 600
Eútyche.

EVTYCHVS

Eu, Charíne.

CHARINVS

Prius quam récipias anhélitum,
Vno uerbo elóquere: ubi, úbi ego sum? hícine an apud mórtuos?

EVTYCHVS

Néque apud mortuós neque hic es.

CHARINVS

Sáluos sum: inmortálitas
Míhi datast. hic émit illam: púlcre os subleuít patri.
Ínpetrabiliór qui uiuat, núllus est. dice, óbsecro: 605
Seí neque hic neque Áccherunti sum, úbi sum?

---

lius tacite uicium *D* maxumum st *B.* maxumum est *e* maxumumst *D.* maximumst *FZ.* maximum est *C* 597. mei *om. B* 598. Sed is nest *F.* Sed is ne est *Z.* Sed inest *BC.* Sedi nẽ *D. an* in est *(ut* sanun es*) ?* is *add. Acidalius. om. libri.* atque *Muellerus Pros. Pl. p. 559 Secuntur in libris duo versus ex act. V scaen. 2 initio huc inculcati, deleri iussi ab Acidalio* 599. Nunc quid *D.* Nunc quod *BCF.* Numquid *Z.* Namquid *Bothius olim* ei *Ritschelius* et ei *BCD.* et hei *FZ.* hei *Saracenus.* eheu *Camerarius.* spei *Ussingius* uultus *B* ne uti quam *B: cf. Ribbeckius de partic. p. 13* uoltus huius ne utiquam placet *Luchsius de genit. p. 36* 600. cedit *Bothius.* incedit *libri* pectus sarrit *Palmerius.* cor ardet *Guyetus* haeret pes *Ritschelius.* haereo *B.* hereo *CD.* heret *FZ an* errat pes*?* casat *(immo* cassat*) Guyetus* capud *D* 601. Eutiche *BCD* Eu charine *D.* Eucharine *BC.* heu charine *Z.* eleu charine *F.* Heus, Charine *Bothius V. 602—619 misere habiti sunt in A, ubi nihil apparuit, nisi quod disertis verbis testor* 602. UN *(dubia lectione) initio et* UOS *in fine A* ubi, ubi ego sum? *scripsi.* ubi ego sum *libri cum A, ut vid., cum spatia conveniant.* ego ubi sum *Ritschelius.* ego utrubi sum *Muellerus Nachtr. p. 96 reiectis eis quae Pros. Pl. p. 761 disputaverat (*ubi ego nunc sum*)* hiccine an *FZ.* hinc eam, *unde* hic an *ras. B* 603. Q·A *(*A *dubia:* NEQ·APUD*) A* Saluus *CDFZ* immortalitas *FZ* 604. L *dubia (*SUBLEUIT*) A* data *(ex* dada *D)* est *libri* emit mihi illam *C ante ras.* pulchre os *CDFZ.* pulchros *B* 605. IM *initio et* O *dubia in fine A* Impetrabilior *B.* Impenetrabilior *CF, codd. Lambini* nullust. set *Ritschelius* dice *scripsi.* dic *ras. ex* dico *B.* dico *reliqui.* dic *cum Camerario Ritschelius* 606. SEIN *initio et* MQENTIŨ *in fine A* Si neque *CDFZ.*

EVTYCHVS

Nusquam géntium.

CHARINVS

Dísperii: illaec ínteremit mé modo odio orátio.
Quícquid est, ad cápita rerum pérueni.

EVTYCHVS

Primum ómnium
Périimus.

CHARINVS

Quin tu íllud potius núntias quod néscio?
Ódiosast orátio, quom rém agas, longinquóm loqui. 610

EVTYCHVS

Múlier alienátast abs ted.

CHARINVS

Eútyche, capitál facis.

EVTYCHVS

Qui?

CHARINVS

Quia aequalem ét sodalem líberum ciuem énicas.

EVTYCHVS

Né dei seirint.

Sine que *B* acherunti *B.* acheronti *reliqui* 607. *In A nihil apparuit* disperi *D* illec *CDZ* inter emit *D* modo odio *Schoellius.* modo *libri.* m. huius *Ritschelius.* modo hic *Camerarius.* modod *Ritschelius Nov. exc. p. 84.* modo una *Ussingius. Alia Fleckeisenus Exerc. p. 25*
V. 608. 609. 610 hoc ordine Bothius: 610. 608. 609 libri cum A Traditum ordinem defendens omnia praeter Quin — nescio *Eutycho adscribit Ussingius* 608. QUIÇQ *initio et* IMUMOMNIUM *in fine A* Quic quid est *BC.* Equidem *FZ* adcapita *C* omnium *B. om. CDFZ*
609. E *et* M *(dubia lectione:* PERIIMUS*) et* ODNESÇIO *in fine A* Periimus *Pylades.* Perimus *BCDFZ* nuntias *(a e corr.) C* 610. OD *initio et* MLOQUI *in fine A* Odiosa est oratio *Camerarius.* Hodie sat st oratio *B.* odio sane oratio *CD.* odiosa ne oratio *F.* odiosa ne oratio est *Z* cum *libri* rem aueas *Acidalius* longinquam *B.* longinquum *CDFZ* longinqui *FZ* Odiosumst orationem re magis longinquam loqui *Ussingio placuit* 611. A *dubia et* S *in fine (*FACIS*) A* est *libri* abs ted *scripsi.* abs te *(*abste *BC) libri* Eutiche *BCD* hec capital *B.* hoc capital *Ritschelius* Heu, Eutyche, capital *Muellerus Pros. Pl. p. 582* 612. QU *(*QUIA*) et* ENICAS *in fine A* equalem *BCD* liberum ciuem *B.* ciuem liberum *reliqui* 613. NE *(*E *dubia) initio et in fine* ULUM *et* ADAM *A (ita ut spatia capiant* deiseirint#demeisistigladiuminiug *et* iamc*)* dii sirint *Camerarius.* desierint *B.* deserint *CD.* dixeris *FZ.* dei sierint *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15*

CHARINVS

Démisisti gládium in iugulum: iám cadam.

EVTYCHVS

Quaéso hercle, animum né desponde.

CHARINVS

Núllust quem despóndeam.

EVTYCHVS

Nón tibi istuc mágis diuidiaest quám mihi diuidiaé fuit. 615

CHARINVS

Lóquere porro aliám malam rem: quóist empta?

EVTYCHVS

Néscio:

Iam áddicta atque abdúcta erat, quom ad pórtum uenio.

CHARINVS

Vaé mihi:

Móntis tu quidém mali in me ardéntis iam dudúm iacis.

Pérge, excrucia, cárnufex, quandóquidem occepistí semel.

(CHARINVS

Díc, quis emit?

---

615. *Varro de l. l. VII 60:* in Mercatore: 'Non ... fuit'

(a. 1860) p. 444 in iugulum, iam *Camerarius.* ingulumiã *B.* ingulum iam *CD*[1]. in gulam iam *D*[2]*FZ* 614. Q *initio et* ULLUSTQUEM *(finis proprium v. occupabat) A* Queso *BCD* nullus est *BCDFZ* 615. *Hunc versum huc revocavit Ritschelius, qui in libris (in A hoc certe loco non exstat: post 619 A deperditus) est post 619* Non *Varro.* Nec *libri* diuidia est *Varro.* diuidiae *(*diuidię *C)* est *libri* Ne tibi istuc magis diuidiae non est *Ritschelius: at cf. Nov. exc. p. 95* mihi diuidiae *scripsi.* mihi hodie *libri cum Varrone.* mihi hocedie *Bergkius Diar. antiqu. stud. a. 1855 p. 292. Cf. idem Beitr. p. 87, 158, Ritschelius l. s. s. p. 95, Muellerus Pros. Pl. p. 582 (*umquam quam *inter alia), Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 23*

616. L *initio et* IO *in fine A* *Char. pers. om. libri* malam rem *B.* rem ‖ Malam *CF.* rem ‖ Mala *DZ* aut i in malam rem *Ussingius. Mire argutatur Palmerius p. 873* cui est *libri.* quoi ea est *Ritschelius.* quoi sit *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 443: at cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 132* 617. ORTUMUENIO *in fine A (exitus proprium v. occupabat)* adducta *B.* abdicta *F* qm̃ *B.* quom *F.* cum *reliqui* adportum *C* Ve *CD.* Veh *F* 618. MONTE *(vel* TI*) initio, dein suo loco* QUIDEMMA *et in fine* D ... ACIS *A* tuquidem *C* in *om. Z* 619. PERGE, *dein* F .. QUA- ..... EMOCC ... S *(dubia)* .. SEMEL *A* carnufexa *C.* carnifexa *B.* carnifex *FZ* quando quidem *D* *Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 366* occepsti *Bentleius* *V. 620—624 non esse eiusdem vel poetae vel re-*

EVTYCHVS

Néscio hercle.

CHARINVS

Em, istúcinest operám dare 620
Bónum sodalem?

EVTYCHVS

Quíd me facere uís?

CHARINVS

Idem quod mé uides:
Ít pereas. quin pércontatu's, hóminis quae faciés foret,
Quí illam emisset: eó si pacto pósset indagárier
Múlier? heu me míserum.

EVTYCHVS

Flere omítte. istuc quod núnc agis'

EVTYCHVS

Quíd ego feci?

CHARINVS

Pérdidisti me ét fidem mecúm tuam. 625

EVTYCHVS

Dí sciunt culpám meam istanc nón esse ullam.

CHARINVS

Eugé, papae.
Deós absentis téstis memoras: quí ego istuc credám tibi?

EVTYCHVS

Quín tibi in manúst quod credas: égo quod dicam, id mi ín manust.

---

censionis cuius sunt v. 616. 637 vidit Ritschelius: cf. Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 257 sqq. 268 620. Dii mihi quis *Z* Em *BCD*[1]. Hem *D*[2]*FZ* istuccine est *Camerarius.* istuc in est *B.* istuc inest *reliqui* 621. uides] uis *FZ* 622. Vtpereas *C* percuntatus *C.* percunctatus *BD* que *C* facies *ex* pacies *m. 2 D.* pacies *BC* 623. eos si *B* indagari *F* 624. Mulier heu me miserum] meniserum *B* EVT Flere omitte *BCD.* Mulier. heu me miserum. EV. flere. Ch. omitte *FZ.* Mulier. EV. Heu me miserum. Ch. Flere omitte *Camerarius* agis] *intercidisse apparet quibus continuaretur sententia' Ritschelius: at cf. Acta soc. phil. Lips. vol. VI p. 268* 625. *Char. pers. praem. BCD* Eut. Perdidisti *BC* 626. EV *om. BC* Dii *B* Disciunt *CD* istic *Dousa fil.* istanc *post* ullam collocatum *Bothius* euge pape *B. Muellerus Pros. Pl. p. 652.* eugipe *C e corr.* eutibe *ex* eugipe *m. 2 D.* eutyche *FZ.* Eugepae *Guyetus. Ritschelius.* Euge eu papae *Fleckeisenus Noc. annal. vol. 107 (a. 1873) p. 5[illegible]3* 627. absentis testes *B.* absentes testis *reliqui* 628. Quin

CHARINVS

Dé istac re tu argútus es, ut pár pari respóndeas:
Ád mandata claúdu's, caecus, mútus, mancus, débilis. 630
Prómittebas te ós sublinere méo patri; ego me crédidi
Hómini docto rém mandare: is lápidi mando máxumo.

EVTYCHVS

Quíd ego facerem?

CHARINVS

Quíd tu faceres, mén rogas? requaéreres,
Rógitares quis ésset aut unde ésset, qua prosápia:
Cíuisne esset án peregrinus.

EVTYCHVS

Cíuem esse aibant Átticum. 635

CHARINVS

Vbi habitaret, ínuenires sáltem, si nomén nequis.

EVTYCHVS

Némo scire aiébat.

CHARINVS

At saltem hóminis faciem exquíreres.

EVTYCHVS

Féci.

Pistoris. Quia *libri* in manu est *BDFZ.* inmanu est *C* quodicam *C* mi in *Bothius.* mihi ea in *BCDF.* mihi mea in *Z* manu st *B.* manu est *reliqui* 629. Deistac *C* tu argutus *Ritschelius.* argutus *libri* Satis de istac re argutus es *(vel* argutus satis*) Muellerus Nachtr. 132.* De istac red argutus es *Ritschelius Nov. exc. p. 64.* Istac de re tu es argutus *Weisius* par pari ut *Weisius* 630. Admandata *C* claudus *libri et editiones ante Ritschelium* cęcus *CD* debilis *ras. ex* debiles *B* 631. te ////os *B* sublimere *CD*[1]. sublinire *D*[2]*F.* sublinier *Z* ego me *Ritschelius.* egomet *libri* 632. doctorē *BC* mandare:is *Camerarius.* mandaris *BCD.* mandas *F.* mandans *Z.* mandare *Ussingius* lepidi mando *B.* lapidi *sine* mando *reliqui* maximo *BCDZ* 633. tu *B. om. reliqui* men] me non *B*[1]. me n///// *B post rasuram.* me *dubitanter Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 209* requaereres *Ritschelius: cf. Opusc. IV p. 141.* requereres *B.* requireres *reliqui* 634. quaprosapia *C* 635. Ciuis ne *C* aibant *Guyetus.* aiebant *libri* 636. nomen si *Ritschelius* nequis *BCD*[1]*: quod sollicitare non ausus est Ritschelius.* nequires *D*[2]*FZ* 637. Nemo scire aiebat *Bothius. Post erasum* Nemon *ab initio versus* scire *B, sed ut recentior manus* Nemo aiebat *praemiserit.* Nemo aiebat scire *reliqui, Ritschelius.* '*Facilis sed non necessaria mutatio* Nemo se scire aibat' *Ritschelius*

CHARINVS

Qua forma ésse aiebant ígitur?

EVTYCHVS

Ego dicám tibi:
Cánum, uarum, uéntriosum, búcculentum, bréuiculum,
Súbnigris oculís, oblongis mális, pansam aliquántulum. 640

CHARINVS

Nón hominem mihi, séd thensaurum néscio quem memorás mali.
Númquid est quod dícas aliud dé illo?

EVTYCHVS

Tantumst quód sciam.

CHARINVS

Édepol ne ille oblóngis malis míhi dedit magnúm malum.
Nón possum duráre: certumst éxulatum hinc íre me.
Séd quam capiam cíuitatem cógito potíssumum: 645
Mégares, Eretriám, Corinthum, Chálcidem, Cretám, Cyprum,
Sícyonem, Cnidúm, Zacynthum, Lésbumne an Boeótiam.

EVTYCHVS

Cúr istuc captás consilium?

---

647. *Huc respicere suspicatur Fleckeisenus Ep. crit. p. XII Priscianum I 49 (G. L. II p. 36, 20), ubi* Saguntum *scriptura pro* Ζάκυνθος *commemoratur*

---

cf. Muellerus Pros. Pl. p. 582 638. fora *B* igitur *Ritschelius. om. libri.* ergo *Camerario duce Gruterus.* Eutyche *Bothius. Contra* Qua tandem hominem forma esse aibant *Fleckeisenus Philol. vol. II (a. 1847) p. 79* 639. uiarum *B.* uanum *Z* uentricosum *F* 640. Sub nigris *BCD* pansam *B.* pansum *reliqui, etiam Pii 'vetusta exemplaria'* 641. thensaurum *B* thesaurum *reliqui* 642. Num quid *B* deillo *C* Tantumst *Ritschelius.* Tantum *libri* 643. neille *C* dedit mihi *a Pylade est* 644. certum st *B.* certum est *(m. 2 ex* certumst*) D* exulatum *(a e* ti *corr.) B* 645. potissimum *libri* 646. Megares Eretriam *Ritschelius Proleg. p. 152.* Megare seretriam *B.* Megare feretriam *CD.* Megarem feretriam *F.* Megara eretriam *Z* corynthum *F.* chorinthum *Z* chalcidem *Z* chalcitam *B.* calchitam *CDF* ciprum *D* 647. Sicyonem-cnidum *B* Sicionem *F* gnidum *D (ex* cnidum*) FZ* Zacynthum *Pius.* Zagcintum *B.* zacingthum *CD.* hyacynthum *F.* iacynthum *Z. Plautum* Saguntum *scripsisse annotat Ritschelius* Lesbumne an Boeotiam *Ritschelius.* lesbiambo iotiam *B.* lesbiam boetiam *reliqui.* lesbiam boeotiam *Pylades.* Lesbon an Boeotiam *Guyetus.* Lesbiam an Boeotiam *Bothius olim* 648. istuc *(c s. v.) D* captas

CHARINVS

Quía enim me adflictát amor.

EVTYCHVS

Quíd tu ais? quid, quóm illuc, quo nunc íre paritas, uéneris,
Si íbi quam amare fórte occipias átque item eius sit ínopia, 650
Iam índe porro aufúgies? deinde item íllinc, si idem euénerit?
Quís modus tibi exílio tandem euéniet? qui finís fugae?
Quaé patria aut domús tibi stabilis ésse poterit? díc mihi.
Cédo, si hac urbe abís, amorem te híc relicturúm putas?
Si íd fore ita sat ánimo acceptumst, pró certo incertúm si habes: 655
Quánto te satiúst rus aliquo abíre, ibi esse, ibi uíuere
Ádeo dum illius té cupiditas átque amor missúm facit?

CHARINVS

Iám dixisti?

EVTYCHVS

Díxi.

CHARINVS

Frustra díxti. hoc mihi certíssumumst:
Éo domum, patrem átque matrem ut meós salutem: póstea
Clám patrem patria hác effugiam aut áliquid capiam cónsili. 660

Guyetus. ceptas *FZ.* coeptas *BCD* me afflictat *CDFZ.* afflictat med *Guyetus: cf. Proleg. p. 184. Non recte Lachmannus in Lucr. p. 290* 649. qui cum *Z.* quid cum *reliqui* ueneris *post* illuc *habet C, sed signis correxit* 650. Si ibi quam amare forte *Ritschelius.* Sibi amare forti *B.* Si ibi amare forte *signis corr. ex* Si ibi forte amare *C.* Si ibi amare forte *reliqui* at que *C* eius sit inopia *in ras. C* 651. si idem *Ritschelius.* si item *libri, nisi quod* sitem *C* 652. Quis] Qui *Ritschelius in adn. dubitanter post Pareum aliosque* tandem exilio *Bothius: idem Ritschelius* fuge *C* 653. Quę *C.* Que *B* 655. Si id] Sin *Ritschelius* fore *B.* forte *reliqui* sat] sit *B* acceptum est *libri* pro certo incertum *Ritschelius.* certum id pro certo *BCDF.* certum id profecto *Z.* incertum id pro certo *Bothius deleto* est *post* acceptum: *contra* incertum pro certo habes *Ussingius.* idque pro certo si habes *Henricus Schenkl l. s. s. p. 678 sqq.* 656. satius est *(ex* satiu st*)* rus *D.* satius est rus *FZ.* stat lustrus *B* Quanto satiust rus abire te aliquo atque ibi te uiuere *Ritschelius.* Quanto te satiust rus aliquo abire ibique *(vel* atque illi*)* uiuere *Henricus Schenkl l. s. s.* 657. cupiditas te *Ritschelius: at cf. Opusc. vol. II p. 682* 658. certissumum est *BCZ.* certissimum est *D.* certissimumst *F* 659. atque *s. v. D* matremque *D* 660. patre *F* consilii *BFZ*

EVTYCHVS

Vt corripuit sé repente atque ábiit. ei miseró mihi:
Sí ille abierit, meá factum omnes dícent esse ignáuia.
Cértumst praeconúm iubere iám quantumst condúcier,
Quí illam inuestigént, qui inueniant: póst ad praetorem ílico
Íbo, orabo ut cónquaestores dét mi in uicis ómnibus. 665
Nám mihi nil rélicui quicquam áliud iam esse intéllego.

---

661. corripiuit *C* hei *Ritschelius.* heu *libri* 662. factum *B.* *om. reliqui* omnis *CD*[1] dicentes se *B* ignauiae *C* 663. Certum st *B.* Certumst *reliqui* praeconium *Z, defensum a Gulielmio* lubere *CD* iam quantum est *libri.* quantumst iam *Ritschelius in adnotatione* 664. adpraetorem *C* 665. Ibo *B.* *om. reliqui.* *Unde profectus* ad praetorem iuero ‖ Orabo ut conquisitores *Guyetus* conquaestores *Lachmannus in Lucr. p. 406.* conquisitores *libri: cf. ad Amphitr.* v. 65 mihi *libri* 666. nil reliqui *Angelius.* nihil relicti *libri.* relicui nil *Ritschelius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 559.* nihil relictum *Saracenus* iam aliud *Bothius, Ritschelius* intelligo *Z*

ÀCTVS IV

DORIPPA. SYRA

DORIPPA

Quoniam á uiro ad me rús aduenit núntius
Rus nón iturum, féci ego ingeniúm meum:
Reuéni, ut illum pérsequar qui mé fugit.
Sed anúm non uideo cónsequi nostrám Syram. 670
Atque éccam incedit tándem. quin is ócius?

SYRA

Nequeó mecastor: tántum hoc onerist quód fero.

DORIPPA

Quid óneris?

SYRA

Annos óctoginta et quáttuor:
Et eódem accedit séruitus, sudór, sitis.
Simul haéc quae porto déprimunt.

DORIPPA

Aliquíd cedo, 675
Qui aram hánc uicini nóstrarum aedium aúgeam.
Da sáne hanc uirgam laúri.

Act. IV scaen. 1 DORIPPA (DO RIPPA *C*) MVLIER . SYRA (SIRA *D*²) ANVS · *BCD*². *om. D*¹ 667. auiro *C* admerus *C* nuncius *C* 668. noniturum *C* flexi *Ussingius* 669. reuereni *D*¹ 670. non̊ *D*. nunc *FZ* nonuideo *C* nostra *Z* syriam *B* 671. eccam incedit *Camerarius.* incedit eccam *libri* qui ni sotius *B*. quin is otius *D*. Dor. qui nis otius *C* 672. Neque ome castor *B* oneri st *B*. oneris est *reliqui* 673. etquattuor *C*. et quatuor *BDF* 674. eo iam *Ritschelius: cf. Bugge Opusc. ad Madvig. p. 156. Ceterum versum suspectat Ussingius* 675. hęc *C* que *BC* Dor. *om. Z* 676. Qui aram hanc uicini nostrarum aedium augeam *scripsi (vicinus est Apollo).* Qui hanc uicini nostri aram augeram *BCDF et, nisi quod* augeam, *Z: quo* Syra *addidit Camerarius: ubi* Agyii qui *Bergkius Diar. antiquor. stud. a. 1855 p. 295,* Huius oneris qui *vel* Vicinam qui *infeliciter Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 675.* Qui uicini hanc nostram augeam aram Apollinis *Ritschelius coll. Bacch. 172. In* uicini *latere* uici *et in* augeram *vocabulam ab* agyeus *factum suspicatur Muellerus Pros. Pl. p. 522. Satis habet* rite aram augeam *scripsisse Ussingius* 677. *Syrae pers. praem. libri:*

SYRA

Em.

DORIPPA

Intro abíte.

SYRA

Eo.

DORIPPA

Apóllo, quaeso te út des pacem própitius,
Salútem et sanitátem nostrae fámiliae,
Meóque ut parcas gnáto * * * 680

SYRA

Dispérii: perii mísera: uae miseraé mihi.

DORIPPA

Satín tu sana's, óbsecro? quid éiulas?

SYRA

Doríppa, mea Doríppa.

DORIPPA

Quid clamás? cedo.

SYRA

Nescío quaest mulier íntus hic in aédibus.

---

678 *sq. Porphyrio in Hor. carm. saec. 46:* Plautus in Mercatore fabula idem sensit, cum inducit matrem familias precari Apollinem, nato suo ut parcat

---

corr. Acidalius Desane *B* lauri. Syr. Em. Dor. Intro abite. Syr. Eo *scripsi.* lauriabit uintro DOR Eo *B.* lauri abi tu *(*abitu *C)* intro *(sequitur spatium)* Eo *CD.* lauri. DO. abi tu intro. SYR. Eo *FZ.* Lauri. Syr. En. Dor. Abi iam tu intro Syr. Eo *Ritschelius ex parte ducibus Acidalio et Pylade (*abi iam*). Displicere* lauri. Syr. En tibi. Do. abi tu intro *Ritschelius adnotat.* lauri. SYR. Do. DOR. Abi tu intro. SYR. Eo *Bugge Opusc. ad Madvig. p. 157* 678. DO *om. B* queso *BCD* propicius *CD* 679. etsanitatem *C* nostrę *C.* nostre *B* familię *C* 680. gnato parce *(*pace *B)* propitius *(*propicius *CD) libri: 'quae apertum est e v. 678 iterata esse, pepulisse autem aliquid huiusmodi:* Meoque ut parcas gnato ut mihi sospes fuat' *Ritschelius V. 681—696 occupabant Ambrosiani p. 477, ubi Loewius nil legit nisi quae disertis verbis testatus sum* 681. I *et* R *initio dubia lectione (*dispeRii*) A* Dispersi *BCD* ue *CD* miserę *BC.* misere *D* 682. S *initio A* Satin tu sanas *B.* Satintus ana es *C.* Satin tu sana es *D.* Satin sana es *FZ* quid eiulas] quod uolebas *B* 683. DO *initio A* Dorippā ea *B* me adorippa *C* clamas] uis *Ritschelius cum Guyeto.* clamas *esse interpretamentum* eiulas *vocis ratus* cedo *scripsi.* obsecro *libri. Ritschelius* 684. N *initio A* qua ē mulier inthus hic inaedibus *B.* mulier quę est intus hic

DORIPPA

Quid, múlier?

SYRA

Mulier méretrix.

DORIPPA

Veron sério? 685

SYRA

Nimiúm scis sapere, rúri quae non mánseris.
Quamueís insipiens póterat persentíscere
* * * * * * * * * * *
Illam ésse amicam tuí uiri bellíssumi.

DORIPPA

Credó mecastor.

SYRA

Ei hác mecum, ut uideás semul
Tuam Álcumenam pélicem, Iunó mea. 690

DORIPPA

Ecástor uero istúc eo quantúm potest.

LYSIMACHVS

Parúmne hoc est malaé rei quod amat Démipho,

---

inędibus *C: ubi* hic intus in *F*, intus in *sine* hic *Z*. mulier quae est hic intus *(intus s. v.)* in edibus *D* hisce in aedibus *Schmidtius de dem. pron. form. p. 30* 685. QUIDMULIER# *initio et* ERIO *ut vid. in fine A* serie C^1DFZ ueron? SYR. Serio *cum Acidalio Ritschelius* 686. NIMIUM *initio et* RIS, RI *dubiis, in fine A* quę *C.* que *B* 687. QUAMUEIS *initio et* E *dubia in fine A: sequitur novus v., ubi tamen nil apparuit nisi initio* I *(vel* T, *minus prob.* E, P*)* Quam uis *B.* Quam *CDFZ* persentisceret *Z* 688. ILL *ut vid. initio A Secuntur 6 versus in quibus nihil apparuit (689—691. titulus duorum versuum. 692. ?)* pellis sumi *C.* bellissimi *BFZ* 689. me ecastor *D* Ei *B (ut v. 281).* I *reliqui* simul D^2FZ 690. alcmenam D^2FZ pellicem *Z* iuno mea Iuno mea *F* 691. E castor *C* pot est *C* Ego uero ecastor isto eo *Muellerus Pros. Pl. p. 364*

Act. IV scaen. 2 LISIMACHVS SENEX *B.* LYSIMACHVS SENEX DV *C. om. D* 692. Parumne hoc est *Ritschelius.* Parum ne est *libri.* Parumne est hoc *Camerarius.* Parumne est id *(rectius* id est*) Lachmannus.* Parum nunc est *sine interrogatione Bothius.* Parumne sit *Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 675: idem Luchsius Studemundi Stud. vol. 1 p. 25, qui Muelleri commenta (Pros. Pl. p. 515) recte reicit.* Parumnec est *Kochius Mus. Rhen. vol. 25 (a. 1870)*

Ni súmptuosus ínsuper etiám siet?
Decém si ad se uocásset summatís uiros,
Nimium óbsonauit. séd coquos, quasi ín mari 695
Solét hortator rémiges hortárier,
Ita hórtabatur. égomet conduxí coquom:
Sed eúm demiror nón uenire ut iússeram.
Sed quís nam a nobis éxit? aperitúr foris.

DORIPPA. LYSIMACHVS. (SYRA)

DORIPPA

Misérior mulier mé nec fiet néc fuit, 700
Talí uiro quae núpserim. heu miseraé mihi.

---

p. 622. Cf. Langenus p. 50. Nihil profecisse annotat Ritschelius Handium Turs. IV p. 189 male *DZ* 693. NISUMPTU *initio A* et iam *B* 694. DECEMSE *(vel* SI*) initio et in fine* OS *ut vid. A* si ad se uocasset summatis *Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 675.* si ad cenam (siadcenam *C.* si ad coenam *Z)* uocasset summos *libri.* si ad cenam summos uocitasset *Ritschelius.* uocasset si ad cenam summos *Pylades.* si ad cenam uocasset summatis *Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 656.* si ad cenam ucasset summatis *Kochius Nov. annal. vol. 101 (a. 1870) p. 686. Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 95* 695. NIMIUM ..... A *(dubia).* .....*(ubi* uitsedcoqus *aptum)*Q.....R *(dubia). A* opsonauit *C* coquos *(*co *s. v.) D* 695. SOLETHORTATOR .... GESHOR .... EB *(dubiae) A De* Solēt *cf. Proleg. p. 184.* Solitust *Pylades.* Solet olim *Acidalius, Guyetus* horitator *Scaliger in Lycophr. Cassandr. p. 87, abusus Diomede I p. 382.* aegeator *ex glossariis Loewius Prodr. p. 285* remigies *Z V. 697—713 (?) occupabant Ambrosiani p. 478, ubi nihil Loewio apparuit nisi haec:* 1. M *dubia in fine (697?),* 2. *nihil (v. 698?),* 3. S *dubia initio (699?),* 4. 5 *nihil (titulus?),* 6. FUIT *in fine (700),* 7. *nihil (701?),* 8. ENDESUIRO *in fine (702),* 9—13. *nihil (703—707?),* 14. MIHI *in fine (708),* 15. *nihil (709?),* 16. RDUINT *in fine (710),* 17. *nihil (711?),* 18. QUIDNUNC *initio et sub finem:* NISIUTIADEAM.... ADLOQUAR *(v. 712),* 19. B *initio, dein post circa 10 litt. spat.* S *dubia, dein paullo post* O....U *dubiae, quae si ad v. 713 spectant, apparet initio v. alia in A exstitisse atque in Palatinis* 697. ego met *C* conduxit *Z* coquā *BCD*[1]. coquum *D*[2]*Z* 698. Sed eum *BD.* Sedn̄ *C.* Sed eccum *Z.* Sed quom *F* 699. Sed quis nam *Ritschelius.* Sed quinam hinc *libri.* Sed qui hinc nam *Camerarius.* Quinam hinc *Ussingius.* St, quinam? anobis *C* *Act. IV scaen. 3* DORIPPA MVLIER . LISIMACHVS SENEX SYRA ANVS *B: item, nisi quod* LYSIMACHVS, *C.* DORIPPA M̄ LISIMAC' (SENEX SIRA AN' *erasa) D*[2]. *om. D*[1] 700. Misereor *B* 701. hei *Ritschelius* miserę *(ex* miserere *m. 2) D*

Em, quoí te et tua quae tu hábeas commendés uiro.
Em, quoí decem talénta dotis détuli,
Haec út uiderem, ut férrem has contumélias.

LYSIMACHVS

Perii hércle: rure iám rediit uxór mea. 705
Vidísse credo múlierem illam in aédibus.
Sed quaé loquatur, éxaudire hinc nón queo.
Accédam propius.

DORIPPA

Vaé miserae mi.

LYSIMACHVS

Immó mihi.

DORIPPA

Dispérii.

LYSIMACHVS

Immo equidem hercle óppido perií miser:
Vidít. ut te omnes, Démipho, di pérduint. 710

DORIPPA

Pol hóc est, ire quód rus meus uir nóluit.

LYSIMACHVS

Quid núnc ego faciam, nísi ut ad eam adeam atque ádloquar?

---

702. Hem *FZ* cui *libri* tua quae (quę *C.* que *D)* tu *BCD.* tua quae *F.* tu quae *Z: quod fraudi fuit Schneidero gramm. lat. I p. 145*
703. Hem *FZ* quoi *'vetusta exemplaria' Pii.* qui *nostri libri* talentã *BC* • 704. Hęc *C.* Hoc *F* inderem *C* 705. rure rediit uxor iam *Muellerus Pros. Pl. p. 73.* rure rediit huc uxor *Brugmanus p. 41* mea uxor *Z* 706. credo *libri.* eam credo *Camerarius* mulierem *ex* milierem *D* illam *Ritschelius. om. libri.* illi *Ussingius.* hanc *Pylades.* hic *Kampmannus de IN praep. p. 2* in edibus *D.* inedibus *C* 707. Sedquę *C.* Sed que *D* non queo *Pylades.* non quo *BCD.* nequeo *FZ* 708. Ve *CD* miserere *C.* misere *D* mihi *libri* Vae mihi miserae *Brugmanus p. 41* 709. Immo equidem *scripsi.* Equidem *libri, Ritschelius.* Et quidem ego *Muellerus Pros. Pl. p. 652.* Ego equidem *Pylades.* Ego quidem *Camerarius. Cf. Fleckeisenus Exerc. p. 20* her cle *ex* hei cle *D* 710. Vidit ut te omnes *CD*[1]. Vidit ut omnes *B.* Vt di te omnes *D*[2]*FZ.* Vtinam di te omnes *Pylades.* Vidit. ut omnes te *Camerarius* di perduint *Camerarius: cf. A.* di perdiunt *CD.* di pdunt *B.* perdiunt *Z: unde* perduint *Pius.* disperdiunt *F.* disperduint *Pylades* 711. DO. *om. B* 712. LY. *om. B* ego nunc *F: cf. Kellerhoffius de verb. colloc. p. 55* ad eam *Langenus p. 103. om. libri.* ad eam *deleto* ut *Muellerus Pros. Pl. p. 538 inter alia (*accedam *vel* conloquar*).* eam *Guyetus, Ritschelius*
De A cf. supra alloquar *CF.* eloquar *Z*

Iubét saluere súos uir uxorém suam.
Vrbáni fiunt rústici?

DORIPPA

Pudícius
Faciúnt quam urbani quí non fiunt rústici. 715

LYSIMACHVS

Numquíd delinquont rústici?

DORIPPA

Ecastór minus
Quam urbáni: et multo míńus mali quaerúnt sibi.

LYSIMACHVS

Quid aútem urbani déliquerunt? díc mihi:
Cupio hércle scire.

DORIPPA

Síc tu me temptás sciens?
Quoia ílla mulier íntust?

LYSIMACHVS

Vidistíne eam? 720

DORIPPA

Vidí.

LYSIMACHVS

Quoia ea sit, rógitas?

DORIPPA

Resciscám tamen.

LYSIMACHVS

Vin dícam quoiast? ílla — illa edepol — uaé mihi:

---

713. *De A cf. supra* saluare *B* suus *libri* 714. Puditius *BD*. Pudicicius *FZ* 715. Faciunt pol *Ritschelius* quam urbani *scripsi*. quam illi *libri*. illi quam *Camerarius*. quam illisce *Muellerus Pros. Pl. p. 751* 716. Num quid *B*. Nunquid *reliqui*. Numquid = Numquam quidquam *Bugge Tidskrift for Philologi vol. VII p. 34*. Numquam *Ritschelius*. An non *Lambinus*. Num non *Guyetus* delinquon *B*. delinqunt *C*. delinquunt *reliqui* delinquont? DOR. Rustici ecastor *Spengelius Philol. vol. 23 (a. 1866) p. 676* *'Quaerit num propter delictum aliquod a servis ruri commissum in urbem venerit' Ussingius* 717. urbani delinquunt et *F* malum *Z* quer̄ *C*. querunt *D* 718. autem minus urbani *F* deliquer̄ *C* 719. 720. 721 *hoc ordine Bothius*. 720. 721. 719 *libri* 719. *Vers. del. Ussingius* scire. Dor. Sic tu *Bothius*. scire sed tu *libri* tentas *FZ* 720. Dor. *praem. libri* Quoia *Gulielmius*. Quia (= Cuia) *libri* intus st *B*. intus est D^2FZ Vidisti neeam *B* 721. Cui aea *B*. Cuia ea *reliqui* cogitas *FZ* Resiscam *B* 722. Vindicam *BCD* cui est *B*. cuia est *reliqui*. DOR. Quoia est *Beckerus Studemundi Stud. vol. I*

Nescío ego quid dicam.

DORIPPA

Haéres.

LYSIMACHVS

Haud uidí magis.

DORIPPA

Quin dícis?

LYSIMACHVS

Quin si líceat —

DORIPPA

Dictum opórtuit.

LYSIMACHVS

Non póssum, ita instas: úrges quasi pro nóxio. 725

DORIPPA

Si innóxiu's —

LYSIMACHVS

Audácter quamuis dícito.

DORIPPA

Dic ígitur.

LYSIMACHVS

Dicam.

DORIPPA

At pól qui dicundúmst tamen.

LYSIMACHVS

Illást — etiam uis nómen dicam?

DORIPPA

Níhil agis.

Manufésto teneo in nóxia.

---

p. 285 illa *libri.* LYS. Illa *Beckerus l. modo scr.* cuia est illa? illa edepol *F.* cuia est illa? edepol *DZ* ue *CD* 723. Nescio ego *(vel* Nescio pol*) Muellerus Pros. Pl. p. 723.* Nescio *libri, Ritschelius* DOR Haeres *(*Heres *CD).* LIS Haud *libri.* DOR. Haeres? Haud *Bothius.* DOR. Haeres: haud *Ritschelius. Cf. Rostius Opusc. p. 262 sq.* uidi magis] demagis *ascripsit Scaliger Cf. v. 739* 724. *Pers. Dor. initio del. Bothius, Ritschelius* 725. Nonpossum *C* insta surges *BC.* instas *(ex* insta *m. 2)* surges *D* noxia *F* 726. Si innoxiu's — Lys. Audacter *scripsi.* Scío innoxius *(parva rasura ante* inn. *in B)* Lys. Audacter *libri.* Si innoxiu's audacter *cum Bothio Ritschelius* quam uis *BC.* quiduis *F.* quid uis *Z* 727. Dicamne *Ritschelius* Ego dicam *Camerarius* At pol qui *scripsi.* Atqui *DFZ, Ritschelius.* At qui *C.* At quid *B* dicendum est *B.* dicundum est *reliqui* 728. Illa est — etiam *Bothius.* Illa sunt etiam *BD (ubi* sint *m. 2) et, nisi quod* funt, *C.* illa scin ut etiam *Z.* illa sicut etiam *F.* Illa est, num etiam *Camerarius* uin etiam *Muellerus Pros. Pl. p. 653 adn.* nihil magis *FZ V. 729—734 sic transposuit Ritschelius: 731. 730. 729. lacuna duorum versuum.*

LYSIMACHVS

Qua nóxia? 729

Istaéc quidem illast —

DORIPPA

Quaé illast?

LYSIMACHVS

Illa —

DORIPPA

Ohe, iám satist: 730

Non tú scis quae sit íllaec?

LYSIMACHVS

Immo iám scio.

Tam, sí nihil usus ésset, iam non dícerem. 734

De istác sum iudex cáptus.

DORIPPA

Iudex? iám 'scio: 735

Huc tu ín consilium istam áduocauistí tibi.

LYSIMACHVS

Immó sic sequestro míhi datast.

DORIPPA

Intéllego.

737. *Festus p. 339 de* sequestro *agens:* et Pla[utus Mercatore: 'Immo] sic sequestro mihi data [est

734 729. Manifesto *F.* Manufestum *Ritschelius coll. Men. 594. Bacch. 696* in noxia *coll. Cas. II 8, 71 Dousa fil., quod in vetustis editionibus esse falso testatur Kampmannus de IN praep. p. 15.* innoxia es *libri (*in noxia es *FZ)* Quia *C* *Huic versui submittit v. 734 Weisius* 730. Istaec quidem illa est *Bothius.* Ista quidem illa est *libri.* Ista quidemst illa *Ritschelius.* Ista est quidem illa *Guyetus* Quae *(*Quę *C.* Que.*B)* illa est *libri* Ohe, iam satist *Ritschelius.* iohia *BCD*[1], *Ussingius.* io illa *D*[2]*FZ.* iod io *Guyetus.* io hias *Bothius* *V. 731. 734 hoc ordine (sine lacuna) Acidalius: inverso libri* 731. *Dor. pers. praem. libri* que *D* illaec *Bothius.* illa *libri* iam] etiam *Z, Ritschelius* *V. 732. 733 tales fuisse censet Ritschelius:* Dor. Etiam rogas? ne nunc dissimula diutius. ‖ Lys. Etsi uno uerbo potis sum expurigare me *e. q. s. Mihi si quae interciderunt, de qua re dubito, certe alia videntur intercidisse* 734. Tam *(h. e.* Tamen*) Bothius.* Iam *libri.* Nam *Ussingius* sinihil *C* 735. Deistac *C* 736. Huc *Gruterus.* Nunc *libri.* Nempe' *Dousa fil.* consilium *(*um *e corr.) C* aduocauisti *B.* aduocasti *CDFZ* 737. Immo sic] Immo haec *Ritschelius.* Immo *Camerarius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 257*

LYSIMACHVS

Nihil hércle istius quícquamst.

DORIPPA

Numero púrigas.

LYSIMACHVS

Nimiúm negoti répperi. enim uero haéreo

* * * * * * * * * * *

COCVS. LYSIMACHVS. DORIPPA. SYRA

COCVS

Agite íte actutum: nám mihi amatorí seni
Coquénda cenast. átqui quom recógito,
Nobís coquendast, nón quoi conductí sumus.
Nam quí amat, quod amat sí habet, id habet pró cibo.
[Videre, amplecti, ausculari, adloqui.] 745
Sed nós confido onústos redituros domum.
Eite hác. sed eccum quí nos conduxít senex.

---

data est D^2 738. LY. *om. Z* quicquam est *BCDF.* quicquam *Z* DO. *om. Z* nunc numero *F* purigas *Ritschelius.* purgas *libri.* purgitas *Pylades* 739. *Hunc v. post v. 723 ponit Ladewigius Philol. vol. XVII (a. 1861) p. 478* negotii *B.* negocii *FZ* hereo *libri* *Post haec versum intercidisse censet Ritschelius (740) talem:* Quos esse hos dicam qui huc recte adueniunt uia*: quem contra disputat Ladewigius l. modo exscripto* *Cf. ordinem superscriptionis scaenae 4 in BC*

Act. IV sc. 4 LISIMACHVS · DORIPPA · COCVS *B.* LY SIMA CHVS COCVS EIDEM *C. om.* D^1. COCVS LYSMAC' DORIPPA SIRA D^2 741. mihi] iam *Ritschelius.* illi *Schoellius* amatori *(prior* a *s. v.) D* 742. Coquenda coena est *Bothius.* Coquendast *(*Coquenda st *B.* Coquenda est D^2F*)* cena *libri* atqui *Ritschelius.* atque *libri.* at belle *(et* cena*) vel* at mecum *dubitanter Muellerus Pros. Pl. p. 8* q̃m *B.* cum *reliqui.* equidem cum *Camerarius* recogito *B.* regito *CD.* cogito *FZ*

743. coquenda est *(ex* coquendast *m. 2) D* non cui conducti *Camerarius.* non ducti *libri.* non ei cui ducti *Pylades.* non cui dūcti *'antiqui codd.' Pii* 744. quiamat *B* si id habet, id habet *Camerarius* 745. *'Insiticius habendus, quamquam defensus a Lingio p. 17' Ritschelius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 532* amplectier *Camerarius* ausculari *CD.* auscultare *B.* osculari *FZ.* oscularier *Camerarius* alloqui *libri* 747. Eite *B.* Ei te *D.* Fite *C.* Ite *FZ*

LYSIMACHVS

Ecce aútem perii: cóquos adest.

COCVS

Aduénimus.

LYSIMACHVS

Abeí.

COCVS

Quid, abeam?

LYSIMACHVS

St, abei.

COCVS

Abeam?

LYSIMACHVS

Abeí modo.

COCVS

Non éstis cenatúri?

LYSIMACHVS

Iam saturí sumus. 750

Intérii.

DORIPPA

Quid [illegible]s tu? étiamne haec illí tibi
Iussérunt ferri, quós inter iudéx datu's?

COCVS

Haecíne tuast amíca, quam dudúm mihi
Te amáre dixtei, quom óbsonabas?

LYSIMACHVS

Nón taces?

De interpunctione cf. Langenus p. 5 748. coquus *libri* 749. Abei] Abii B^1. Abi *B ex ras.* Abi *reliqui* St, abi *Camerarius.* Stabi BD^1. Staui *C.* abi D^2FZ abeam? Lys. Abei modo *Ritschelius.* Abeam? Lys. Abei *C.* Abeam. LYS. Abii B^1D^1. Abeam. LYS. Abi B^2D^2FZ. Abeamne? LYS. Abi *Camerarius. Licuisse etiam* St abi. Abeam. Abi abi modo *annotat Ritschelius. Non recte iudicarit Lachmannus in Lucr. III 941: qui olim* abeamusne *pro* abeamne *correxerat. Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 629* 751. Interii *Pareus.* Sed interii *libri.* St, interii *Acidalius* 752. interii iudex *B* datus *libri V. 753—790 sciendum est in A nihil apparuisse nisi quod disertis verbis testor* 753. HAECINE (E *ultima incerta), dein post spatium maius quam pro scriptura Palatinorum* SSETQUAMDUDUMMIHI (S *prior et* ET *incertissimae) A* Hęcintua est *C.* Hec intua est *B.* Hecin tua est D^1. Hecine tua est D^2. Hęcine tua est *FZ* 754. TEAMARED.....(IXTEI *quadrat), dein* Q *dubia (*QUOM*) et suo loco* ABAS (AS *dubiae) A* dixti *Camerarius.* dixisti *BCDFZ* qm̃ *B.* cum *CDFZ* Nontaces *C*

COCVS

Satis spíssum filum múlieris: uerum hércle anet. 755

LYSIMACHVS

Abín dierectus?

COCVS

Haúd malast.

LYSIMACHVS

At tú malu's.

COCVS

Scitam hércle opinor cóncubinam hanc.

LYSIMACHVS

Quín abis?

Non égo sum, qui te dúdum conduxí.

COCVS

Quid est?

Immo hércle tu istic ípsu's.

LYSIMACHVS

Vae miseró mihi.

COCVS

Nempe úxor rurist túa, quam dudum deíxeras 760

---

755. *Cf. Loewii Prodr. p. 271, ubi glossae afferuntur*

---

755. SATIS.....*(quadrant* sceitum *et* spissum*)*FILUMMULIERIS-UERUMHERCLEANET *A* spissum *Ritschelius (cf. Opusc. phil. vol. II p. 402)* scitum *libri (fortasse e v. 757): nisi quod* situm *Z.* scitum *def. Langenus p. 118* filum *Pius.* filium *BCDFZ* uerum hercle anet *A, Ritschelius, Octavius Ferrarius Elect. II p. 281.* uerum hercle an et *CD.* uerum hercle amet *B.* uerum hercle aut haud *F.* uerum hercle auet *Z.* uirum hercle auet *Gulielmius. Alia aliis ineptiora Aldus, Meursius, Palmerius, Colvius, Gruterus* 756. MALA *(incertissima lectione) suo loco et* UMALUS *in fine A* LYS. *om. F* Abindie rectus *BC.* Abin *(i s. i)* di////rectus *D.* Abi indirectus *F: ubi* Abin hinc *Muellerus Nachtr. p. 97* mala st *B.* malast *(e s. a post. m. 2) D.* mala est *Z* Attumalus *C* malus *libri* 757. SCITAMHERCLEOPINORCONCUBINAMHANC#QUINABIS *(*QUIN *incerta lectione) A* hercle opinor sane *BCDF.* hercle opinor satis *Z.* hercle opinor *recte Guyetus.* hercle sane *Ritschelius* hanc *om. Z* Non abis *(*Nonabis *C) BCDFZ* 758. QUITEDUDUM *et* QUID— *in fine A* quite *C* conduxi *libri. cf. Luebbertus Stud. gramm. I p. 46.* conduxim *Ritschelius.* conduxit *Acidalius* 759. UCIPS *(*U *dubia), dein dubia* E *(*UAE*) et in fine* MIHI *A* istic *Pylades, Acidalius.* istuc *BCDFZ* ipsus *libri* . Ve *BCD* misero misero *F* 760. .....UXORRURI*(vel* RE*)*STTUAQUAMDUDUMDEIXER— *A* rurist *Z.* rure st

Te odísse atque anguis.

LYSIMACHVS

Égone istuc dixí tibi?

COCVS

Mihí quidem hercle.

LYSIMACHVS

At íta me amabit Iúppiter,
Vxór, ut ego illud númquam deixi.

DORIPPA

Etiám negas?
Palam ístaec fiunt té me odisse.

LYSIMACHVS

Quín nego.

COCVS

Non nón te odisse aiébat, sed uxorém suam: 765
Et suam aútem uxorem rúri esse aibat.

LYSIMACHVS

Haéc east.
Quid míhi molestu's?

B, Buechelerus de decl. p. 62. rus est *CDF* dixeras *BCDFZ* 761. AEQU *suo loco et* TU (ISTUC) *A* Odisse te *Fleckeisenus Philologi vol. II (a. 1847) p. 90, Ritschelius.* Ted odisse *Bothius. cf. Muellerus Pros. Pl. p. 653* atque *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 455.* aeque *B. idem A ut vid. propter spatia.* aeque atque (eque *C.* eque *D) reliqui, Ritschelius. Cf. Langenus p. 20* anguis *BFZ.* angis *CD.* anguem *Hermannus* Ego neistuc *C* istuc tibi *deleto* dixi *Bothius, Ritschelius* 762. ...IQUIDEMHERCLE#ITAMEAMABITIUPPITER *A* Mihi tu *Ritschelius.* Pol mihi *Fleckeisenus l. s. s.* At ita me *Fleckeisenus l. s. s.* Ita me (Itame *C) libri.* Ita me ille *Muellerus Pros. Pl. p. 653 inter alia* amabat C^1 iupiter *F* 763. UXORUTEGOILLUDNUMQUAMDEIXI#ETIAMNEGAS *A* nunquam *D* dixi *BCDFZ* Dor.] Co. *Z* 764. 765. *Hoc ordine A, Pistoris: inverso BCDFZ* 764. PALAMISTAECFIUNTTEMEODISSE#QUINNEGO *A* DO. *praem. BCDFZ* istec *C* 765. NONNONTE(TE *incertae)*ODISSEAIEBATSED(SED *incertissimae)*UXOREMSUAM *A* CO. *om. F.* LYS. *Z* Non non te odisse aiebat uxorem uerum suam *B et, nisi quod* Non *semel CDFZ et* uerum *s. v. C, reliqui.* Non non *defendit Umpfenbachius Mel. Pl. p. 41 coll. Phorm. II 1, 73, ubi* noenum *Ritschelius Nov. exc. p. 40, fortasse recte.* Non ted odisse, uerum uxorem aibat suam *Bothius, Ritschelius.* Non te se odisse, uerum uxorem aibat suam *Spengelius Plaut. p. 228* 766. ETSUAMUXOREMRU.....AIEBAT#HAECEAST *A* Et suam autem uxorem *Ritschelius.* CO. Et uxorem suam *BCDFZ* aibat *Ritschelius.* aiebat *BCDFZ* Hęc *C.* Hec *B* ea est D^2FZ *V. 767—792 varias sententias excitaverunt: Ladewigius Philol. v. 17 (a. 1861) p. 479 v. 773—778 = 768—770 ex altera recensione repetit, v. 771 sq. post v. 792 ponit: quem contra ipse Act. soc. phil.*

COCVS

Quía nouisse mé negas.
Nisi métuis tu istanc —

LYSIMACHVS

Sápio: nam mihi únicast.

COCVS

Vein me éxperirei?

LYSIMACHVS

Nólo.

COCVS

Mercedém cedo.

LYSIMACHVS

Cras pétito: dabitur. núnc abi.

DORIPPA

Heu miseraé mihi. 770

LYSIMACHVS

Nunc égo uerum illud uérbum esse experiór uetus,
Aliquíd mali esse própter uicinúm malum.

COCVS

Qur heíc astamus? queín abimus? Sí tibi

Lips. vol. VI p. 242 sqq. v. 767—772 post v. 778 ponebam: denique Ussingius v. 773—778 tollit 767. 768. *Hoc ordine libri: inverso Ritschelius* 767. QUIDMIHIMOLESTUS#QUID*(vel* QUIA*)*NOUISSEME..GA. *(*GA *dubiae) A, unde Loewius quae supra* molestus *B.* molestus es *reliqui* Quia me non nouisse *(*nonnouisse *B)* ais *(*aif *C) BCDFZ, Ritschelius* 768. NISIMETUIS*(vel* ES*)*TUISTANC#SAPIONAMMIHIUNICAST *A* Nisi metuis tu istanc — *scripsi ex A.* Ni metuis tu istanc *reliqui.* Nempe metuis tu istanc *Ritschelius.* Num metuis tu istanc *Camerarius, Langenus p. 130.* Ne metuis *(*= Metuisne*)* tu istanc *Meursius.* Nimirum odisti hanc *Bugge 'Tidskrift f. Phil.' vol. VII p. 3* unica est D^2 769. UEINMEEXPERIREI#NOLO#MERCEDEMCEDO *A* Coc. Vin *BCDFZ* experiri *BCDFZ.* expediri *Palmerius* Volo *BCDFZ: corr. Camerarius* cedo *B.* dabo *CD.* dato *FZ* 770. CRA.....ODABITURNUNCABI#HEUMISERAEMIHI*A* abi. DO. Eu *(*Heu *FZ)* miserae *(*miserę *C.* miserę*r*ę *D)* mihi *BCDFZ.* abi. heu misero mihi. *Aldina: prob. Acidalius et (*ei*) Ritschelius* 771. NUNCEGOUERUMILLUDUERBUMESSEEXPERIORUETUS *(*UETUS *incertae) A Pers. Lys. add. Pylades. om. libri* Nuc *C* uerum ego *Lachmannus* Nunc ego illud uerum uerbum esse *Brixius Nov. annal. vol. 123 (a. 1881) p. 54* 772. *Ita A, nisi quod* MALUM esset *B* 773. *Exspectari potius Lysimacho continuata haec verba* Cur hic astatis? quin abis *adnotat Ritschelius* QURHEICASTAMUSQUEINABIMUSINCOMMODI *A* Cur hic *BCDFZ* Quein abimus? si tibi

Quid sécus euenit, íd non est culpá mea.

LYSIMACHVS

Quein me éxradicas míserum.

COCVS

Scio iam quíd ueleis: 775

Nempe me hínc abire ueís.

LYSIMACHVS

Volo inquam.

COCVS

Abíbitur:

Drachumám dato.

LYSIMACHVS

Dabitur.

COCVS

Iám darei ergo seís iube:

Darei pótest interea dum íllei ponunt.

LYSIMACHVS

Quín abis?

Potine út molestus né seis?

---

scripsi Act. Soc. phil. Lips. vol. VI p. 244. quin abimus (habimus *B*) incommodi *BCDFZ.* Lys. Quin. abis? Coc. Incommodi *cum Bothio Ritschelius* 774. SIQVIDSECVSTIBIEVENITIDNONESTCVLPAMEA *A* Quid secus euenit *scripsi l. s. s.* Siquid tibi euenit (eueniet *F*) *BCDFZ.* Si euenit quid tibi *Ritschelius.* Si tibi quid euenit *Guyetus* id] at *Gronovius, refutatus a Rostio Opusc. p. 166* nonest *C* *Cf. Geppertus Stud. II p. 93* 775. QVEINMEERX(*pro* X *minus prob.* R *et* A: *corruptela pro* exradicas?)ADICASMISERVM#SCIOIAMQVIDVELEIS *A* Quin *BCDFZ* mera dicas *C.* me radicas *BDFZ: corr. Aldina* miserum *ex* miseram *C* uelis *BCDFZ* 776. NEMPEMEHINCABIREVEIS#VOLOINQVAM#ABIBITVR *A* Nempe (m *s. v.*) *C* me hic *B.* hinc me *Camerarius: non recte Geppertus Stud. II p. 90* uis *BCDFZ* Adibitur *B* 777. DRACHMAMDATO#DABITVR#DAREIERGOSEISIVBE *A* Drachmandato *B.* dragmam dato *CD.* drachmam dato *FZ.* Drachumam da *Ritschelius.* drachumam dato modo *idem Opusc. II p. 472, et alio tempore* drachumam dato. (Dabitur. Darier). *cf. ibidem* iam darei *Ritschelius.* dari *BCDFZ* sis *BCDFZ* 778. DAREIPOTESTINTEREADVMILL .....(*quadrat* EIPONV)NTQVINABIS *A* dari potest *BCDFZ.* Potest *Pareus, Hermannus, Ritschelius* illi *BCDFZ* Quin (i *s. v.*) *C.* Qui D^1. Quin D^2 779. POTINEVTMOLESTVSNESEIS#AGITEAPPONITE *A*

COCVS

Agite appónite
Opsónium istuc ánte pedes illí seni. 780
Haec uássa aut móx aut crás iubebo abs té peti.
Sequíminei.

LYSIMACHVS

Fortasse íllum mirarí coquom,
Quod uénit atque haec áttulit. dicam íd quod est.

DORIPPA

Non míror sei quid dámnei facis aut flágiti,
Nec pól ego patiar, seíc me nuptam tám male 785
Meásque in aedeis seíc scorta obductárier.
Syra, eí, rogato meúm patrem uerbeís meeis,
Vt uéniat ad me iám semul tecum húc.

SYRA

Eo.

---

ne sis *CDFZ.* nesis *B* opponite *Lambinus* 780. OPSONIUMISTUC-ANTEPEDESILLISENI *A* Obsonium *BCDFZ* 781. HAEQUASSAAUT-MOXAUTCRASIUBEBOAB*(minus prob.* P)STEPETI *A* Hęc *C.* Hec *B* uasa *BCDFZ* nox *Bothius* iubebo *(*b *post. s. v.) C* abste *BC* pet///// *C* 782. SEQUIMINEI#FORTASSETEILLUMMIRARIĻCOQUM *A* Sequimini *BFZ.* Sequiminin *CD, Ussingius* illum mirari coquom *Guyetus.* te illum mirari coquom *(*coquum *CDFZ) libri, ubi* istum *Camerarius.* illum te mirarier *Ritschelius.* fortasse illum miraris coquum *Hermannus. (*fors sit *vel* fuat*)* te illum mirari coquom *reicit Ritschelius in adn.* 783. QUODUENITATQ·HAECATTULITDICAMIDQUID-EST *A* adque *C* atulit *D.* adtulit *Z* id quod est *Beckerus Studemundi Stud. vol. 1 p. 245, Geppertus Stud. Pl. II p. 94.* quid *(*qui *C)* est *BCDFZ.* quid est *Ritschelius* 784. NONMIROR-SEIQUIDDAMNEIFACISAUTFLAGITI *A* miňor *D* si *BCDFZ* damni *BFZ.* dāpni *CD* flagitii *BFZ* 785. *Sic A, nisi quod* NUPTAMTAMMALE Neo *C* sic *BCDFZ* patiar. sic me n. t. male! *Ritschelius* 786. MEASQ·INAEDEISSEICSCORTAOBDUCTARIER *A* Meas quae *B.* Meas *(*que *add. m. 2) D. Praestare* Meas *adnotat Ritschelius* inaedis *DFZ.* in ędis *B.* inędis *C* sic *BCDFZ* adductarier *F* 787. *Sic A, nisi quod* SYRAI ei *B.* i *CDF. om. Z* uerbis meis SY Eo *B.* meis uerbis *CDFZ. corr. Camerarius* 788. UTUENIATADMEIAMSI*(minus prob.* SE)MULTECUM#EO *A* ad me iam *om. F* me] te *CD* simul tecum huc *Pylade duce Camerarius:* simitu tecum *Ritschelius in adnot.* semul tecum *libri, nisi quod* simul *Z.* simulde *mirifico invento Bothius.* simul tecum una *Muellerus Pros. Pl. p. 629 inter alia* SY. eo *om. hoc loco B: cf. v. 787*

LYSIMACHVS

Nesceís negoti quíd sit, uxor. óbsecro:
Concépteis uerbeis iám ius iurandúm dabo, 790
Me númquam quicquam cúm illa — iamne abiít Syra?
Perii hércle. ecce autem haec ábiit. uae miseró mihi.
At té, uicine, dí deaeque pérduint
Tuá cum amica cúmque amatiónibus.
Suspícionum impléuit me indigníssume: 795
Concíuit hostem dómi mi uxorem acérrumam.
Ibo ád forum atque Démiphoni haec éloquar,
Me istánc capillo prótracturum esse ín uiam,
Nisi hínc abducit quó uolt ex hisce aédibus.
Vxór, heus uxor, quámquam tu iratá's mihi, 800
Iubeás, si sapias, haéc hinc intro auférrier:
Eadém licebit móx cenare réctius.

789. NESCEISNEGOTIQUIDSITUXOROB(*vel* P)SECRO *A* Nescis *BCDFZ* negotii *BCD*. negocii *FZ* 790. CONCEPTEISUERBEISIAMIUS-IURANDUMDABO *A* Conceptis uerbis *BCDFZ* iusiurandum *BCD* 791. quic quam *C*. quicquam (c *s. v.*) *D* iam ne *BC* 792. hęc *C*. hec *D* abit *Z* ue *CD* 793. Atte *C* uicinae *B* dideque *C*. di deeque *D* perduint *Pylades*. perdunt *B*. perdunt *C*. perdiunt *DFZ* 794. Tua cum *Camerarius*. Cum tua *libri*. Cum tuad *Ritschelius Nov. exc. p. 68*. Cumque tua *Muellerus Pros. Pl. p. 707*. Cum tua hac *Pylades* 795. Suspicionum *Dousa fil*. Suspitionibus *B*. Suspicione *CDFZ* indignissime *BDFZ* 796. Conciuit hostem domi mi uxorem acerrumam *Ritschelius*. Conciuit hostis domi uxor acerruma st *libri*, *nisi quod* azerrumast *D*, acerrima ẽ *Z*. *Quae interpungunt vulgo post* hostes. *Post quam vocem* domi uxor est acerrima *Camerarius*, uxor est acerruma *sine* domi *Guyetus*, dum uxor est acerruma *cum proximo versu constructa Bothius*. Conciuit litis mihi cum uxore acerrumas *Muellerus Pros. Pl. p. 174*. Conciuit hostis domo mi uxor acerrumas *placuit Ussingio* 797. adque *C* Demiphoni haec *Pylades*. haec (hęc *C*. hec *B*) demiphoni *libri* 798. istac *B* protacturum *B*. pertracturum *Z* esse (*ex* sese *m. 2*) *D* inuiam *C* 799. uoltex *B*. uult ex *FZ* his caedibus *B*: *cf. ad v. 129* 800. irata es *libri* 801. sapeas *B* hęc *C* hinc intro *Ritschelius*. intro *libri*. intro hinc *Pylades* auferrier (*alt.* r *s. v.*) *C*. auferier *FZ*



ACTVS V

SYRA. EVTYCHVS

SYRA

Era quó me misit, ád patrem, non ést domi:
Rus ábiisse aibant. núnc domum renúntio.
Ecástor lege dúra uiuont múlieres 805
Multóque iniquióre miserae quám uiri.
Nam sí uir scortum dúxit clam uxorém suam,
Id sí resciuit úxor, inpunést uiro:
Vxór uirum si clám domo egressást foras,
Viró fit causa, exígitur matrumónio. 810
Vtinám lex esset éadem, quae uxoríst, uiro.
Nam uxór contentast, quaé bonast, unó uiro:
Qui mínus uir una uxóre contentús siet?

Act. V Scaen. 5 de tralaticia fabulae distributione: contra quam novum hinc actum ordiendum putavit Ritschelius SYRA ANCILLA · EVTICVS *(H s. v. additum in C)* ADOLESCENS *BC.* SYRA EVTICHVS *D*[2] 803. qm̃ me *B.* quę me *Z.* quem me *auctore Saraceno Camerarius* adpatrem *C* nonest *C* 804. abisse *BCD* aibant *Guyetus.* aiebant *libri* demum *F* renuncio *C et Pii 'prisca exemplaria'.* renunciat *Z* *V. 805—817 huc transposuit Ritschelius suasore Bothio: quae in libris post v. 829 collocata novam scaenam efficiunt actus IV sextam,* SYRA *nomine inscriptam* 805. duraniu//////unt *(erasae* ol *litterae) B.* dura uiuunt *reliqui* 806. iniquiores *DFZ* miserae *sic collocatum Plautinum esse negabat Ritschelius, pro quo* iure *Bergkius Ind. Hal. a. 1858/59 p. 6* 807. uir si *Bothius, Ritschelius* 808. Inpune st *BD.* Impune est *FZ* 809. Vxor uirum *Pareus.* Vxor uiro *BCDZ. om. F* Vxor domo si clam modo *Langenus p. 230* egressa est *libri* 810. Vxor uiro fit *F* cassa *'felicissima emendatio venerandi senis Ludovici Dorleans in suis notis ad Tacitum': Pareus* matrumonio *C.* matrumonio *ex* matrimonio *D.* matrimonio *BFZ* 811. 812. quę *C.* que *B* uxori est *libri* uno uiro *B, omissis quae media sunt* uiro. Nam . . . . bona est contenta est *et* bona est *libri* q, *C* 813. uir minus *Ritschelius*

Ecástor faxim, si ítidem plectantúr uiri,
[Si quís clam uxorem dúxerit scortúm suam,] 815
Vt illae éxiguntur quae ín se culpam cómmerent,
Plurés uiri sint uídui, quam nunc múlieres.

EVTYCHVS

Deféssus sum urbem tótam peruenárier:
Nihil ínuestigo quícquam de illa múliere.
Sed máter rure rédiit: nam uideó Syram 820
Astáre ante aedis. Sýra.

SYRA

Quis est qui mé uocat?

EVTYCHVS

Erus átque alumnus túos sum.

SYRA

Salue, alúmne mi.

EVTYCHVS

Iam máter rure rédiit? respondé mihi.

SYRA

Sua quídem salute ac fámiliai máxuma.

EVTYCHVS

Quid istúc negotist?

SYRA

Túos pater bellíssumus 825

---

815. *Versum iteratum esse e v. 807 vidit Osannus p. 204* 816. illa *BCD* exiguntur *ex* exiguntuntur *D* que insculpam conuenirent *B* 817. uiri sunt *C.* sint uiri *Z* 818. Defessum urbem *B.* Defessus su urbem *C* peruenariaer *C.* percunctarier *Z, corr. iam a Scutario* 819. inuestigio *C.* inuenisti g̊ *B* deilla *C* 820. Sedmater *C* 821. asstare *D* ędis *C* sẙra *D* Quisest *C* me nominat *Z* 822. alumnũ *C* tuus *libri* alumne mi *Pylades.* alumne *libri* 823. responde *ex* respondit *ut vid. C* 824. Sua quidem salute ac familiae *Camerarius: quando non licuit Latinis ut σύν γε τύχῃ Graecis.* Cum quidem salute a familia (afamilia *BC) libri.* Cum quidem salute familiai *Bothius* (familiai *iam Bentleius).* Sua quidem salute familiaeque *Guyetus.* Et quidem salute sua et *(vel* ac*)* familiae *Muellerus Pros. Pl. p. 134* maxima *C* 825. negotii st *B.* negoti est *CD.* negocii est *FZ* Tuus *libri* bellissumus D^2. bellisumus D^1B. bellissumus *ex* belissumus *C.* bellissimus *FZ*

Amícam adduxit íntro in aedis.

EVTYCHVS

Quó modo?

SYRA

Aduéniens mater rúre eam offendít domi.

EVTYCHVS

Pol haúd censebam istárum esse operarúm patrem.
Etiám nunc mulier íntust?

SYRA

Etiam.

EVTYCHVS

Séquere me.

CHARINVS

Límen superumque ínferumque sálue, simul autém uale. 830
Húnc hodie postrémum extollo meá domo patriá pedem.
Vsus, fructus, uíctus, cultus iám mihi harunc aédium
Ínteremptust, ínterfectust, álienatust. óccidi.
Dí penates meúm parentum, fámiliai Lár pater,
Vóbis mando, meúm parentum rém bene ut tutémini. 835

832 sq. *Nonius p. 449, 20:* Interfici et occidi ..... Plautus Mercatore: 'mihi ..... interfectus est'

826. inędis *C.* in edis *B* Quomodo *BCD* 828. *Cf. Langenus p. 104* 829. Et iam mulier nunc *B* intus est *libri* Et iam *B* *Subiciunt his vulgo scaenas illas a novicio homine factas, quas primum addidisse Pium monstravit Ritschelius Op. vol. II p. 56 sqq. 'Non inepti imitatoris Plautini' Scaligero visas esse non possumus satis mirari Cf. v. 805–17*

Act. V scaen. 1 CHARINVS *B.* CHARINVS ADOLESCENS *C.* CARINVS ADOL *D²: om. D¹* 830. superumque *Ritschelius.* superum *CDFZ.* superam *B.* superorum *Lachmannus* uabe *C.* salue *B* 831. me a *DFZ* 832. Vsufructus '*sunt qui legant*' *Pius* harum *FZ, Nonius* ędium *C.* edium *cod. aliquot Nonii*

833. interemtu st. *B.* inter emtust *D¹.* inter emtus est *D².* interitus *Nonius* interfectu st *B.* interfectus est *Nonius* alienatu st *B* 834. dii *FZ* familiai *Bentleius ante Bothium et Goellerum in Trucul. p. 104 et Lachmannum in Lucr. p. 159.* familiae (familię *CD*) *libri.* familiaeque *Camerarius* 835. uttutemini *C*

Ego mihi alios deós penatis pérsequar, aliúm Larem,
Áliam urbem, aliam cíuitatem: ab Átticis abhórreo.
Nám ubi mores déteriores íncrebrescunt ín dies,
Vbi qui amici, qui ínfideles sínt nequeas pernóscere,
Vbique id eripiátur, animo tuó quod placeat máxume, 840
Íbi quidem si régnum detur, nón cupitast cíuitas.

EVTYCHVS. CHARINVS

EVTYCHVS

Díuom atque hominum quaé spectatrix átque era eadem es hóminibus,
Spem ínsperatam quom óbtulisti núnc mi, tibi gratés ago.
Écquis nam deúst, qui mea nunc laétus laetitiá fuat?
Dómi erat, foris quod quaéritabam. séx sodales répperi: 845

---

837. abatticis *C*. ab athicis *F* 838. ibi *F*. uiri *Z, corr. a Scutario* deterio res *C* indies *D*. indies *ex* indes *C* 839. Vbi qui *duce Pio Palmerius, item Scioppius Susp. lect. II 21.* Vbique *BCDZ*. ibique *F* sint *Camerarius*. sient *BCDF*. fient *Z* nequęas *C* 840. Vbique id eripiatur *post Scioppium Gruterus*. Vbi qui deripiatur *B*. Vbiquid eripiatur *C*. Vbi qui *(ex* que*)* deripiatur *D*. Vbi quid eripiatur *F et, nisi quod* erripiatur, *Z* placet *Z* matume *C*. maxime *BZ* 841. cupitast *Weisius, Ritschelius*. est cupita *CDFZ*. est cupida *B, defensum a Salmasio*. est lubita *Muellerus Nachtr. p. 39* ciuitas D^2. cyuitas D^1

Act. V scaen. 2 EVTICVS · CHARINVS · *B et addito* ADVLECENS *C*. EVTICVS CARINVS D^2: *om.* D^1 *V. 842—850 addubitat Weisius V. 842. 843 et hic et supra post v. 598 exhibent libri. Illo loco (quem additis circulis signamus) delebat Acidalius, hoc Bothius*

842. Diuom *(Z)*. Diuõm *(D)*. Diuvm *(C)*. Duum *C*. Diuum *DF(F)Z*. Dium *B(B), Kochius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 284* adque *(t s. d) C* quę *C (C)*. que *B (B)* speratrix *BCD (BCD)*. imperatrix *Ussingius*. regnatrix *Guyetus* erã *(D)* eadem *om. (B)*

843. Spem insperatam quom *Brixius Nov. ann. vol. 101 (a. 1870) p. 773*. Spemspera tamquã *B*. Spem sperat aequom *(B)*. Spem sperata cum *(C)*. Spem speratam quam *CDFZ*. Spem speratam cum *(DFZ)*. Spem speratam quom *Ritschelius*. Spem speratam quoniam *Camerarius* optulisti *(B)* nunc mihi, tibi *Ritschelius*. hunc mihi tibi *(BCDFZ)*. hanc mihi *sine* tibi *BCDFZ* 844. Ec quisnam *B*. Ecquisnam *D*. Eoquis nam *C* deust *Pylades*. deus est *libri* lętus lętitia *C*. letus letitia *B* fuat *Camerarius, Bentleius in Adelph. V 4, 1.* fiat *CDFZ*. fiet *B* 845. Domi id

Vítam, amicitiám, uoluptatem, laétitiam, ludúm, iocum.
Eórum inuentu rés simitu péssumas pessúm dedi:
Íram, inimicitiám, maerorem, lácrumas, exilium, ínopiam,
Sólitudinem, stultitiam, exítium, pertináciam.

* * * * * * *

Dáte di quaeso cónueniundi mi éius celerem cópiam. 850

CHARINVS

Ápparatus sum, út uidetis. ábicio supérbiam:
Égomet mihi comés, calator, équos, agaso sum, ármiger:
Égomet sum mihi ímperator, ídem egomet mi oboédio:

Ritschelius. Hiatum defendit Lachmannus in Lucr. p. 195 erat, foris *Muellerus Pros. Pl. p. 708 inter alia* (Domi mi). erat *libri.* erat id *Guyetus* queritabam *C.* queritabam *ex* qteritabam *D.* querit abiam B^1. querit abi.i *cum ras.* B^2. quaeritabam: ibi *Camerarius.* foris quaeritabam *Acidalius* 846. amititiam *B.* amiciciam *FZ.* amicam *Guyetus* uoluptatem *Ritschelius dubitanter.* ciuitatem *libri, quod* = citatem *esse vult Kochius Nov. annal. vol. 103 (a. 1871) p. 828. Nec* salutem *nec* quietem *nec* aequitatem *nec* hilaritatem *placere annotat Ritschelius:* hilaritatem *Hermannus et Lachmannus* lętitiam *C.* leticiam *B.* letitiam *D* locum *F* 847. Eorum inuentu res simitu *Bothius:* Eorum inuenturus simitu *C.* Eorũ inuentũrus simitu *D* (sim itu D^2). Eorum inuenturus sim ita *Z et, nisi quod* sum, *F.* Eorum inuentu st sim tu *B, unde recentissima demum manu* simitu *factum.* Eorum inuentu res decem simitu *Camerarius.* Eorum inuentu res decem une (una?) *Guyetus* pessimas *Z* pessum dedi *BC.* pessumdedi *D.* pessundedi *FZ* *V. 848 849 sic constitui ex CDFZ, ubi tales sunt:* Iram inimicitiam (a *ex* ti *D)* merorem lacrumas exilium inopiam solitudinem ‖ Stultitiam exitium pertinaciam, *nisi quod* inimiciciam *FZ,* moerorem *Z,* lacrimas *C,* lachrumas *F,* lachrymas *Z,* stulticiam *CF,* pertinatiam *CD: nec differt B, nisi quod priori versui tria vocabula ex posteriore inculcata sunt, ut bis exhibeantur:* Iram inimititiam stultitiam exitium ptinatiam merorẽ lacrumas exiliũ inopiã ‖ Solitudinẽ stultitiam exitiũ ptinatiam, *quorum nominum tribus extremis omissis Camerarius effecit quod vulgabatur. V. 849 talem esse voluit Ritschelius:* Pertinaciam stultitiam exilium solitudinem *Post hos autem versus vidit Ritschelius intercidisse, quibus ad Charini mentionem sermo traduceretur* 850. diqęso *C* conueniundi *BF.* conueniũndi *C.* conueniędi (u *s.* ę) *D.* conueniendi *Z* mihi *BCD* 851. Cha. *om. Z* Apparatussum *C* ut ut *B* abiicio *FZ* 852. caltor *B.* clauator *Z, idque 'alibi legi' Pius dicit* ęquus *B.* equus *reliqui* agaso sum *Ritschelius.* agaso *CDF.* agasso *Z.* agas *B* ego equiso, ego agaso *Muellerus Pros. Pl. p. 681* armier *B.* armiger (g *s. v.*) *C* 853. sumihi *C* ego met *C* mihi *libri* oboedio *CD.* obędio *B.* obedio *FZ*

Égomet mihi feró quod usust. ó Cupido, quántus es.
Nám tu quemuis cónfidentem fácile tuis factís facis, 855
Eúndem ex confidénte actutum díffidentem dénuo.

EVTYCHVS

Cógito, quo nam égo illum curram quaéritatum.

CHARINVS

Cérta rest
Me úsque quaerere íllam, quoquo hinc ést abducta géntium,
Néque mihi ulla obsístet amnis néc mons neque adeó mare,
Néc calor nec frígus metuo néque uentum neque grándinem: 860
Ímbrem perpetiár, laborem súfferam, solém, sitim.

---

854. *Nonius p. 421, 20:* Cupidinem cum feminino genere dicimus, cupiditatem significamus ..... cum masculino, deum ipsum. Plautus Mercatore: 'Cupido quantus es' 859. *Nonius p. 191, 30:* Amnem masculino genere appellamus ..... feminino Plautus Mercatore: 'neque ..... mare' 860. *Nonius p. 200, 2:* Calor generis masculini ..... Neutri Plautus Mercatore: 'neque frigus neque calorem metuo' *Philargyrius ad Verg. Georg. II 344:* ... Vt Plautus: 'neque frigus neque calor metuo ..... grandinem'
862. *Verba* quiescam usquam noctu neque diu *exstitisse apud Nonium p. 98, 19 suspicatur Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15*

---

854. Ego met *C* usu st *B.* usu est *(ex* usust *m. 2) D* o Cupido *Camerarius.* occupido *B.* cupido *CDF.* cupidus *Z. cf. Nonii test.* 855. quem uis *B.* quaē uis *C* 856. exconfidente *C* diffidentem *(alt.* f *s. v.) C* 857. *Person. om. Z* quonam *BCD.* quoniam *F* ego *B, Bentleius Adelph. IV 2, 30. om. reliqui. Fallitur Kampmannus de reb. mil. p. 34* quęritatum *C* certa rest *Acidalius.* certarest *B.* certa res est *reliqui* 858. Meusque *B.* Mensque *Z.* Me usque quaque *Muellerus Pros. Pl. p. 559* querere *B.* querere *C.* quo quo *C.* quoquod *Ritschelius Nov. exc. p. 80.* quoquomque *Bergkius Beitr. p. 76* hinc est abducta *Bothius.* hinc abductast *BCD.* hinc abducta est *FZ.* ea hinc abductast *Ritschelius.* est hinc abducta *idem Muellerus eodem loco* 859. ulla mihi *Nonius* obsistet *B.* opsistet *C.* obsistat *DFZ.* obstauit *Nonius* neque mons *Z* neque adeo] atque adeo *Nonius* 860. Nec calor nec frigus metuo *BCD*[1], *Buechelerus de decl. p. 7, Gandino Rivista di fil. VI p. 468 sq.* Nec calorem nec frigus metuo *D*[2]*FZ.* Neque frigus neque calor metuo *Philargyrius.* Neque frigus neque calorem metuo *Nonius: idem Gruterus et teste Rutgersio Var. lect. V 17 Scaliger.* Nec calor nec frigus: metuo *Mercerus, Pareus, Ritschelius: quam sententiam impugnat Bergkius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 43* Frigus neque calorem metuo *scribens.* Nec calorem ac frigus metuo *Ussingius.* Neque frigus neque aestum metuo *Guyetus* 861. imbrem *ex* imbem *D*

Nón concedam néque quiescam haud úsquam noctu néque dius
Príus profecto quam aút amicam aut mórtem inuestigáuero.

EVTYCHVS

Néscio quoia uóx ad auris mi áduolauit.

CHARINVS

Ínuoco
Vós, Lares uiáles, ut me béne iuuetis.

EVTYCHVS

Iúppiter, 865
Éstne illic Charínus?

CHARINVS

Ciues, béne ualete.

EVTYCHVS

Heus, ílico
Stá, Charine.

CHARINVS

Quí me reuocat?

EVTYCHVS

Spés, salus, uictória.

CHARINVS

Quíd me uoltis?

(a. 1860) p. 440: Diu pro die ..... Titinius .... Plautus Mercatore: '[quiescam ..... diu. idem Casina] *e. q. s.* 864 sq. *Nonius p. 476, 6:* Tutant. Plautus in Mercatore: 'inuoco ..... tutetis'

---

862. considam *Palmerius* quiescam haud usquam *Muellerus Pros. Pl. p. 570 inter alia (*neque noctu *vel* umquam hodie *vel* neque noctu umquam *vel* cessabo*).* quiescam usquam *BCF.* quiescamus quam *D.* conquiescam usquam *Z.* quiescam cusquam *duce Bergkio Beitr. p. 119 Ritschelius Opusc. vol. III p. 143* dius D^1FZ. dnis *C.* dius D^2. uis *B.* interdius *Camerarius.* diu *Bothius: cf. Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 440 et Nov. annal. vol. 95 (a. 1867) p. 68, Bergkius Beitr. p. 79* 863. inuestiga uero *C* 864. *Hinc usque ad finem fabulae personarum notas plerasque omnes omittunt* CD^1, *quod in singulis versibus rarius notabo* cuia uox *CDFZ.* cui nox *ras. ex* cui noxa *B* ad auris *B.* adaures *C.* ad aures *DF.* ad aurem *Z* mihi *libri* 865. Lares *hic om. Z, collocat post* tutetis diales *Z, Nonius* bene iuuetis *Camerarius.* bene uiuetis *B.* bene tutetis *CDFZ, Nonius* bene *omisso* 866. Est ne *C* ille *FZ* *Inter* bene *et* ualete *spatium C.* bene ualete ciues *Guyetus* Heus ilico *Bothius.* Ilico *cum libris Ritschelius.* Isti ilico *Muellerus Pros. Pl. p. 653* 867. Quis *Ritschelius*

EVTYCHVS

Íre tecum una.

CHARINVS

Álium comitem quaérite.

Nón amittunt hí me comites quí tenent.

EVTYCHVS

Qui súnt ei?

CHARINVS

Cúra, miseria, aégritudo, lácrumae, lamentátio. 870

EVTYCHVS

Répudia istos cómites atque hoc réspice et reuórtere.

CHARINVS

Síquidem mecum fábulari uís, subsequere.

EVTYCHVS

Sta ílico.

Nám amicus tibi béneuolenti aduénio multum béneuolens.

CHARINVS

Mále facis, properántem qui me cómmorare: sól abit.

EVTYCHVS

Si húc item properés ut istuc próperas, facias réctius. 875

Húc secundus uéntus nunc est: cápe modo uorsóriam.

Híc fauoniús serenust, ístic auster ímbricus:

Híc facit tranquíllitatem, iste ómnis fluctus cónciet.

---

868. Iretecum *B* EV Spes *D: idem error v. 869 et 871: cf. v. 867* tecum una *vel* tecum. Char. Immo *Muellerus Pros. Pl. p. 653.* tecum Ch. *libri (cf. D)* aliuni *C* querite *(*ite *e corr.) C.* querite *D* 869. admittunt *Z* hi/// *(*c *eras. ut vid.) B, unde* his *Ritschelius.* hi *reliqui* Quisunt *C* ////me *B* ii *F* 870. miseria *(*i *post. s. v.) C* lacrume *D.* lachrume *F.* lachrymae *Z.* lacrum uel *B.* lacrime *cum spatio C* 871. hoc *(i. e.* huc*) libri.* huc *Lambinus* reuertere *C* 872. sub sequere *C* *Post* Sta *spatium C* 873. *Huc revocavit Ritschelius, qui in libris post v. 887 collocatus est talis:* Sta ilico *(*Studio *C)* amicus at uenio *(*atuenio *CD.* aduenio *FZ)* multum bene uoles *(*beneuolens *Z), ubi* beneuolens. Cha. Quid est *de suo Camerarius et* Nam *Ritschelius.* sta ilico *errore iterata sunt e fine superioris versus Cf. v. 887* tibi beneuolenti *addidit Ritschelius, qui adnotat. alia posse excogitari ut* tibi opitulatum 874. Malifacis *Z* commemorare *C ante ras.* solabit *BC* 875. Sihuc *C* properas *D* ut *om. Z* 876. Huc] Nunc *Z.* Hinc *F* *Ante* Cape *spatium BCD* 877. fauonius serenust istic *B.* serenus fauonius est hic *reliqui* *Post* auster *spatium C* imbricus *(*c *s. v.) C* 878. *Versum glossema esse antecedentis suspicatur Ladewigius Philol. vol. XVII (a.*

Récipe te ad terrám, Charine, huc: nám dextrorsum quíd uides?
Nímbus ater ímberque instant. spíce nunc ad sinísteram: 880
Caélum ut est splendóre plenum, nón ex aduorsó uides?

CHARINVS

Réligionem mi óbiecisti: récipiam me illúc.

EVTYCHVS

Sapis.

O Charine, cóntra pariter fér gradum et confér pedem.
Pórge bracchiúm.

1861) p. 479 coniciet *B* *V. 879—881 restitui ut potui: quos corruptissimos sic B exhibet:*

Recipite adterram charine huc non me exaduorso uides
Nubisater inberque instat aspiciae non adsinistram atque detis
Celum ut ē splendore plenum exaduorso uides

A quibus in his reliqui discrepant: 879. Recipite D^1. Re///spite D^2. Respue *F*. Respice *Z*, '*nonnulli libri mss.*' *Lambini*. Recipe te *Camerarius* ad terram *(x add. m. 2) D*. ad dextram *FZ*. ad dexteram *eidem illi Lambini* non ne *CDFZ* exaduerso *C*. ex aduerso *D* Respice ad dextram, Charine: nonne ex adu. u. *Ritschelius* 880. Nubis ater imberque *CD*. Nubis atra iberque *FZ*. Nubis ater imber ut *Guyetus*. Nubs ut atra atque imber *Ritschelius olim* aspice non at sinistera *C*. aspice ñ ad sinisteram *D*. aspice nunc ad sinistram *Z*. aspice ad sinistram *F*. iam ad sinistram respice *Guyetus*. nunc sinistrorsum aspice *Ritschelius olim* atque ut detis *CD* (= at que uidetis? *cf. v. 879)*. atque uides *FZ*. atque uide sis *Scioppius Susp. lect. III 11*. atque uidebis *Bothius octonarios procudens* Nubis atrae ut imber instat? spice nunc ad sinisteram *Ritschelius: cf. Beckerus Studemundi Stud. vol. I p. 286*. Nubes? ater imber instat. aspice nunc sinistera *Ussingius* 881. Cęlum *CD* ut splendore est *CDFZ* ex aduorso *(r s. v. C)* uides *huc illapsa ex v. 878 versus exitum expulisse, eiusque partem in fine v. 879* atque ut detis *servatam esse suspicatur Ritschelius* (uide sis atque innubilum*): qui iisdem verbis neglectis olim cogitabat de tali versu:* Caelum ut est splendore plenum, rursum ex auorso uides: *ubi* auorso *Bothius praeiverat.* atque claritudine *exitum esse voluit Ussingius. Ceterum duos versus Acidalius hos edolabat:* Recipe te retro, Charine, huc: non ex aduerso uides? Nubis atra imberque instat: coelum hic plenum splendoris est 882. *Personam om. DFZ: add. Saracenus* Relligionem *ex* Religionem *C*. Relligionem *DFZ* mi obiecisti *Ritschelius*. ilicobiecit *B*. illi obiecit *reliqui, nisi quod* obicit *Z*. obiecit illic *Bothius, pro quo debuisse eum saltem* illic mi obiecit *Ritschelius adnotat* illuc sapis *Z*. cui illuc sapis *F: corr. Saracenus* 883. garine *BC* etconfer *C* 884. *Vers. damnat Weisius* Porge *Ritschelius, Bentleius*. Porrige *libri* brachium *CDFZ* *Charini pers. inserit Ritschelius: om. libri* Prehende *Pylades*. prende *(pende B) libri*. en prende *Ritschelius*. cedo *(vel* ecce*)* prende *Muellerus p. 630* Eu. Teneo *Ritschelius*. Cha. Teneo *libri* Cha. Tene *Rit-*

CHARINVS
Prehende. iám tenes?

EVTYCHVS
Teneó.

CHARINVS
Tene.

EVTYCHVS
Quó nunc ibas?

CHARINVS
Éxulatum.

EVTYCHVS
Quíd ibi ut faceres?

CHARINVS
Quód miser. 885

EVTYCHVS
Né paue: restítuam iam ego te in gaúdio antiquo út sies.
Máxume quod uís audire, id aúdies.

CHARINVS
Quid ego aúdiam?

EVTYCHVS
Túam amicam —

---

schelius. Eu. Tene *libri, pro quo* Tu dic *excogitavit Ussingius mira arte* 885. *Eut. pers. add. Ritschelius: om. libri* Quod *B ante ras. CD* Quid ibi *B.* Quitibi *CD.* Quid tibi *FZ* ut faceres *Muellerus Pros. Pl. p. 654.* facer his *CD.* facere uis *BFZ.* facere is *Gruterus.* faceres *Lachmannus, Ritschelius.* facere *Bentleius* Quot *BD.* Quid *Z* miser *ex* miserst *rasura B.* miser st *C.* miserest *D.* miser est *FZ* 886. iam] tibi iam *D* in gaudio antiquo ut sies *Luchsius Hermae vol. 8 (a. 1874) p. 106 sq.* in gaudiantiq, ut sis *D.* ingaudi antiq, ut sis *C.* ingaudiantq, ut sis *B.* in gaudium utique ut sis *FZ, cum* maxime *iungentes.* in gaudia antiqua ocius *Ritschelius: cf. Opusc. vol. II p. 560.* in gaudia, antequam is. Cha. eo *Camerarius.* in gaudia antiqua ut sies *Pareus.* in gaudium antiquom et uetus *Kochius Em. Pl. p. 14.* in gaudia atque lubentias *Bugge Tidsskrift for Philologi vol. VI p. 9: cf. Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 562.* in gaudia antiqua, ut scias *Ussingius* 887. Maxime quod *B.* maxime *(in fine versus cum* ut sis *iunctum)* Quod *CD.* maxume. Cha. Quod *F et, nisi quod* maxime *et* Quid, *Z* it *C. om. B* audies *Camerarius.* audis *libri* Cha. Quid ego audiam *Ritschelius.* quod gaudeas *libri Eutycho continuantes Sequitur in libris, quem post v. 872 cum Ritschelio inseruimus: eundem talem huic loco vindicat Ussingius:* (quod gaudeas) Studiose adportans amicus uenio multum beneuolens 888. Eut. Tuam amicam *Camerarius (post* Cha. Quid est? *a se addita).* Tuam amicam *cum* beneuole(n)s *iungentes libri Cf. v. 181* Quid meam amicam? *Muellerus Nachtr. p. 105 abiectis eis quae Pros. Pl.*

CHARINVS
Quid méam amicam?
EVTYCHVS
Vbi sit, égo scio.
CHARINVS
Tune óbsecro?
EVTYCHVS
Sánam et saluam.
CHARINVS
Vbi eám saluam?
EVTYCHVS
Id quoque égo scio.
CHARINVS
Ego me máuelim.
EVTYCHVS
Pótin ut animo sís tranquillo?
CHARINVS
Quíd, si mi animus flúctuat? 890
EVTYCHVS
Égo istum in tranquilló quieto túto sistam: né time.
CHARINVS
Óbsecro te, elóquere propere eam úbi sit, ubi eam uíderis.

p. 176 adn. 653 coniecerat. Quid eam *(*Quideam *B.* Quidem eam *F) libri, Ritschelius* Quid eam? ubi ubist? Eu. Ego scio *Bergkius Ind. Hal. 1858/59 p. XIII* ubi sit] '*fort.* ubi ea sit' *Ritschelius* tunc obsecro *ras. ex* tuine obsecro *ut vid. B.* tume atumne obsecro *D.* tu me atumne obsecro *C (=* tu me at tumne *ut vid.).* Tune? autuma, obsecro *Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 461: at cf. Muellerus Pros. Pl. p. 654.* tu meam tune obsecro *F.* tun. eam tunc obsecro *Z.* tun. autem, obsecro *Bothius* 889. etsaluam *C* Id quoque ego *scripsi.* Quo ego *B, Ritschelius.* Ego *CDFZ.* Quo ego *codicis B suspectum esse annotat Ritschelius, intellegi posse negat Muellerus Pros. Pl. p. 654* mauelim *FZ.* mauetim *CD.* malim *B.* mauolim *Ritschelius* 890. tranquillo *ex* tranquillã *ras. B.* tranquillã *CD* si mi animus *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1861) p. 443. idem vel* sin animus *Bergkius Beitr. p. 120: idem denique tertius Bugge Tidsskrift for Philologi vol. VII p. 4: cf. Philol. vol. 28 (a. 1869) p. 562.* sint antimus *B.* sintantimus *C.* sint an///imus *D.* si animus *FZ.* si autem animus *Bothius, Ritschelius* fluctuant *BCD* 891. tibi istunc *cum Acidalio Ritschelius* in tranquillo quieto tuto sistam *Seyffertus Stud. Pl. p. 21.* intranquietu osistam *B.* in transquieto *(*intrans quieto *C)* tuto sistam *(*sis tam *C) reliqui.* in tranquillo et tuto sistam *cum Camerario Ritschelius.* in quieto tuto sistam *(et* tibi istunc*) Bugge Tidsskrift f. Phil. vol. VII p. 4 et Philol. vol. 31 (a. 1872) p. 248* netime *BC* 892. eloquere propere ea ubi *Ritschelius, quem*

Quíd taces? dic: énicas me míserum tua reticéntia.

EVTYCHVS

Nón longe hinc abést a nobis.

CHARINVS

Quín commostras, sí uides?

EVTYCHVS

Nón uideo hercle núnc, sed uidi módo.

CHARINVS

Quin me ut uideám facis? 895

EVTYCHVS

Fáciam.

CHARINVS

Longum istúc amantist.

EVTYCHVS

Étiam metuis? ómnia
Cómmostrabo. amícior mihi núllus uiuit átque is est
Qui íllam habet: nequést, quoi magis me mélius uelle aequóm siet.

---

eam *ponere debuisse docet Beckerus loco infra scripto.* loquere ubi *libri.* propere eloquere ubi *Ussingius.* loquere nunc ubi *Camerarius.* eloquere amicam ubi sit *Beckerus Studemundi Stud. p. 174* uederis *C* 893. dic] dic cur *F* dicenicas *et* memiserum *B* reticentia *Z.* recentia *reliqui.* tacentia *Muellerus Nachtr. p. 67 dubitanter* 894. abesta *///////* nobis *cum unius vel duarum litterarum rasura B.* abest *(e s. v.)* anobis *C.* abest *sine* a nobis *Camerarius* quin commonstras si uides *Guyeto duce Bothius.* quin ergo commonstras si tu uides *Z, et nisi quod* commostras, *F.* quin ergo cõmostras set ut uides *D.* quin ergo cõmostrasset *(sequitur spatium)* ut uides *C.* Cum ergo cõmostrasset ut uides *B* 895. sed uidi modo *FZ.* sit uidim *(*uidin *ex* uidim *ras. D)* modo *CD.* siuidit modo *B.* set modo uidi *Ritschelius* Quin me ut *Ussingius.* Quem ego *BCDZ.* Quin ego *F.* Quin me *Kienitz de part. QUIN p. 5 duce Kellerhoffio.* Ergo ego quin *Ritschelius* uideam *FZ.* uidea *D.* uideo *BC* 896. Faciam. Cha. Longum istuc *Pareus.* Faciamlon Cum istunc *B, (ubi* longin Cum *man. Camerarii), et nisi quod* cum, *CD cum lacuna.* Faciam. Ch. Longinquum istuc *FZ* *Eut. pers. om. B relicto spatio* Et iam *B* metuis? omnia *Lambinus.* metuis omnia *B.* metuis? Ch. omnia Eu. *Acidalius.* emutuis omnia *CD.* emutis omnia *FZ* 897. Cõmonstrabo *Z.* Cõmostrabo *F.* Conmonstrabor *CD.* Cha. Cum monstrabor *B* atque ut *D* 898. neque est *libri* quoi *Pius.* qui *CDFZ.* cum *B* me melius uelle *Guyetus.* me uelle me melius *BCD.* me uelle melius *FZ* equom *CD.* aequum *FZ* sient

CHARINVS

Nón curo istunc: dé illa quaero.

EVTYCHVS

Dé illa ergo ego dicó tibi.

CHARINVS

Díc igitur, ubi illást?

EVTYCHVS

In nostris aédibus.

CHARINVS

Aedís probas, 900

Sí tu uera dícis, pulcreque aédificatas árbitro.

Séd qui ego istuc crédam? uidisti án de audito núntias?

EVTYCHVS

Égomet uidi.

CHARINVS

Quís eam adduxit ád uos?

EVTYCHVS

Hem quid íd rogas?

BCD 899. *Char. pers. om. B* Non curo istunc: de illa *Ritschelius.* Nunc curam de istuc ulla *B.* Non curã deistuc ullã *CDZ.* Non curam de istuc illam *F.* de istoc ullam *e 'codd. ant.' affert Pius.* Non curo istuc: illam *Camerarius.* istunc *iam Acidalius commendabat* quero *CD* Deilla *BC* *Sequitur in libris quem Ritschelius suasore Acidalio post v. 921 traiecit: quem talem olim huic loco vindicabat Ritschelius:* Sane hoc non in mentem uenit dudum ut reperirem tibi*: pro quibus Ussingius haec commendat:* Sane hoc non in mentem uenit dudum ut obicerem moram*: delet Weisius. De libris cf. infra* 900. illa est *libri* Innostris *BC* edibus nostris *F'* aedibust *Bothius: cf. Muellerus Pros. Pl. p. 54* Euge aedis *Lachmannus* 901. Situ *C* pulcreque *Camerarius.* pulchre *libri.* et pulchre *Pylades* arbitro *BC.* arbitrio D^1. arbitror D^2EZ *Cf. de hoc v. Muellerus Pros. Pl. p. 559* 902. qui *Pylades.* quid *libri* uidisti? an de audito *Guyetus.* uidistis ante audito *BCD.* uidistin an tu audito *F'.* antu audito *etiam Pii 'prisca exemplaria'.* uidistin? an tu: audio *Z.* uidistin? an de auditu *Camerarius: ubi* audito *Gruterus* nuntias *F.* nuncias *Z.* inocias *B.* inotias *CD* 903. Egomes CD^1 ad *B, 'prisca exemplaria Pii'. om. reliqui* EV *ex* CHA *B* Hem quid id *scripsi.* Inique *libri.* Em, inique *Ritschelius.* Ah inique *Brixius Emend. in Capt. p. XVII.* Vt inique *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 443.* Enim inique *Bothius.* Quis? inique *duce Acidalio Guyetus. Displicere* pol *vel* at inique *annotat Ritschelius.* Haud aeque *Schneiderus gramm. lat. I p. 568*

Sequitur in libris, quem hinc semotum ab Acidalio post v. 911 posuit

Quíd tua refért, quicum istuc uénerit?

CHARINVS

Dum istíc siet.

EVTYCHVS

Ést profecto.

CHARINVS

Opta érgo ob istunc núntium quiduís tibi.

EVTYCHVS

Quíd, si optabo?

CHARINVS

Deós orabo, ut éius faciant cópiam.

EVTYCHVS

Dérides?

CHARINVS

Seruáta res est démum, si illam uídero.
Séd quin ornatum húnc reicio? heus, áliquis actutum huíc foras
Éxite, illinc pállium mi ecférte.

EVTYCHVS

Em, nunc tu mihi places.

CHARINVS

Optume aduenis: cape, puere, chlámydem atque istíc sta
ílico,

[illegible]

Vt, si haec non sint uéra, inceptum hoc ítiner perficere éx-
sequar.
Véra dicis?

EVTYCHVS

Níl, Charine, té quidem quicquám pudet.
Nón mihi credis?

CHARINVS

Ómnia equidem crédo, quae dicís mihi:
Séd quin intro dúcis me ad eam, ut uídeam?

EVTYCHVS

Paulispér mane.

CHARINVS

Quíd, manebo?

EVTYCHVS

Témpus intro eúndi non est.

CHARINVS

Énicas. 915

EVTYCHVS

Nón opust, inquám, nunc intro te íre.

CHARINVS

Respondé mihi:
Quá causa?

EVTYCHVS

Operae nón est.

CHARINVS

Cur?

EVTYCHVS

Quia nón est illi cómmodum.

sta *Camerarius.* sat *BCD.* sine *FZ: quod decepit Handium p. 464* 911. hęc *C* sit *B* incoeptum *C.* incęptum *D* itinere *BCD* exequar *CDFZ* *V. 912 huc reposuit Bothius in libris collocatum post v. 903: post v. 936 collocabat Acidalius* Cha. Vera *BFZ* Nihil *libri (pers. om. D)* carine *B* quidem *om. FZ (habent etiam Pyladis codices)* quic quam *C* 913. EV Non *BD* ęquidem *B* quae dicis *Z.* que edicis *F.* quia edicis *BCD* tibi *B* 914. quin] cum *B* introducis *BD* adeam *et* utuideam *C* 915. Quin *F* intro eundi non est *Ritschelius.* non est intro eundi *(introeundi B) libri* 916. opus est *libri* intro te ire Ch. Responde *(m. 2 ex* intro tę ire res Cha. sponde*) D.* intro te ire res *(sequitur spatium)* ponde *(d s. v.) C.* introi re *(ex* introire *ras.)* res Cha. Ponde *B* 917. Eu. *eras. initio B* Eu *ex* Cha *corr. B* opere *Z* commodi

CHARINVS

Ítane? commodum ílli non est, quaé me amat, quam ego
cóntra amo?
Ómnibus me lúdificatur híc modis. ego stúltior,
Quí isti credam, quóm moratur. chlámydem sumam dénuo.

EVTYCHVS

Máne parumper átque hoc audi.

CHARINVS

Cápe sis, puer, hoc pállium.

EVTYCHVS

Sáne hoc non in méntem uenit dúdum ut tibi concréderem.
Máter iratást patri ueheménter, quia scortúm sibi
Ób oculos addúxerit in aédis, dum ruri ípsa abest:
Súspicatur íllam amicam esse ílli.

CHARINVS

Sonam sústuli.

EVTYCHVS

Eám rem nunc exquírit intus.

CHARINVS

Iám machaerast ín manu.

BCD 918. nonest *C* que *C* contra amo *FZ.* contra iam *B.* contraham *CD* 919. me ludificatur hic *Gulielmius.* hic ludificatur *(sequitur spatium in C)* me *libri* Omnimodis hic ludificatur me. Sed sumne ego stultior *Muellerus Pros. Pl. p. 54* dolis *FZ* stultitior *B* 920. Qui *B. Pius.* Quid *reliqui* istic redam *B.* istic reddam *CD* quom moratur *Ritschelius.* commoratur *libri.* qui moratur *Ritschelius in adnotatione.* commoratori *Ussingius correpta ut ait prima syllaba* clamidem *BCD* 921. hoc *Z.* hęc *BCDF* puere *Muellerus Nachtr. p. 140* 922. *Hic repositus de sententia Acidalii, in libris post v. 899 collocatus* *Eut. pers. om. libri* inmentem *C* ut tibi concrederem *Ritschelius.* ut tibi *B.* ut ob *CDFZ.* ut obeo *'codd. antiqui' Pii.* ut oblitum *Saracenus.* ut urbem obambulo *Pylades.* ut tibi dicerem *Camerarius: cf. v. 899* 923. mater *DFZ.* Mane *B. om. C* irata est *libri* 924. ob oculos *Z.* Oboculis *BC.* Ob occulis *D.* ab oculis *F* abduxerit *F* inaedis *C* 925. *Pro personarum notis in hoc et proximo versu spatia vacua* *B* Ch. Zonam *Pio Saracenoque ducibus Pylades.* Sonam *BCDZ.* Senam *F* 926. Eu. Eam *Pio Saracenoque ducibus Pylades.* Eam *libri* *Post* exquirit *spat. C, quod ante* Iam *deest* Iam machaerast *Z.* Iam macharast *CD.* Iam macharest *B.* Iam macherast *F*

EVTYCHVS

Núnc eo si te íntro ducam —

CHARINVS

Tóllo ampullam atque hínc eo.

EVTYCHVS

Máne, mane, Charíne.

CHARINVS

Gerrae: síc me decipere haúd potes.

EVTYCHVS

Néque uolo edepol.

CHARINVS

Quín tu ergo itiner éxsequi meum mé sinis?

EVTYCHVS

Nón sino.

CHARINVS

Egomet mé moror. tu púere, abi hinc intro ócius. 930
Iam ín currum conscéndi, iam lora ín manus cepí meas.

---

929. *Nonius p. 482, 15:* Itiner dictum pro iter . . . Plautus in Mercatore: 'quin tu . . . sinis' *Priscianus VI 36 (Gr. l. II p. 229, 1):* dicimus . . . huius itineris, quamuis antiqui et 'hoc iter, iteris' et 'hoc itiner, itĭneris' dixerunt. Plautus in Mercatore: 'quin tu . . . sinis' 930. *Priscianus VII 17 (Gr. l. II p. 301, 1):* Notandum tamen, quod Plautus a 'puer' nominatiuo uocatiuum 'puere' dixit in Mercatore: 'egomet . . . ocius'

927. *Eut. pers. om. B* Nunc eo si te *Ritschelius.* Nam scio te *B.* Nam si eo te *reliqui.* Nam si eo te nunc *Camerarius.* Nam si eo ted *Bothius* . introducam *BCD* ampullũ *B.* ampulam *Z* 928. Heus mane, mane Charine *Bothius.* Heus mane mane Charine, heus *Guyetus* charine *(*ine *m. 2 ex* e*) D* Gerrae: sic me decipere haud potes *Schoellius.* Erras: me decipere haud potes *(*potest *BC) libri.* Erras. me iam decipere haud potes *Guyetus.* Erras. me decipere non potes *alii teste Ritschelio.* Erras: me decipier haud potest *Ritschelius.* Erras: memet decipere hau potes *Niemeyer de Plaut. fab. dupl. rec. thes. III.* Ne erres: tu me *(vel* me hodie*)* decipere haud potes *Muellerus Pros. Pl. p. 655.* Erras: me decipere es haud potis *Bergkius Ind. Hal. 1858/59 p. VII*

929. uolo edepol *CDFZ.* edepol uolo *B* ego *Nonii cod. Paris. 7667 et Colbert.* iter *B* exequi *CDFZ* in eum ne *Nonii cod. Paris. 7667* meum *ex* metum *ras. B* meum me sine *Nonii cod. Colbert.* finis *D.* sines *editiones Nonii ante Quicheratum* 930. Nonsino *C* Egomet me moror *Bothius.* Egomet memor *Priscianus.* Ego me moror *BCDZ.* Egone moror *F* puere *CDF, Priscianus.* puer *BZ* 931. cursum *B* conscendi *FZ.* escendi *CD, Scioppius Susp. lect. I 21.* uescendi *B* iam hora *B.* lora iam *Lachmannus*

EVTYCHVS

Sánus non es.

CHARINVS

Quín pedes uos ín curriculum cónicitis
Ín Cyprum rectá, quandoquidem páter mihi exiliúm parat?

EVTYCHVS

Stúltus es. noli ístuc quaeso dícere.

CHARINVS

Certum éxsequist,
Óperam ut sumam ad péruestigandum, úbi sit illaec.

EVTYCHVS

Quín domist. 935

CHARINVS

Nam híc quod dixit, íd mentitust.

EVTYCHVS

Véra dixi equidém tibi.

CHARINVS

Iám Cyprum uení.

EVTYCHVS

Quin sequere, ut íllam uideas quam éxpetis.

CHARINVS

Pércontatus nón inueni.

EVTYCHVS

Mátris iam iram néglego.

CHARINVS

Pórro proficiscór quaesitum. núnc perueni Chálcidem.
Vídeo ibi hospitém Zacyntho: díco quid eo aduénerim: 940

---

inmanus *BC* cępi *CD* 932. incurriculum *C* coniicitis *FZ.* coicitis *Ritschelius: at cf. Rud. 769, Asin. 817, Beckerus Quaest. p. 26, Kampmannus de IN praep. p. 35, Lachmannus in Lucr. p. 188*

933. Incyprum *C.* In cyprym *D* quando quidem *C* mihi pater *Guyetus* exsulium imperat *Pareus* 934. quęso *C* dicere ei *Muellerus Pros. Pl. p. 24.* dicere. Cha. Ah *Ussingius* exsequi st *B.* exse quist *C.* exequi est *(m. 2 ex* exequist*) D.* exequist *FZ*

935. summa *Z* aduestigandum *B* sit illec *Z.* illec sit *F*

Eut. pers. et proximo v. Char. om. B sine spatio domi st *B.* domi est *(ex* domist *m. 2) D* 936. hic *B.* id *reliqui* mentitum est *(ex* mentitust *m. 2) D.* mentitũ st *BF* dico *FZ* 937. uideàs *C* 938. Perconctatus *Scutarius.* Percunctatus *BCDZ.* Percunctatus est *F* negleglo *B.* negligo *F* 939. proficis cor *C.* proficiscar *Weisius cum aliis.* quesitum *D.* q, situm *C* calcidem *CDF*

940. ibi *om. Z.* ubi *DF* zacynto *BC.* zacincto *D.* hiacyntho *F*

Rógito quis eam auéxerit, quis hábeat, si indaudíuerit.

EVTYCHVS

Quín tu istas omíttis naugas ác mecum huc intro ámbulas?

CHARINVS

Hóspes respondít Zacyntho fícos fieri nón malas.

EVTYCHVS

Níl mentitust.

CHARINVS

Séd de amica se índaudiuisse aútumat
Híc Athenis ésse.

EVTYCHVS

Calchas íste quidem Zacýnthiust. 945

CHARINVS

Náuem conscendó, proficiscor ílico: iam súm domi,
Iám redii de exílio. salue, mí sodalis Eútyche.
Vt ualuisti? quíd, parentes meí ualent? tam grátiast:

---

quideo *B*. qui deo *C*. quid ibi *F* 941. Rogito *Pius*. Cogito *libri* auexerit *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 434*. uexerit *libri* si indaudiuerit *Camerarius*. si ibi (siibi *D*. si Ibi *C*) inde audiuerit *libri*. si ibi inaudiuerit *Pylades* 942. Quintu *C*. Cum tu *B* naugas *C*. nugas *reliqui* 943. redit *corr. in* respondit *D* zacintho *(cum vacuo spatio circ. 4 litterarum ante eam vocem) B*. zacinto *D*. zazy̅no *C*. hiacyntho *F*. Zacynthi *Ussingius* 944. Eu. *om. etiam B* Nihil *libri* mentitus est *libri* *Pro* Cha *spat. etiam B* se indaudiuisse *Ritschelius*. se indaudiissē *D*. se inaudiissē *C*. se inaudisse *BZ*. se audisse *F*. sese inaudisse *Camerarius*. indaudisse se *Bothius, Fleckeisenus Exerc. p. 44* autumant *BCD* 945. *Pro* Eut. *spat. B* Hic *suspectum: nondum est Athenis* Calchas *Camerarius*. Calcas *BDF*. Callas *C*. Chalcas *Z*. Calcast *(et* Zacintius*) Bergkius Beitr. p. 32* zacyntiust *C*. zacyntu st *B*. zacinctiust *ex* zacinctust *D*. zacynthust *Z*. hiacynthust *F* 946. *Char. pers. om. etiam B* proficis cor *C* iam *FZ*. ea *BCD* 947. Eu. *praem. B* redii de exilio *Ritschelius*. redi exilio *libri*. redii exilio *Pylades et* Iam iam *geminans Bothius*. rediui exilio *coni. Camerarius*. redii ex exilio *cum Kampmanno de reb. mil. p. 33 Fleckeisenus Exerc. p. 11* CHA salue *B* salue, mi *Guyetus*. salue mihi *libri, Ritschelius: at cf. Brixius Philol. vol. 12 (a. 1857) p. 657* eutice *BCD* 948. quid, parentes mei ualent? tam gratiast: *Ritschelius*. quid parentis metuat mater dati *libri, nisi quod* parentes *FZ*, mat̄ *CD*. quid parentes mei? ualent? tibi gratia est *Pylades*. quid parentes? quid tua mater? satin bene? *Pius*. quid, parentes mei ualent? coena dabitur *Camerarius*. quid parentes? mecum ad matrem cedito *Bothius*. quid, parentes mei ualent? Tu ad matrem adi *Weisius*. quid parentes mei? ualent mater pater? *Bugge Opusc. ad Madvig. p. 157*. quid parentes mei, tua mater et pater *(vel*

Béne uocas, benígne dicis. crás apud te, núnc domi.
Síc decet, sic fíeri oportet.

EVTYCHVS

Éia, quae mihi sómnias. 950
Híc homo non sanúst.

CHARINVS

Medicari amícus quin properás mihi?

EVTYCHVS

Séquere sis.

CHARINVS

Sequór.

EVTYCHVS

Clementer quaéso: calces déteris.
Aúdin tu?

CHARINVS

Iam dúdum audiui.

EVTYCHVS

Pácem componí uolo
Méo patri cum mátre: nam nunc éist irata —

CHARINVS

Í modo.

EVTYCHVS

Própter istanc.

---

quid parentes? uiuont mater et pater) *Redslobius Symb. crit. p. 6. 'Tamquam respondentem audire Eutychum Charinus sibi videtur: ipsa responsa non dantur' Ritschelius* 949. benignę dicis *CD.* benigna aedicis *B* eras *Z* nunc *Pius.* non *libri* 950. Sic *Pius.* Si *libri* (Sidecet *C)* fierit *B* Eia quae mihi somnias *scripsi.* Eloquenisomnias *B.* Eloque ni somnias *D.* Eloqueni somnias *C.* Eloque insomnias *F.* io. quę insomnia *Z.* Eho quae tu somnias *Camerarius: ubi* ehodum quae *Guyetus.* eloquere an tu somnias *Bothius.* Eho tu, quin tu somnias *Ritschelius.* Eia, quae mihi somnias *Ussingius.* Eho tu, loquere in somniis *Kochius Em. Pl. p. 14* 951. non sanust *Guyetus.* non sanus *CDFZ.* insanus *B.* non sanus est *Pylades.* insanust *Bothius* *Pro* Cha *spatium etiam B* amicis *F* properas mihi *Ritschelius.* properas *libri. Fortiore medicamento* amicus quin properas medicarier *Bothius, Hermannus* 952. Eu. *om. B* Sequere sis *F, Pius.* Seque res es *B.* Seque reses *C.* Sequereses *D.* Sequere scis *Z* quęso *C.* queso *BD* *De versibus 953—956 cf. quae disputavi Mus. Rhen. vol. 31 (a. 1876) p. 635 sqq.* 953. Audintu *C* *Ante* uolo *spatium C* 954. eist irata *Muellerus Pros. Pl. p. 655.* est irata *libri.* iratast ei *Ritschelius* Imodo *C.* modo *Z* 955. *Eutychi personam praemittunt B, Pylades. om. CDFZ* Quintu *BC* istanc modo *FZ*

CHARINVS

Í modo.

EVTYCHVS

Ergo cúra.

CHARINVS

Quin tu ergo í modo: 955
Tám propitiam réddam, quam quom própitiast Iunó Ioui.

DEMIPHO. LYSIMACHVS

DEMIPHO

Quási tu numquam quícquam adsimile húius facti féceris.

LYSIMACHVS

Édepol numquam: cáui ne quid fácerem. uix uiuó miser:
Nám mea uxor própter illam tóta in fermentó iacet.

DEMIPHO

Át ego expurigátionem habébo, ut ne suscénseat. 960

LYSIMACHVS

Séquere me. sed éxeuntem fílium uideó meum.

---

956. Eu. Tam *Z* propiciam *et* propicia *Z* quam *(4 litt. erasae)* ppicia est *B.* quam cum propitia est *reliqui*

Act. V sc. 3 DEMIPHO · LISIMACVS · SENES · II · *B et, nisi quod* LYSIMACHVS, *C.* DEMIFO LYSIMACVS II D^2. *om.* D^1 *'Ab initio Demiphonis et Lysimachi sermones haud adeo paucos intercidisse apparet: sed non tales quales adduntur vulgo' Ritschelius: quam sententiam impugnavit Spengelius Plautus p. 47, vix, opinor, recte* 957. Quasi si *vel* consimile *vel* huiusce *(cum Lachmanno) inter alia multa Muellerus Pros. Pl. p. 559 hiatum vitiosum remoturus* nunquam *CD V. 958sq. hoc ordine Acidalius posuit: inverso libri* 958. LY. *om. libri* Ego pol *Seyffertus Philol. vol. 25 (a. 1867) p. 462, Kellerhoffius l. s. s. p. 70* nequid *BC* facerem. uix uiuo miser *Ritschelius, Brixius Emend. Pl. ed. a. 1854 p. 3.* facerem uix uiuum ser CD^1. facere multũ miser *B.* facerem. uix uiuus sum miser D^2FZ. facerem. uix uiuus miser *vulgo.* facerem qui fierem miser *Ussingius* 959. *Lys. pers. praem. libri* propter ellam D^2. propte ellam CD^1. prope illam *B* toto *F* infermento *BC* 960. At ego *F.* At ḡ *B.* At ergo *CDZ.* At ego eam *Camerarius.* Ast ego *Bothius, 'quod non debebam probare Parerg. p. 516' Ritschelius* expurigationem *Ritschelius.* expurgationem *libri* succenseat *Z.* subcenseat *F* 961. *Lys. pers. om. libri* ex^e^untem *C*

Sequuntur in B quattuor versus vacui

EVTYCHVS. LYSIMACHVS. DEMIPHO

EVTYCHVS

Ád patrem ibo, ut mátris iram síbi esse sedatám sciat.
Iám redeo.

LYSIMACHVS

Placét principium. quíd agis? quid fit, Eútyche?

EVTYCHVS

Óptuma opportúnitate ambo áduenistis.

LYSIMACHVS

Quíd reist?

EVTYCHVS

Vxor tibi placáta et placidast. cétte dextras núnciam. 965

LYSIMACHVS

Dí me seruant.

EVTYCHVS

Át pol tibi amicam ésse nullam núntio.

---

965. *Erant qui huc referrent Cledonii verba haec (Gramm. lat. V p. 59, 22):* [cedo] in plurali facit cette, ut Plautus in *(nomen fabulae intercidit)*: 'cette patri meo' *Eadem Plauto tribuit Pompeius (Gramm. lat. V p. 240, 23), Terentio Alcuinus p. 2118 P., non e Plauto adfert Nonius p. 84:* cette *e Plauto profert Phocas (Gramm. lat. V p. 436, 16), e Plauto et antiquis comoediographis Marius Plotius [M. Claudius] Sacerdos II (Gramm. lat. VI p. 490, 20: cf. Probus Gramm. lat. IV p. 38, 15), e veteribus Sergius Explan. in Donat. II (Gramm. lat. IV p. 551, 33)*

Act. V scaen. 4 EVTICVS ADOLESCENS SENES IDEM · *B.* EVTYCHVS ADVLESCENS EIDEM C · *C.* EVTICVS ADOŁ CHA *D*[2]*: om. D*[1] *V. 962 sq. hoc ordine Pylades et Acidalius: inverso libri* 962. E *praem. B,* EV *D*[2]*FZ* Appatrem *C.* Adpatrem *ex* Appatrem *D.* Ap patrem *Bergkius Ind. Hal. a. 1858/59 p. V* sedatam] securam *Camerarius* 963. EV Iam *B. pers. erasa D* credo *Z* LY] DE *B. om. FZ sine spatio* fiet *B* eutiche *B.* eutice *CDFZ* 964. EV *eras. in B: om. CDFZ* Optimã *B.* Optima *reliqui* oportunitatem *BCD* aduenistis *Camerarius.* ut uenistis *B.* aut uenistis *CD.* autem uenistis *FZ.* atuenistis *Ritschelius* rei est *libri* 965. placata et placida est *Bothius.* placida et placatast *(*pacatast *D) libri* cette *Camerarius.* certe *libri: cf. testimonia. Nugatur Handius Turs. II p. 14* nunciam *Z.* nunc iam *reliqui* 966. *Aut* te *pro* me *hoc versu, aut proximo* me *pro* te *Acidalius* At pol tibi amicam *scripsi.* Tibi amicam *libri.* Tibi iam amicam *Ritschelius.* At tibi amicam iam *Muellerus Pros. Pl. p. 560* nullam esse *Z* Tibi uero esse nullam amicam *Lachmannus* nuncio *DZ*

DEMIPHO

Dí te perdant. quíd negotist nám quaeso istuc?

EVTYCHVS

Éloquar.

Ánimum aduortite ígitur ambo.

LYSIMACHVS

Quín tibi ambo operám damus.

EVTYCHVS

Quí bono sunt génere nati, sí sunt ingenió malo,
Suápte culpa dámnum capiunt, génus ingenio quom ím-
probant. 970

DEMIPHO

Vérum hic dicit.

LYSIMACHVS

Tíbi ergo dicit.

EVTYCHVS

Éo illud est uerúm magis.

Nám te istac aetáte haud aequom fílio fuerát tuo
Ádulescenti amánti amicam erípere emptam argentó suo.

---

967. Dite *C* qui *vitium Gronovianae* negotiiẽ *B.* negotii est *D.* negocii est *CFZ* quęso *C.* queso *BD* 968. LY.] DE *B.* EV *D*² Quid *B* 969. LY *praem. D*² si sunt *Camerarius.* sunt *BC. om. DFZ.* si fiunt *Guyetus simul* genio *scribens* 970. damnum capiunt *Ritschelius,* genere *e v. 969 irrepsisse ratus.* genere capiunt *libri:* genere cedunt *vel (*Sua se culpa*)* genere excipiunt *Ussingius* ingenio cum *Ritschelius.* ingenium *BCDZ.* ingenuum *F.* ingenio si *(vel* ubi*) Ritschelius in adnot.* ingeniod *idem Nov. exc. p. 70* improbant *B.* [i]probant *C.* [in]probant *D* Suapte culpa genere capiunt, genus ingenuum improbant *Camerarius. Vbi* cupiunt *Scaliger ascripsit (idem Camerarius*²*),* capiuntur *idem commendavit in Varr. rer. rust. II p. 242 ed. Steph.* Suopte culpam generi capiunt *Salmasius et* faciunt *substituto Guyetus:* geniumque ingenuum *idem,* genus ingenio *Lipsius. Alia aliis ineptiora alii: quorum honorificae mentioni Taubmannus consuluit: velut quod Colvius* degeneres absunt *scripsit, cuius sententiam, non verba probat Ussingius. Nihil viderunt Rostius Opusc. p. 130 sq., Lingius de hiatu p. 28* 971. dicit hic *Camerarius Eut. pers. inserunt D*²*Z* ergo] hercle *Ritschelius: cf. Langenus p. 239* DE. *D*²*FZ* illud est uerum *BCDF.* illud uerum est *Z.* id uerum est *Bothius.* uerum est *Guyetus. Longe a vero Lomanus p. 55 aberrat* 972. EV. *praem. D*²*FZ* aetatẽ *CD.* ętatẽ *B* equom *B.* ęquum *CD* filio fuerat *Bothius.* fuerat filio *libri* 973. Adolescenti *DZ* eripere emptam argento *Weisius, Ritschelius: 'quamquam* eripere argento emptam *cum Lachmanno vel* emptam eripere argento *licebat' Ritschelius.* emptam argento eripere *BCDZ.* emptam argento

DEMIPHO

Quíd tu ais? Charíni amicast ílla?

EVTYCHVS

Vt dissimulát malus.

DEMIPHO

Ílle quidem illam sése ancillam mátri emisse díxerat. 975

EVTYCHVS

Própterea igitur tú mercatu's, nóuos amator, uétus puer?

LYSIMACHVS

Óptume hercle: pérge porro: ego ádsistam hinc altrínsecus.
Quíbus est dictis dígnus, usque onerémus ambo.

DEMIPHO

Núllus sum.

LYSIMACHVS

Fílio suo qui ínnocenti fécit tantam iniúriam.

EVTYCHVS

Quém quidem hercle ego éxulatum quom íbat, reduxí domum. 980

DEMIPHO

Num íbat exulatum? an ábiit?

977. Altrinsecus *ex hoc loco profert gloss. Plaut.: cf. Ritschelius Opusc. vol. II p. 257*

redimere *F* 974. charini *B*, *Pius.* charine *CDZ.* charino *F* amicastilla *B.* atnicast illa *C* EV *ex* LIS *B* 975. matrie misse *C* 976. mercatus *libri* nouus *libri* 977. Cha. *praem.* D^2FZ Optime *Z* perge porro *Ritschelius.* perge *libri.* perge perge *Guyetus* ergo (r *s. v.*) *C* assistam *FZ* altrinsecus *F*, *codd. Pyladis, gloss. Plaut.* alterin secus *B.* alter insecus *C.* alterinsecus *D.* alternis cęcus *Z* 978. oncremus *C* 979. *Lysimacho tribuit Camerarius, quem libri Eutycho: libros def. Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 478* *Ante* tantam *spatium C* Iniuriam *(non* iniuriam*) B* 980. EV *praem. solus* D^2*: reliqui Eutycho continuant: cf. v. 979* exulatum quom ibat *scripsi.* in exilium (inaexilium *C*) cum iret *libri: quod falsum esse docuit Luebbertus de Quom p. 89.* hodie peregre *(vel* peregre e patria*)* quom iret *Ritschelius exempli causa.* hodie e patria profugum *exempli causa Luebbertus l. s. s. Cf. Muellerus Pros. Pl. p. 757.* in exilium ne iret *exspectat Ussingius* redduxi *Ritschelius* *V. 981—983 sic reconcinnavi, qui tales sunt in B:*

Nam exibat exiliũ DE An abiit EV Et iam loquere larua
Temperare istac aetate istis decet te artibus
DE Fateor deliqui ꝑfecto EV Et iam loquere larua
Vacuum esse istac ętate diis decebat noxiis

EVTYCHVS

Étiam quaeris, ínprobe?

DEMIPHO

Fáteor, deliquí profecto.

LYSIMACHVS

Étiam loquere, lárua?
Témperare istác ted aetate hís decebat nóxiis.
Ítidem ut tempus ánni, aetatem aliam áliud factum cóndecet.
Nám si istuc iuus ést senecta aetáte scortarí senes, 985
Vbi locist res súmma nostra pública?

DEMIPHO

Ei perií miser.

A quo exemplo reliqui ita discrepant. 1. Nam ibit exulatum *CD.* Nam ibat exulatum *FZ* EV Etiam *CDFZ.* LY. etiam *Gruterus* 2. aetate *D* decete *C* 3. DE *om. CD*[1] EV] *spat. CD*[1] Etiam *CDFZ* 4. te detate *C.* ted etate *D.* te etate *FZ* his decebat *DF.* his dicebat *C.* hic decebat *Z* *Quae ex his prodierunt:*

DE. Num ibat exulatum? an abiit EV Etiam ******
DE. Fateor deliqui profecto. EV. Etiam loquere larua?
Temperare istac aetate istis decet te artibus
Vacuum esse istac ted aetate his decebat noxiis

Oculi a primo in secundum v. abierunt, ad tertium perrexerunt, denique secundum respexerunt. Praeterea haec adnotanda sunt: 981. *Vitium in iteratis esse vidit Osannus Anal. p. 202 nihil ultra suspicatus* *Integrum librorum v. servat Ritschelius* 982. *Vers. delet Ussingius* *Verba* Fateor: deliqui profecto *Ritschelius ceteris abiectis post v. 986 ponit lacunam statuens, quam sic explet* quom redemi illam mihi Lys. Etiam *Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 478.* Eut. Etiam *BD*[2]*FZ* 983. *Duo versus in unum sicut feci contraxit Ritschelius.* Temperare istac aetate istis decebat te artibus *Pylades et* iis decebat *sine* te *Camerarius: cf. Bergkius Beitr. p. 40* Temperare istac aetated his *(vel* is*)* decebat noxiis *Ritschelius Nov. exc. p. 59 sq.: cf. p. 7. 31. 74: quem contra vide Muellerum Nachtr. p. 74 sq.* istac aetate te his *Umpfenbachius Melet. Pl. p. 44* *Sequitur apud Ritschelium v. 987 uncis inclusus* 984. aetate aliam *BD.* etate aliam *C.* aetatem aliam *FZ* condecet *Lachmannus in Lucr. p. 64.* conuenit *libri.* *Ceterum hunc v. damnat Guyetus* *Versum e duobus coaluisse velut talibus:* Itidem ut anni tempus [operam aliud aliam postulat, ‖ In hominum uita] aetati aliae aliud factum conuenit *suspicatur Ritschelius* 985. istuc iuus est *CD.* istu cuius est *B.* istuc iuuisset *FZ.* istuc iuus sit *Ritschelius* *Vocem* senecta *addubitat Niemeyerus de Plaut. fab. rec. dupl. p. 54, ubi* decrepita *vel* capulari *exspectat* senex *Z.* patres *Ritschelius* 986. locist res *Fleckeisenus Exerc. p. 17.* locis tres *BCD.* loci res *FZ et* est *addito Camerarius* loci siet summa *sine* nostra *Ritschelius* puplica *C* Eiperii *C.* Hei perii *FZ*

[Ádulescentes réi agendae isti mágis solent operám dare.]
Iam óbsecro hercle habéte uobis cúm porcis, cum físcina.

EVTYCHVS

Rédde filió.

DEMIPHO.

Iam eam ut uolt pér me sibi habeát licet.

LYSIMACHVS

Témpere edepol: quóniam ut aliter fácias non est cópia. 990

DEMIPHO

Súpplici sibi súmat quod uolt ípse ob hanc iniúriam.
Módo pacem faciátis oro, ut né mihi iratús siet.
Si hércle sciuissém siue adeo ióculo dixissét mihi,
Sé illam amare, númquam facerem ut íllam amanti abdúcerem.
Eútyche, ted oró: sodalis eíus es: serua et súbueni. 995

988. *Servius ad Georg. I 266:* ... Plautus in Mercatore: 'uobiscum ... fiscina'

987. *Cf. v. 983* Adulescentes *(te s. v.) C.* Adolescentes *Z* rei agenda est *B.* rei gerendae *Umpfenbachius Melet. Plaut. p. 45* *simul* magis uolent *scribens* opera *BCD* 988. *Dem. pers. praem. Camerarius, om. libri* hercle habete uobis *Acidalius.* hercle uobis habete *libri, nisi quod* habere *Z.* uobis hercle habete *Camerarius.* uobis cum habete *Servius* cum porcis cum fiscina *cum libris Servius.* sportis *duce Salmasio vel* porris *coniciebat Acidalius:* fuscina *Salmasius. Res obscura: cf. Schneiderus de proverb. Plaut. et Ter. p. 5*
989. *Versum sequenti postponit Ritschelius* EV Redde D^2FZ: *om.* BCD^1 filio. De. Iam eam ut *scripsi.* filio sibi *(si DFZ)* habeas EV Iam *(iam sine pers. et spat. CDFZ)* ut *(om. CDFZ) libri.* filio sibi habeat. Dem. Iam ut *Camerarius, Ritschelius, postquam* sibi habeat *'alibi legi' Pius dixit.* filio. D. Immo iam ut *Muellerus Pros. Pl. p. 743* DE. Per *FZ* pme *B* per me habeat *Guyetus, Ritschelius* 990. DE *praem.* D^2 Tempere edepol: quoniam *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 444.* Temper edepol quoniam *D.* Temper edepol quõ *C.* Temperare edepol quoniam *B.* Semper edepol. EV. Quoniam *FZ.* Temperi edepol, quoniam *Acidalius* *Ante* ut *et ante* facias *vacua spatia C* copia *Guyetus.* copię *CDZ.* copie *BF* 991. Supplicii *libri* sibi *om. CDFZ* sũma *Z* quod *Bothius.* quid *libri* uult *F* obhanc *B* 992. faciat isoro ut *C.* faciat misero ut *B* iratus siet *Pylades.* iratus est *BCD.* iratus *FZ* 993. hercle *(h s. v.) C* loculo *BCDF* uocula dixet mihi *S. J. Warren 'Over de godsdienstige en wijsgeerige begrippen der Jaina's' ed. Zwoll. a. 1875 thes.* 994. Sed *C* nunquam *C* 995. Lys. *praem.* D^2, Cha. *Z* Eutiche *BCD* ted oro *Guyetus, Ritschelius Nov. exc. p. 37.* te oro *libri.* oro te

Húnc senem pará clientem: mémorem dices bénefici.

LYSIMACHVS

Óra ut ignoscát delictis tuís atque adulescéntiae.

DEMIPHO

Pérgin tu autem? heiá, superbe inuéhere. spero ego míhi quoque
Témpus tale euénturum, ut tibi grátiam referám parem.

LYSIMACHVS

Míssas iam ego istas ártis feci.

DEMIPHO

Et quídem ego dehinc iam —

LYSIMACHVS

Níhil agis: 1000
Cónsuetudine ánimus rursus te húc inducet.

DEMIPHO

Óbsecro
Sátis iam ut habeatís. quin loris caédite etiam, sí lubet.

Ritschelius edidit eius esse rura et *B*. eius esse rua et *CD* sub ueni *C* 996. para *Guyetus, Bentleius in Andr. I 1, 17.* para me *libri, nisi quod* parame *in B cum* clientem *coaluit* benefici *CD*. beneficii *FZ*. EV bene fiet *B* 997. LYS. *Camerarius.* EV. *FZ. om. BCD* deliciis *BCDF* tuis] huius *Acidalius, Ritschelius.* eius *Bothius.* suis *Weisius* adulescentie *C.* adolescentiae *DZ* 998. DEM. *Camerarius.* LIS. *B.* CHA. D^2FZ Pergintu *C* eia *Z.* hia *CD.* hya *F.* huc *B* *Ceterum* autem? heia, superbe inuehere. *Ritschelius abiectis eis quae Parerg. p. 454 sq. disputaverat.* autem, eia superbe, inuehere? *inde a Camerario vulgo.* autem in hunc superbe inuehere? *Bothius.* autem in me superbe inuehier *Ussingius.* '*Non videtur de* eheu *vel* ohe *vel* oiei *cogitandum' Ritschelius* 999. Tempus euenturum tale, ut gratiam *Hermannus: quem potuisse etiam* Tempus tale esse euenturum ut gratiam *Ritschelius annotat* 1000. LYS *Camerarius.* DEM. D^2FZ. *om. B* Missus *BCD* artis feci. DE. Et *Gruterus.* artificiet *CD.* artifici et *BFZ.* artes feci et '*prisca exemplaria' Pii, 'codd. antiqui' Pyladis.* artes faciam. DE. Et *Camerarius* iam. LYS. Nihil agis *Lachmannus.* iam Nihil *(cum spatio)* BCD^1. iam. CH. Nihil D^2. iam. CHA. Nihil *FZ.* iam. LYS. Nihil *Camerarius.* iam. LYS. Nisi *Bothius cum proximis construens.* iam omisero. LYS. *Ritschelius olim. Nihil effecit Brixius Quaest. de Plauti et Ter. pros. p. 50* 1001. rursum *Ritschelius Opusc. vol. II p. 260* 1002. loris *ex* locis D^1. locis *FZ* cedite *CD* et iam *B* silubet *C*

LYSIMACHVS

Récte dicis: séd istuc uxor fáciet, quom hoc rescíuerit.

DEMIPHO

Níhil opust rescíscat.

EVTYCHVS

Quid istic? nón resciscet: né time.
Eámus intro: nón utibilist híc locus, factís tuis, 1005
Dúm memoramus, árbitri ut sint quí praetereant pér uias.

DEMIPHO

Hércle qui tu récte dicis. eádem breuior fábula
Érit. eamus.

EVTYCHVS

Híc est intus fílius apud nós tuos.

DEMIPHO

Óptumest. illác per hortum nós domum transíbimus.

LYSIMACHVS

Eútyche, hanc uoló prius rem agi quám meum intro referó pedem. 1010

EVTYCHVS

Quíd istuc est?

LYSIMACHVS

Suám quisque homo rem méminit. respondé mihi:

1003. *Lysimacho versum dant B, Camerarius, Ladewigius Philol. vol. 17 (a. 1861) p. 479, Eutycho* D^2FZ, *Ritschelius dubitanter* qm̃ *B.* cum *reliqui* 1004. opus est *B* EVT. Quid istic? non *post Saracenum Camerarius.* CHA. Quid istic non D^2FZ *et sine* CHA CD^1. LIS quid istic non *B.* EVT. quid istuc? non *Pylades: et* quid istuc *e suis codicibus Lambinus affert.* LYS. qui istuc? EVT. non *Bothius olim.* resciscat. quid istuc? *fuisse qui Demiphoni continuaret annotat Ritschelius* rescisset *C* netime *BC* 1005. Eamus *B, Pylades.* EVT. Eamus D^2FZ utibilist *Ritschelius.* utibile si *CD.* ut si *B.* utibile *FZ.* utibilest *fortasse Nonii p. 224 exemplis defendi posse annotat Ritschelius* *An* utibilest hic loqui? factis] i *cum rasura C* 1006. memorauimus *F* arbitrium sint *B.* arbitri sint *Ussingius ante* arbitri *interpungens* peruias *C* 1007. DE *B, Saracenus.* CHA D^2FZ Hercle (Her cle *C*) qui *libri, Fleckeisenus Misc. crit. p. 29.* Hercle quin *cum Pylade Ritschelius* breuior (io *e corr.*) *C* 1008. EV *B, Camerarius.* LY D^2FZ est hic *F ante corr.* tuos *B.* tuus *reliqui* tuus apud nos filius *Engerus de pros. p. IX* 1009. Optume st *B.* Optume est *reliqui, nisi quod* Optime *Z* Eut. Illac *Ritschelius* illac portum *F* 1010. Eutiche *CD* rẽ magis *B.* agi rem *Bothius* introire fero *B* refero intro pedem *Muellerus Pros. Pl. p. 357* 1011. *Fortasse praestare* Suam quisque rem homo *adnotat Ritschelius* honorẽ *B* memini *ex* memint *C*

Cérton scis non súscensere míhi tuam matrém?

EVTYCHVS

Scio.

LYSIMACHVS

Víde modo.

EVTYCHVS

Vidí.

LYSIMACHVS

Sat habeo. séd quaeso hercle etiám uide.

EVTYCHVS

Nón mihi credis?

LYSIMACHVS

Ímmo credo: séd tamen metuó miser.

DEMIPHO

Eámus intro.

EVTYCHVS

Immó dicamus sénibus legem cénseo 1015
Príus quam abeamus, quá se lege téneant contentíque sint.

1012. Certonscis *B*. Certen scis *(c s. v.) C* succensere *FZ* 1013. *Sic scripsi*. LY. Vide. EV. Me uide. LY. Satis habeo. id quaeso *FZ: ubi* at *pro* id *Acidalius*. Video me fide. LIS Satis habeo id queso *B et spatio pro* LIS *relicto CD (ubi* D *add. m. 2), nisi quod* id queso *D et* idque so *C*. Lys. Vide modo Eut. Me uide. Lys. Sat habeo, sed quaeso *Ritschelius. Cf. Balbachius p. 32 sq.* Vide. Eut. Do meam fidem. Lys. Sat habeo. sed quaeso *Langenus p. 277: at cf. Brixius Nov. annal. vol. 123 (a. 1881) p. 58 Hinc nova pagina in B incipit et simul promiscuus caerulei rubrique coloris in pingendis personarum notis usus, quem per partem maximam Pseuduli pertinere dixit Ritschelius praefatione eius fabulae p. XI. Quo accedit graecarum usus litterarum de quo cf. Ritschelius praef. Trin.*[2] *p. LV. Itaque v. 1014 et 1015 graecis notis caeruleis superpositae sunt rubrae latinae hoc exemplo:* EV *Γ vel* LIS D *Γ, A, B* 1014. mihi *s. v. B* LYS] D *D*[2] miseriam *ascripsit Lachmannus* 1015. *Sic personis distinxit B, item Acidalius.* CHA. Eamus intro. EV. Immo *D*[2]*F*. EV. Eamus intro. EV. Immo *Z*. EV. Eamus intro. immo *cum Pylade Camerarius* legem censeo. leges *A* Censeo *B*. leges censeo *CD*[1]. leges. CHA. censeo *D*[2]*FZ*. leges censeo *Camerarius Ceterum pristinam ipsius Plauti fabulam tali versu terminatam fuisse suspicatur Ritschelius:* Eamus intro. Ω Spectatores, bene ualete et plaudite 1016. *Γ praem. B* Priusquam habeamus *BC*. Prius habeamus *DFZ*. Prius quam eamus *Bugge Opusc. ad Madvigium p. 158*. Prius quam hinc intro abeamus *Ritschelius* qua se lege *Gulielmius*. quas elege *BCD*. quas leges *FZ*. qua se *Ritschelius* te neant *C* *Ante* sint *spatium C*

Ánnos gnatus séxaginta quí erit, si quem scíbimus
Seú maritum síue hercle adeo caélibem scortárier,
Cúm eo nos hac lége agemus: ínscitum arbitrábimur,
Ét per nos quidem hércle egebit quí suom prodégerit. 1020
Neú quisquam prohibéto post hac ádulescentem fílium
Quín amet et scórtum ducat, quód bono fiát modo.
Sí prohibuerit, clám plus perdet quám si praebuerít palam.
Haéc adeo addo ut éx hac nocte prímum lex teneát senes.
Béne ualete: atque, ádulescentes, haéc si uobis léx placet, 1025
Ób senum hercle indústriam uos aécumst clare plaúdere.

1017. EV. *praem.* D^2FZ: *om.* *Camerarius* natus *CFZ* quierit *ex* querit *(i s. v.)* *D.* querit *B* siquem *BC* 1018. siue *Pylades.* seu *libri* adō *C* siue adeo hercle *Braune Observ. gramm. p. 32* cęlibem *C.* celibem *D* scotarier *B* 1019. hac *Bothius.* hic *libri* 1020. *Hunc versum Pistoris et Ritschelius* (quasi qui *scribens, pro quo* ita qui *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 456) post v. 1023 collocant* hercle *(h s. v.)* *B* suum *libri* 1021. prohibeto post hac *Ritschelius in adnotatione, Muellerus Pros. Pl. p. 560 inter alia.* post hac prohibeto *libri.* posthac prohibessit *Ritschelius in adnotatione.* posthac prohibetod *idem Nov. exc. p. 102* adolescentem *DZ* filia *BCD* 1022. Qui *F* et scortum] scortumque *Guyetus.* quin scortum *Bothius* 1023. Si prohibuerit *Pylades.* Siquis prohibuerit *libri.* Si quis prohibeat *Guyetus.* Si prohibessit *Ritschelius in adnotatione et Opusc. vol. II p. 401 probante Luebberto Gramm. Stud. I p. 6* clam plus perdet *Bothius.* plus perdet clam *libri.* plus perdat *sine* clam *Guyetus* quam si praebuerit *Guyetus.* si prohibuerit *sine* quam *libri cum vacuo spatio post ea verba ex rasura vocis* Erus *orto B.* quam si praehibuerit *Camerarius.* quam praehibuerit *Scaliger.* quasi praehibuerit *Seyffertus Philol. vol. 27 (a. 1868) p. 455.* quam si praehibessit *Ritschelius in adnotatione: cf. Opusc. vol. II p. 401: probat Luebbertus l. s. s.* 1024. Hęc *BC* adeo addo ut *scripsi.* adeo *(adō C)* ut *libri.* admoneo ut *Buechelerus Mus. Rhen. vol. 15 (a. 1860) p. 430.* adeo uolo *Ussingius.* adeo licet *(ex dicens) Muellerus Nachtr. p. 132* Hoc addo unum ut *Kampmannus de DE praep. p. 21* exhac *BC.* ex hacce *Camerarius* adeo ex hac nocte primum lex uti *Bothius.* adeo edico ex hac nocte primum ut *Ritschelius* senes *ex* senex *F* 1025. adque *C* adolescentes *DZ* hęc *BC* 1026. Obsenum *CZ* iniuriam *Guyetus* aecum est *B.* equum est *CD.* aequum est *FZ* dare plaudere *D.* dare plaudite *FZ* PLAVTI MERCATOR EXPLICIT · *BCD*

3 6105 012 602 905

.A2

v.2

[redacted]

Stanford University